IACOBI FONTANI SAMMAXIMITANI

MEDICI, REGII IN Aquensi Academia professoris Primarij.

PRACTICA

CVRANDORVM MORBORVM corporis humani, in quatuor libros distincta.

Nunc primum in lucem edita.

PARISIIS,
Apud HADRIANVM BEYS, via Iacobæa.
M. DC. XII.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO CARDINALI DV PERRON.

Iacobus Fontanus seruus obseruantissimus. S.

LIBRI *magno numero quotidie excusi, sint ne tantum immortalis memoriæ desiderij conceptus, aut iuuandæ posteritatis officij, diu multumque dubitaui (Cardinalis Illustrissime). Qui primò scribendi æstu rapiuntur, semper aliquid posteris vtile recudunt, quorum gratia omnis labos scribendi est subeundus: faciunt tamen sibi non leuem iniuriam, qui nati in spe firma immortalitatis æternæ, perituram anxijs laboribus sectantur memoriam, forte fortuna magis*

nomini, & famæ authorum nocituram, obtrectantium repræhensione mordaci, quàm profuturam posteris. eam ob rem posterorum vtilitatis tantùm studio, omnes præsertim qui sub Christi vexillo militant, ad scribendum incendi decet. hoc nos commoti ab ineunte ætate & eo præsertim tempore quo nobiles aulicos, tuo fauore & doctrina suffulti philosophiam docebamus, mihi proposui antiquorum methodos insequendas, & perspicuitati doctrinæ studendũ. præsertim in medica arte, cui comparandæ vita etiam longissima & labores assidui, satis esse nullo modo possunt. Conatus sum itaque, quo potui artificio antiquorum monumenta, præsertim Hippocratis, & Galeni, facili doctrina explicare, in eorum vtilitatem, qui medicinæ sunt operam daturi, primo generali methodo, quam arridere, cùm pluribus mihi relatum esset, illi specificam adiungendam curaui, peculiarem in consilijs medicis propediem exhibiturus, vt Hippocratica, Aristotelica & Gale-

nica Platonicæ æmula methodus obseruetur: qua præcipitur à generalibus per intermedias species, ad singularia descẽdendum, hæc renouatio antiquæ methodi, viris nostri sæculi quàm plurimis minus forsã erit grata, quod à vulgari doctrina huius ætatis recedere videatur, tibi tamẽ in veterũ disciplinis exercitatißimo, si nostros in re ardua conatus intelexero placuisse, Mœcenati literatorum in omni sapiẽtiæ genere ornatissimo Theologo sublimi, errantium in fide catholica euersori potentißimo, eleemosinario primario Regis Christianißimi, Archiepiscopo Senonensi omni obseruãtia colendo, Cardinali Illustrißimo, obtrectantium spicula parui faciens, non vt ille quondam Ethnicus,

Supremo Feriam ſydera vertice,

Verum vt Christicola, animo obseruandißimo ad tuos pedes demissus, virtutes, quæ in te lucent Heroïcas, quandiu superstes ero colam, & venerabor, vale.

AD GALLIAM DE DOMINO FONTANO ARCHIATRO Aquensi,

EPIGRAMMA.

GALLIA fontanū tenuit florentibus annis
Detractum Saliis inuida, quod potuit.
Illius ast Salii vita meliore fruentes
Dum senium degit dant opus eximium.
Nec detracta tibi virtutum encomia dicas
Redditur ipse tibi, dum redit iste puer.
Inuida quid poteris thernino rodere dente
Galliæ debetur nullus vterque redit.

PETRVS ROBERTVS.
Regiensis.

Eiusdem Roberti ad zoilum distichon Retrogradum.

Eximium decus hoc perfecit laurea Phœbi,
Perfide fontani, laus ea, non ea fraus.

INDEX CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

LIBER TERTIVS.

LIBEER QVARTVS.

PRACTICÆ INTERNORVM MORBORVM LIBER PRIMVS, CONTINENS SPECIALES exercitationes curandorum morborum superioris ventris.

Caput primum, seu proemium totius operis.

GALENVS cap. 1. l. 4. meth. Med. scribit, *Non tantùm generales methodos didicisse Medicum oportet, sed etiam in singulis earum partibus exercitatum esse, cùm particularibus methodis sit opus, Cuique namque morbo sua est methodus*, vide plura ad finem cap. 1. lib. 9. de decret. Hip. & Plat. & cap. 1. lib. 1. loc. aff. inquit, *Circa res particulares exerceri Medicum oportet, qui singula artis opera, quæ vniuersali ratione didicit tuto & celerrime exercere voluerit.*

Exercitatio autem medica duplex est: Vna vmbratilis, & scolastica, quæ complectitur morborum curandorum specialia exempla, qualis à practicis auctoribus describitur: Altera est realis, & particularis, quæ versatur in curatione singulorum

morborum humana corpora affligentium; qualis solet depingi ab illis qui cõsilia medica descripserunt. Nos scolasticam meditamur, in qua nostrum laborem superfluũ arbitraremur, nisi Antiquorum monumenta imitantes,& præsertim Hippocratis, & Galeni, recentiorum vigiliis nos aliquid addituros speraremus. Vnus Rhasis exercitationũ exempla satis aptè digessit, is tamen ob breuitatem obscurus, tenebras mẽtibus legentium offundit: adde quod signa non benè distinxit. Nos quantùm poterimus, conabimur, in generali methodo descripsimus, separare omnia signa morbi, causæ partis affectæ magnitudinis, moris & motus; quò etiam faciliùs curatio instituatur; capita generalia exercitationibus specialibus breuiter proponemus, vt quia Phrenitis est prima inflammatio, quæ ordine exercitationum reliquas præcedit, de curanda inflammatione in genere, caput instituemus, ad vitandam eiusdem rei inutilem repetitionem; atque ita in reliquis progrediemur.

In Methodis generalibus gradum facimus à generalioribus ad ea quæ minùs generalia sunt, quòd in illis explicetur ars constituta, & inuenta, in exercenda Medicina, siue in praxi, & exercitatione, quæ in inueniendo versatur, diuersa ratio est ineũda: Nam si exercitationem & describamus specialem, à symptomatis quæ solent comitari affectum, auspicamur, quò ex illis in affectus cognitionem, deducamur; quo cognitio ex generali methodo supponendum talem affectum fieri à tot, & talibus causis, quæ signis distinguendæ sunt: Præterea solere accidere tali parti, aut pluribus, quæ item suis indicijs separandæ sunt: hinc trahend

prædictio specialis illius affectus, & remedia cuique causæ, & parti affectæ, accommodata, inuenienda. In exercitationibus verò particularibus, & consilijs ex signis, quæ in ægro apparent, affectus designandus, causa peculiaris morbi, & partis affectæ, hincque singularis est ducẽda prognosis, non tantùm ex ijs quæ solent vt plurimùm morbum illum comitari, sed ex peculiari dispositione totiùs corporis & facultatum: Quibus perspectis remedia per indicationes singulares sunt designanda, & deinde methodo præscribenda: Atque ita describuntur remedia secundum genera, loca, & formas victusque ratio instituitur, primò vniuersaliter designando, quæ alimenta cuique parti conueniant, & quæ illi noceant in specie in vnoquoque affectus genere.

De dolore in genere. CAP. II.

DOLOREM prodit ægrotus: Signa causarum inquirit Medicus, fit autẽ dolor aut subita alteratione, aut continui solutione, alteratio, aut est cum materia, aut sine materia: Materiæ nomine intelligimus humorem fluxum, aut collectum. Plurimi hanc diuisionem vanam existimarunt magno ægrotantium damno, vt paulò post planum faciemus. Materiæ dominantis signa sunt in genere enumerata capite de humoribus præter naturam. Probabile autem est in parte eundem abundare humorem cuius dominatu totum corpus tenetur. Flatus verò soboles est frigidorum humorum, pituitæ nempè & succi melancholici: cum à flatu dolor nascitur, mutatur sæpè à parte in par-

rem, plurimum distendit, ita vt compressionem non ferat facilè. Continui solutio quæ externa est, sensu deprehenditur. Quæ verò est interna, nec oculis subjacet, detegitur coniecturis, & quodam ratiocinio ducto à causis.

Humores biliosi præsertim crassi, & acres, atrabilarij, humores salsi erodendo soluunt continuum. Tales humores suis cognoscuntur signis iam dictis: flatus distendendo continui solutionem parit.

Dolor graue est symptoma, nihil enim æquè vexat ac frangit vires, quàm dolor, & in eo cum magnitudine æqualia fuerint pathemata; Partes quæ natura sua acutiùs sentiunt, acutiùs dolent; Atque ideò præcipitur ab Hippo. Apho. 5. lib. 6. *In doloribus laterum, & pectoris reliquarumque partium, an ægri multùm differant discendum:* Maior item censetur dolor in eodem doloris genere, vt pungente, contundente, grauante, quò pars quæ afficitur est præstantior, Quare jecur, viscus nobile, & si tantùm grauãte dolore exerceatur vt plurimùm, maior erit illius dolor cæteris partibus quàm lienis. Grauitas doloris augetur comitatu symptomatum, quæ quo maiora erunt, & plura, maior existimabitur. Contumacia auget eius magnitudinem, & malignitatem ostendit, vt & maligna symptomata. Et quia dolor præsertim magnus vires labefactat, fluxiones commouet, à quibus exercebatur phlegmone incenduntur, conuulsiones corripiunt ægros, & sæpe mors. Quare magnus dolor periculò non vacat, in quo & de quo intelligenda est Plinij sententia cap. 3. lib. 25. *Et est ea conditio vitæ vt mori plerumque etiam optimus portus*

sit: præferunt namque dolore mortem vitæ.

Dolori quàm celerrimè occurrendum *neque committẽdum* (inquit Hollerius *vt diutiùs crucientur ægri, quibus in desiderio, vel magna celeritas, mora est.* Quod vt fiat aduertendum est in doloribus tria apprimè spectari, materiam, intemperiem, & partem dolentem. Materia siue sit humor aut vapor, detrahenda: humor quidem quantitate peccans, simul cum sanguine constantibus viribus, sanguinis missione; quantitate verò peccans, purgatione magis, & discussione vapor discutientibus, & euacuantibus materiam antecedentem quæ flatum gignit. Intemperies appositione contrariorum curatur: Parti verò dolenti aut corroborantia, aut stupefacientia adhibenda sunt. *In quo aduertendum est*, vt ait Hollerius, *omninò qui continuatior est dolor, nec facile mitescit adhibitis medicamentis solam intemperiem ostendere, in quo summopere cauendum est ne (quod ferè semper fit ignorantia artis) frequentibus phlebotomijs, sæpius reuocatis catarticis, cucurbitulis ægros excarnifices, in quibus solis summa præsidia morborum vulgus Medicorum reponere solet.*

Omnia remedia quæ dolorem sedant communi appellatione anodyna appellantur, quæ applicantur ad sedandos cuiusque generis dolores. Gal. cap. 19. lib. 5. simp. ea vult esse tenuium partium calidiora quàm sint symmetra, itavt euacuent, digerant leniter, rarefaciant, concoquant & æquabili reddant quidquid in partibus dolore vexatis est; aut humorum acrium, lentorumue aut crassorum tenuissimis poris infartum, & quidquid vaporosi aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis inhæserit, atque in-

clusum est: multa autem sunt eiusdem generis, quæ emoliunt moderatè, in quibus Hollerij præscripto, hoc vitium est vt relaxent, fundant, liquent, vnde in Plethora: & Cacochimia materia calore fusa locus infirmus dolensque opprimitur. Grauis dolor amplius distenditur, sæpe etiam viribus suis concidit & eneruatur: Ex quo, inquit, rosarum folia, absynthij summitates, aliáque generis eiusdem commiscenda putant, vbi ad fotus, balnea, insessiones, Epithemata, pharmacum præparatur: sed hîc astringentibus non est abutendum, nam nimia astrictio dolorem auget. Modus est vt inde fluxio molliter reprimatur, contineantur vires & iustum doloris solatium afferatur. Verum intelligere est necesse: hoc præstari præmissis generalibus remedijs.

Anodyna propria sunt oleum dulce ætate medium, chamomelium, anethum, fœnugræcum amygdalæ dulces, lumbrici, vulpis oleum, & lumbricorum: flores sambuci hyperici, triticum & eius oleum rosatum, maturum butyrum; œsipus humida, lana suada, suillus, adeps sine sale, adeps vituli, vulpis, cuniculi, catelli, anatis, anseris, gallinæ, humanus præcipuè; hæc omnia sint recentia benè purgata & conuenienter lota.

Leniunt dolorem vitellum oui solutum cum oleo rosaceo & chamomelino, triapharmacum item cum rosaceo dilutum: hoc in genere sunt mucilago seminis lini, altheæ, fœnugræci cydoniorum, maluarum, radicum liliorum, chamæmeli ad quadruplum; lac muliebre & vaccinum dolorem sedant, in lacte chamæmelum, althea, melilotus, anodyna semina, intestina, pedes, capita, verue-

cum, hædorum percoquantur, ad insessiones, fotus, & balnea. Ex hac materia pista & butyro vel aliquo oleo anodyno fiunt cataplasmata: fiunt etiã ex farina hordei, tritici, mica panis, coctis cum sapa aut cum lacte; his addi possunt vitelli ouorum cum oleo rosato, & tantillo croci in magnis doloribus, & vehementer intru sis locus assiduè fouendus aqua tepida hydreleo calido, interaneorum hœdi vel veruecis decocto, alijsque generis eiusdem, deinde applicandum cataplasma lene & molle, grauitas enim, & durities dolorem augent.

Altera species anodynorum consistit in illis medicamentis quæ dolorem vincunt ablata, causa quæ impropriè anodyna appellantur. Ea sunt duplicia, aut enim auferunt humorem sanguinis missione, aut purgatione, aut dissipatione materiæ, aut alteratione, remedio sunt contraria; Calore sedant dolorem, oleum laurinum, iuniperi, galbani, sulphuris, storacis, piperis, cinamomi, gariophillorum, & omnia quæ extrahuntur à calidis medicamentis, aut fiunt per infusionem illorum. Composita autem medicamenta talia sunt. ℞ Olei thereb. ℔ j. olei laterum antiq. mastic, storacis añ. ℥j. misce, applicentur parti, vel ℞. florum rosmar. qui amphora vitrea includantur & oleum eliciatur in arena, eiusque aliqua quantitas sumatur, miscenda cum oleo de lateribus & oleo iacobi cum decima parte olei castorei, aut Euphorbij cum oleo communi. Paratur singulare remedium frigidis doloribus vt, ℞ olei communis ℥. x. Euphorbij ℥j. fiat linimentum.

At si intemperies calida fuerit causa doloris applicantur remedia anodyna propriè dicta & aliqua

frigida cum discutientibus. Quibus remedijs si dolores non mitigentur ad partis dolentis sensum remittendum, curatio est conuertenda. Ea perficitur opio præsertim, & alijs stupefacientibus, siue narcoticis.

Verùm antequam ea vsurpentur, aliqua animaduertenda sunt, ne scilicet adhibeantur nisi corpore euacuato, & lenioribus applicatis auxilijs, in ardore graui & intolerabili dolore, acriore sensu, firmis viribus, & non fractis. Deinde si sit tenuior & acrior humor, aut spiritus: Nam in crassis & lentis humoribus periculosa narcotica. Minùs tamen vbi crassus & flatuosus spiritus dolorem acerbiorem excitat: Non dantur pueris, senibus, nec grauidis mulieribus, vt licet narcotica dolorem consopiant, nouum tamen corpori vitium concilíant, quod postea calidis medicamentis delendum est. De periculo autem ita Gal. lib. 8. secund. loc. *Nosse oportet corpora viuentium mortificationi simile quidpiam perpeti ab vsu omnium, ex opio, hyoschyamo, mandragora, compositorum medicamentorum: nimirum causis dolorem infligentibus, in sensibilibus factis. Et multi sane qui assiduè talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perducunt.* Magna ergo cautio est adhibenda in vsu narcoticorum; quæ ne noceant sequentibus paranda modis.

Opium diluitur sapa vel musto, aut vino dulci, muliebri lacti permiscetur cum oleo rosaceo, amygdalarum dulcium, & maximè cum oleo castorei ad mellis crassitiem, & apponitur parti: Meliùs esset si per aliquod menses maceraretur. Sed multò maior cautio est adhibenda cùm opium dandum est ore: Tunc enim non oportet vti

compoſitionibus opiatis, niſi poſt ſex menſes, aut annum: Nam cùm nondum ſint fermētatæ, opium habet magnam vim ſtupefaciendi: quocirca non eſt tutum vti theriaca primis menſibus ob vim opij, præſertim in pueris & debilibus.

Cum narcoticis medicamenta callida, ſicca, attenuantia miſceri ſolent, pluribus de cauſis: Primò vt corrigatur eorum frigiditas, deinde vt vis eorum ad penitiores partes deducatur. Præterea vt ſiccitate, & attenuatione poſſint humores abſumere, flatus diſſipare, craſſa attenuare: miſcentur autem varia proportione, propter diuerſos ſcopos. Patantur laudana his temporibus ad dolores ſopiendos admiranda. Nam vbi vehemens eſt, & intolerabilis dolor, maiori ope ſoporiferorum egemus, vt in doloribus colicis, vbi verò aut mitior eſt dolor, aut tuſſis importunior, non eſt opus ita vehementibus ſtupefactiuis, quare maior aromatum copia eſt admiſcenda.

Plinius cap. 1. lib. 23. ſcribit *M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum, cùm dolorem eum perpeti nequiret, vnius Medicorum portentoſa ſcientia, ignorante Diuo Auguſto tanti putauit vſu pedum, ſenſuque omni carere, dummodo dolore illo careret, immiſſis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.* Narrat item Plinius cap. 3. lib. 25. hiſt. nat. ex Varrone Seruium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno Crura perunxiſſe, & poſtea caruiſſe ſenſu omni, in ea parte corporis.

Compoſitiones verò ab Antiquis editæ ad hunc effectum ſunt philonium romanum quod eſt colicum, ſomnum conciliat in morbis, in quibus

à vaporibus, tùm calidis tùm ſiccis nimis importuna eſt vigilia, datur autem ad ſedandos dolores colicos a ℈ j. ad ʒ j. per os in clyſteribus ad ʒ ij.

Verùm cum omnibus narcoticis per os ſumptis eſt admiſcenda aliqua quantitas confectionis alchermes, vt cum ʒ j. philonij miſceatur ʒß confectionis alchermes; requies magna Nicolai eadem doſi datur triphera magna cum opio à ʒ j. ad ʒ ij. ſi miſceantur cum aqua Athemiſiæ, ſedant ſubitò dolores poſt partum: pilulæ de Cynogloſſa à ℈ j. ad ʒß cum ℈ j. confect. alcher. aut theriacæ recentis; Poteſt dari hæc potio ad dolorem ſopiendum, ℞ philonij romani ʒß. aquæ lactucæ ℥ iij. ſirupi papauerini ℥ j.ß fiat potio, exhibeatur. Lapis memphites, teſte Dioſcoride, illitus ex aceto ſtuporem infert, ſine periculo vt quæ vrenda ſunt, aut ſecanda non ſentiant cruciatum.

Si ſtupefacientium immoderato vſu, aut intempeſtiuo ſopor, & frigeratio ſuboriantur, diſſolue cynamomum & crocum cum oleo coſtino, cui parum vini generoſi admiſceatur, eoque partes refrigeratæ illinantur; Si vero narcotica fuerint deuorata, ſumantur caſtoreum aut Theriaca antiqua cum vino potenti.

De morbis Cerebri in genere CAP. III.

CEREBRI morbos appellamus intra cranium in meningibus, cerebri ſubſtãtia, eius vẽtriculis & vaſis: Capitis autẽ qui ſunt extra craniũ. fiunt verò cerebri morbi ab humoribus, vaporibus, ſolutione continui, aut alijs rebus natis in cerebro, vt ſcorpionibus vermibus, tumoribus præter na-

turam,callis & cæteris huiusmodi, ijs autem facilè laborant qui sunt debili cerebro, quod enim debile est, facilè affi :itur, vt qui vrbes meridionales incolunt, præsertim in tempestatibus austrinis, vt facilè potest colligi ex lib. 3. Aph.

Omnes morbi cerebri propter loci communitatem habent multa signa communia, quæ Galenus descripsit in Arte parua, inquit enim, *quæ sunt in Cerebro ægræ dispositiones cognoscuntur aut ex dementiæ speciebus, aut ex sensuum vel imaginationum læsionibus, aut actionum quæ secundum electionem & voluntatem fiunt, aut ex ijs quæ excernuntur per palatum, nares, aures, aut per differentias dolorum.*

Causæ externæ,& procatarticæ parientes sibi similes effectus sunt æstus solis, perfrigeratio ebrietas, fumus, studium, grauis odor, victus, labor verus. In numero causarum antecedentium habentur retentio materiæ, egredi solitæ, vt menstruorum, hæmorrhagiæ, per nares, fluxus ventris, humoris è ventriculo manantis. ijs annecti possunt ætas, temperamentum, sexus.

Vaporis in cerebro conclusi signa sunt grauitatis priuatio, extensio magna: quæ si ad aures vergat, sonitus & tinnitus audiuntur, pulsus arteriarum & cerebri maior solitò apparet: ægro in sublime fieri, & in insomnijs volatus sæpè apparet.

Humorem sanguineum in cerebro redundare ostendunt rubor faciei, præsertim oculorum, tensio earumdem partium, & tumor, ægri calidi in illis partibus deprehenduntur, ad somnum propensio, frequens stillicidium sanguinis desipientia cum profuso risu.

Bilem dominari in Cerebro ostendunt vigiliæ

immoderatæ, color faciei pallidus, exigua capitis grauitas, calor capitis, aeris, oris amaritudo, ſputa bilioſa, mucus bilioſus, dolor pungens, terrifica ſomnia oculorum macies, & totius faciei, propter conſumptos humores, pinguedinem, & carnem à calore.

Pituitam excedere denotant frigiditas temporum & faciei, albus color, & plumbeus, dolor remiſſus, hebetudo ſenſuum, ſomnus profundus, pigritia, ſputa pituitoſa, muci pituitoſi.

Succi melancholici dominium declarant, faciei nigredo, aut liuiditas, mœſtitia, metus, ſpectra horrida, ſpurca melancholici ſucci ſoboles, deprauatio facultatum principum.

Mixtorum humorum mixta ſunt indicia. Sputa ſalſa, aut pituitam putrem in cerebro, aut mixtam cum humore bilioſo ſignificant.

Solutio continui contingit aliquando in cerebro à cauſis internis, ab humoribus nempè bilioſis aut ſalſis & rodentibus, aut ab humorum & vaporum copia, qui diſtendendo diſſoluunt continuum. Vera autem tanta eſt aliquando, vt capitis iuncturæ ſoluantur magno ſpacio, authore Paulo Ægineta, quod vidimus anno 1593. in filio D. Merindoli Aquenſis, è cuius capite diſſecto effluxit ingens copia ſeroſi humoris, qui in ventriculis & tota cerebri ſubſtantia incluſus manebat. Diſtabant autem ſuturæ quatuor ferè digitis à ſe inuicem.

Sæpè animalcula naſcuntur in cerebro, quæ rodendo ſoluunt continuum. Auicenna ſcribit Scorpionem natum in cerebro cuiuſdam. Hollerius idem teſtatur de Italo quodam, cui ex frequenti

herbæ basilisci odoratu natus fuit Scorpio. In cerebro vermes oriri multi scripserũt, quorum signa Arculanus numerat vehemẽtem pruritum in naso, erosionem, oris fœtorem. Auicenna ex IndiMedici sententia, vermium capitis signum prodit fœtorem narium parum firmo iudicio. Cum eius fœtoris multæ aliæ sint causæ, nempe mucus putrescens, purulenta materia è cerebro in nares prolapsa vt in crisi humorum contentorum in cerebro. Potest nasci tumor præter naturam in substantia cerebri, quod contigit cuidam Damiscellæ Dignensi: ei namque iuxta processum mammillarem natus erat tumor ab humore tenui, biliosо chisti conclusus, à quo dolor continuus profectus ad mortem vsque comitatus est. Dissectum fuit caput mulieris in Zenodochio aquensi, in cuius cerebri substantia prope meninges fuit reperta substantia quædam callosa, quæ ea viuente, perpetuæ cephaleæ fuit occasio. Hæc difficilè dignoscuntur proprijs signis: vna tamen omnium vt & animalculorum coniectura, satis ferina est pertinacia, quòd longo tempore non cedant remedijs appositè adhibitis.

Num autem morbi cerebri sint primarij, an per consensum ex signis generalibus descriptis in nostra methodo cognosci debet. Cæterùm cerebrum facilius laborat morbis per consensum, quàm reliquæ partes, quòd neruos distribuat in vniuersum corpus, & quòd fumos, & vapores recipiat ex omnibus partibus corporis.

Signa partium affectarum cerebri ita colliguntur: In cerebro exercentur, & è cerebro manant facultates animales, quarum præcipuum instrumen-

tum est animalis spiritus licet alia sint instrumenta nempe ventriculi cerebri, Arabibus, Galeno verò cerebri substantia. Arabes qui varias sedes & loca diuersa facultatibus diuersis exercendis assignant, læsiones locorum ex varijs facultatibus læsis cognoscunt: Nam si memoria lædatur, posterioris ventriculi læsio indicatur: si imaginatio, anterioris: Si ratiocinatio, medij. Qui autem vnam sedem nempe Cerebri substantiam ponunt, læsio cuiuscumque facultatis animalis, læsionem substantiæ illius patefacit. Et cùm membranæ in Cerebro exquisitissimi sint sensus, quæ varijs locis cerebri implicantur, punctorius dolor affectũ illarum membranarum deleget, situs doloris, quæ pars illius afficiatur, ostendit.

Magni sunt morbi, cerebri, partis obsessæ præstantia, & quò plures animales, facultates in vitio sunt, eò maiores censentur, Tum quò maiora sunt reliqua symptomata, plura & diuturniora.

Cum Astrologorum sententia luna præsit maximè cerebro in omnibus morbis Cerebri, ex lunæ quadris, tum decremento & incremento potest prædictis institui, cum ratum sit augescente luna, increscere humores corporis, & decrescente, decrescere, Tum ex quadris lunæ: Asserunt enim Astrologi primam illius quadram esse calidam & humidam: secundam calidam & siccam: tertiam frigidam & siccam: quartam, frigidam & humidam. Ex quibus Villanouen. tract. de Epilep. scribit, *frequentiùs Epilepticos affligi in conformi quadra, in dissimili rariùs*: licet hoc reclamet Arist. sententiæ, qui in lib. de Animalibus scribit, *in plenilunio, calorem & humorem esse maiorem, fierique proinde*

vt medullæ & humores animalium sint copiosiores.

Capitis conformatio talis existit, vt cerebro intra caluariam contento succurri possit varijs remediorum generibus: Nam per suturas transfunduntur medicamentorum facultates ad membranas cerebri & eius substantiam; per fomenta siue embrocationes per linimenta & emplastra. Extrahuntur etiam humores è cerebro per communicationem venarum exteriorum cum interioribus, quæ per suturas & per foramen pupis, egrediuntur, qua commoditate applicantur caustica medicamenta sinapismi, cucurbitulæ cum scarificatu, caustica potentialia, & actualia. Per nares trahuntur medicamenta, quæ errhina dicuntur, quæ sua vi trahunt humores è cerebro, & prioribus eius ventriculis; per os eadem possunt educi, masticatorijs, apophtegmatismis, & licet per aures sponte naturæ educantur, excrementa, non licet tamen artificio eadem præstare semper, nisi in prouentu frigidorum humorum & calidorum, surditatem, aut dolorem, aut tinnitus, & bombos excitātium, quibus applicata remedia, iuuare possunt, vt videre est apud Gal. lib. de medicam. secund. lo.

Parti autem principi corroborantia medicamenta debentur propria, quæ eius temperamentum. & robur conseruent, de quibus in sequētibus, in morbis grandioribus in quibus facultates offenduntur, semper principibus partibus prospiciendum, in quarum viribus vita præcipuè consistit. Nec verendum in summa necessitate, acriora applicare remedia, vt cantharides, euphorbium, pyrethrum & similia, quòd cerebrum non sit exquisitissimi sensus vt nec membrana, dura mater, quæ externa

superficie & connexa retusum sensum assequuta est. Per assumpta difficillimè cerebro auxilium fertur, quòd à vétriculo longissimè distet inter partes principes & officiales, quare quando conuenit in affectibus cerebri ea medicamenta debét exhiberi, quæ solida sunt: diutiùs namque manendo in ventriculo, eis præbetur commoditas mittendi suas vires ad cerebrum.

De Medicamentis, Cephalicis in genere CAP. IIII.

MEDICAMENTA Cephalica dicuntur à medicis quæ parti alicui capitis proprietate aliqua auxiliantur, corroborando eius temperié: In his ergo præter qualitates manifestas, calorem, frigus, humorem, & siccitatem experientia obseruatum est, vim adesse corroborandi: vt pœonia mas habet vim calefaciendi omnes partes corporis, cùm tamen proprietate corroborandi cerebrum prædita sit: quando ergo cerebrum intemperie frigida laborabit, vsurpatur pœonia.

Institutum est nostrum illa describere medicamenta, quæ cephalica ob eam causam appellantur. Calefaciunt cerebrum corroborãdo radices aristolochiæ vtriusque calami aromatici radix, fœniculi, galangæ, iridis florentiæ, pœoniæ, vtriusque valerianæ, lignum visci quercini, folia betonicæ, calamenthi vtriusque, chamomelicentaurij minoris, fœniculi, folij indici, lauri, maioranę, meliloti, pœoniæ, pulegij, rutæ, saluiæ, satureiæ, serpilli: flores anthos, bethonicæ, stoecados, garyophilli, chamemeli, lauandulæ, meliloti; herbæ paralytis, pœoniæ, prunellæ, saluiæ, spicæ, thyliæ; fructus, anacardi,

colo

colocynthidis, cubebæ, iuniperi, baccæ, nucis moſcatæ; ſemina fœniculi, maioranæ, pæoniæ; lignum aloës, viſcus quercinus; ſucci ladanũ, oleum laurinum, rutaceum, mineralia, ambra; ex animalibus, muſcus, caſtoreum, zibetum, & multa alia quæ in antidotarijs leguntur.

Ex illis ſimplicibus poſſumus parare remedia compoſita, apozemata, ſyrupos, pulueres, electuaria, opiatas, conſeruas, vt ℞ viſci querni ℥j. ß. radic. irid. flori pæoniæ & fœniculi an. ℥j. Galangæ ʒij. folior. betonicæ, calamenthi, ſtœcados, centaurij minoris an. m̃. j. ſeminis pæoniæ, fœniculi, an. ʒij. ß. florum ſaluiæ, anthos, chamomillæ, ſtœcad. lauand. an. p. ij. fiat decoctio pro apozemate, parando ſecundum artem, ex eadem decoctione addito ſaccharo q. ſ. Deinde decoctis poteſt parari ſirupus, vel ℞. radicis acori vulgaris, calami aromatici, galangæ craſſæ, hyperici, radicum pæoniæ, luna decreſcente collectæ, quo tempore minus eſt humida an. ℥ ß. liquiritiæ raſæ & parum contuſæ ʒj. betonicæ primulæ veris, ſaluiæ minutæ, ebuli an. m̃. j. borraginis, bugloſſæ, cum toto, capillorum veneris an. m̃. j. ß. ſeminis pæoniæ ℥ß, ſeminis fœniculi, ſeſeleos, liguſtrici an. ʒij. poma. dulc. paſſularũ mundatarum an. p. xij. Si purgans volueris efficere, adde ſeminis carthami, & polipodij querni an. ℥ j. ß. Agarici recens trociſcati ℥ß. ſtœcados, roriſmarini, ſaluiæ, ſambuci an. p. I. Trium florum cordialium p. ij. fiat decoctio, in colatura, diſſolue, ſacchari ℥ iiij. clarificetur, & aromatiſetur cum puluere Diamoſci dulcis ad ʒ j. ß, hyſupi de ſtœcad. ℥ iij. fiat apozema pro tribus doſibus. Puluis confici poteſt ex ijſdem medicamentis hoc

modo. ℞ visci querni ℥ ij. radic. irid. flor. & aristolochiæ añ. ℥ j. ß. calami aromat. galangæ añ. ℥ ß. valerianæ, betonicæ, stœcados, camomillæ, maioranæ, aut aliarum siccarum an. ℥ j. florum anthos, & stœcados añ. ℈ iiij. seminum fœniculi, maioranæ, & pæoniæ añ. ℥ ß, fiat puluis qui potest excipi cum saccharo q. s. & fingi electuarium durum, ex eodem puluere sufficienti quantitate. Ex eodem ablato saccharo potest fieri cucufa intersuta vt artis est, aut totius capitis insperſio. Ex eodem puluere ad calefaciendum & exsiccandum refrigeratum cerebrum. Olea capiti raso nonnunquam applicantur calida & sicca extracta ex superioribus medicamentis: vel expressa ex infusione illorum medicamentorum. Pomum odoratum fingitur ad eandem intentionem ex ligno aloës, garyophilis, castoreo, ambra, mosco, ladano, exceptis oleo aliquo præscripto, vt cynamomi, garyophillorum, nucis moscatæ, maioranæ, serpilli, origani.

Hæc Methodus est facilis ad componenda medicamenta quam descripsimus in gratiam eorum qui initiantur exercitio praxeos Medicinæ. Paulò verò acuratior erit illa quam mox describemus, in qua non tantùm medicamenta trademus, sed etiam victus rationem atque omnes formas ferè medicamentorum, quæ vsurpari possunt explicabimus, quæ pro re nata præscribemus obseruatis indicationibus.

Conferunt verò capiti ex Arnaldo fœtida, non quatenus talia, omnis namque fœtor partibus omnibus est noxius, sed per accidens; qua ratione in graui cerebri oppressione ex afflictione illa reuo-

cant ſpiritus, & ſopitos excitant, aut repellunt vapores ab vtero ſurſum elatos; per ſe verò poſſunt aër purus aloë, thymus ſtœcas abſynthium, betonica, elleborus, agaricus, colocynthis, ſena, mirobolani, cubebæ, carpobalſamum, chamomilla, anetum, polium montanum, cuminum, ocymum, ruta, ſaluia, caſtoreum, ſinapi, moſcus, pyrethrum, omnia aromatica præſertim, frigido. Inimica ſunt cerebro lac, fructus oleaginei, oliuæ, nuces, amygdalæ, auellanæ, & pineæ, narcotica omnia, lolium, eruca, naſturtium, cepæ crudæ.

De Curatione intemperiei Cerebri, & primò de curatione frigida & humida. CAP. V.

HÆc intemperies ſæpius accidit hominum cerebro propter eius naturalem temperiem frigidam, & humidam, ob vapores qui è toto corpore in cerebrum aſcendunt ob meatus patentes, quibus frigidus aër ducitur in cerebrum, tùm denique propter oſſa magna temperie frigida, quibus vndequaque circunducitur. Ad eam curandam primo præſcribatur victus ratio, aër eligatur calidus, ſiccus, lucidus: hyeme procuretur talis aër, igne luculento conſtructo ex iunipero, roremanio, & ſimilibus: vel, ℞. Thuris, benioini, cinamomi, foliorum roſarum, nucis moſcatæ garyophillorum añ ʒ j. ß. moſci, ambræ, añ. gr. iiij. cum Therebintina, fiant rotulæ lupinares ad ſuffumigium clauſis ianuis & feneſtris: auitetur ventus Borealis, præſertim is qui ſucceſſerit auſtrali, nam Auſter ex 3. Aphoriſ. replet caput multis vaporibus & hu-

moribus, cui borealis succedens illud comprimit, & exprimit, comprimendoque catharros commouet; Euitentur Lunæ radij, quòd sint noxij cerebro, tum Solis calidioris præsertim in capitis repletione qua funduntur humores, & defluxiones producunt: Somnus sit septem horarum, vigiliæ enim diuturniores spiritus dissoluunt, quorum copia apprimè vtilis est cerebro refrigerato. Interponantur duæ horæ aut tres inter somnum & cœnam propter vapores: è cibis recens voratis ascendentes ad cerebrum; Cooperiatur optimè caput cucufa vel pileo nocturno qui suffumigetur cum furfure, sale, floribus rosarum, & rorismarini accensis, vel in carbones iniectis, aut suffumigio iam præscripto ad aërem corrigendum. Corpus inuoluatur linteis qui receperint fumum earum rerum quibus aër cubiculi antea fuit correctus. Postquam expergefactus fuerit antequam è lecto surgat applicentur frictiones cruribus, pedibus & brachijs cum pannis superiori suffumigio calefactis: Calor enim naturalis excitatur eo modo, & spiritus ad membra trahuntur, & fit diuersio à capite. Exercitatio ante pastum conuenit: Excitatur enim calor, & excrementa dissipantur: fiat autem oportet postquam excrementa crassiora fuere expulsa, nimirum fæces alui, vrina, mucus, & saliua aut naturæ impetu, aut aliquo medicamento. Statim à prandio exercitatio fugienda, quæ fieri potest peracta coctione: Coctio autem perficitur varijs temporibus, vt capite de ventriculo explicauimus. Ab exercitio quiescendum donec membra refrigescant. Si non detur exercere corpus pro-

pter temporis incommoditates, aut corporis debilitatem frictionibus suppleatur exercitationis defectus. Euitetur saturitas, præsertim vespertina propter fumos eo tempore ascendentes ad cerebrum magna copia, fames nimia fugiatur inquit enim Auicenna fe. lib. 1 *Fames vehemens & omnis euacuatio naturalis aut spontanea est causa debilitatis.* Venus est maximè noxia huic affectioni, quòd in illa fiat magna spirituum dissipatio. Ira moderata prodest quòd attenuet humores pituitosos, vt & lætitia conciliata per auditum, & aspectum rerum iucundarum. Comedat cibos multùm procreantes sanguinem, conditos puluere cinamomi, & nucis moscatæ, aut garyophillorum. Tales sunt oua sorbilia, caro gallinarum, caponum, fasianorum, veruecis, auium montanarum, turdorum, perdicum: Quibus diebus prohibetur vsus carnium, oua afferantur, & pisces saxatiles conditi cum pulueribus aromaticis superiùs dictis. Pro bellarijs exhibeantur pinea infusa in aqua tepida, vel rosacea, postea siccata, & saccharo aspersa, aut pineolatum; amygdalæ dulces tostæ, passulæ. Vtile post pastum erit comedere parum pyri aut cidonij cocti, saccharo aspersi, ad prohibendum & reprimendum vaporum ascensum qui è ventriculo feruntur in caput. Langius in libro secretorum ad eundem scopum præscribit. ℞. conseruæ rosar. ℥ vj. ligni aloës veri, sumach enucleati ℈ iiij. coriandri præpar. ℈ v. Cinamo. masticis, gariophyl. añ. ℈ ij. Spicæ nardi ℈ j. styracis, calamitæ ℈ ß. rob. de ribes, ℥ j. cum mina cydoniorũ, fiat electuarium stomachum claudens & excitans siue fundens ex se vapores calidos & siccos cerebrum corroborantes.

Euitare debet edulia capiti nocentia, qualia sunt ex Aëtio eruca, fœnugræcum, lac, mora rubi, vinum fuluum, quibus addere licet vaporosa, vt rapas, castaneas, & similia.

Quod ad medicamenta attinet, primò humores qui in cerebro cõtinentur sunt educendi catartico, quod fiet aptè pilulis, aut in principio vt minorane medicamentum, aut postquam materia fuerit præparata: quare vt præparetur. ℞ oximellitis scillitici ℥ß. Syrupi de quinque rad. ℥ ij. aquæ betonicæ, maioranæ, buglossæ ℥ ij.ß clarificentur & aromatizentur cum modico puluere macis, aut cinamomi pro duabus dosibus. Ad eundem scopum poterunt parari iulepia, apozemata, syrupi ex calidis & siccis medicamẽtis cephalices iam descriptis. ℞ radicum Achori vulgar. calami arom. galangæ, hyperici, radicum pæoniæ añ. ℥ß liquiritiæ rasæ ℥ j. betonicæ, saluiæ añ. m̃. j. borrag. bugloss. cum toto capill. ven. añ. m̃. j. seminis pæoniæ ℥ß. seminum anisi fœniculi añ. ʒ ij. florum stœcados, rosarum, saluiæ, sambucci añ. p. j. fiat decoctio in collat. ℔ j.ß dissolue sacchari ℥ iij. Aromatizetur ʒ j. pulueris diamosci dulcis, syrupi de betonica ℥ ij. fiant tres doses. ℞ pillularum cocciarum ℈ ij. lucis maior. ℈ j trochiscor. alsandal gr. iij. aut iiij. cum oximellite scyllitico, formentur pillulæ 6. vel 7. sumantur duabus horis post mediam noctem.

Ad reliquias morbi depellandas & corroborandum cerebrum multa possunt præparari medicamenta vt ℞. theriacæ veter. ʒ j. conseruæ buglossæ mollis ʒ j.ß. fiat mixtura, capiat manè surgens è lecto. Aurea Alexandrina magnam habet vim corroborandi cerebrum; errhinum tale poterit parari,

℞. aquæ mollis ℥ iij. ſucci radicis betæ rubræ depurati ℥ ij. vini albi ℥ß, nigellæ, macis, cubebarum, an̄. ʒß. pulueręntur & miſceantur, hauriat per nares tepidè manè ſurgendo è lecto, poſſunt in iiſdem liquoribus infundi radices panis porcini & fieri errhinum. Poſt eius applicationem cõficiatur maſticatorium ſequens. ℞. ſeminis pæoniæ cubebarum, pyretri an̄. ʒß. paſſularum mundatarum ℥ß. omnia ſimul piſtentur; & cum modico ceræ albæ incorporétur pro maſticatorio in ore tenuendo ad quantitatem fabæ maſticando & expuendo. Nihil præſtantius quàm ore circunducere agarici electi ℈ j. aut duos Topica alia parari poſſunt, cucufa nempè ſiue ſacculus. ℞. maioranæ, ſtœchados, corticum citri, ſicci macis an̄. ʒ ij. veruicis ʒ iij. thuris, garyophyll. an̄. ℥ j. nucis moſcatæ, baccarum iuniperi an̄. ʒß. fiat puluis, includatur ſacculo, aut fiat cucufa interſuta, & capiti deraſo, & fricato apponatur. Ex iiſdem medicamentis poteſt fieri lotio cum lixiuio barbitonſoris, aut alio, tum componi tale medicamentum, ℞ olei coſtini ℥ j. olei ſpicæ nardi ℥ß. nigellæ, baccarum lauri, piper longi, acchori veri an̄. ʒ j. croſci gr. iiij. moſci ſcrupuli tertiam partem, cum pauca cera, fiat vnguentum occipitio applicandum ad ſpiritus animales corroborandos. Montagnana in ſuo antidotario mirificè laudat ſequens emplaſtum ℞ reſinæ claræ ℥ ij. ladani ℥ß. myrrhæ & maſticis an̄. ℥ß. ſandaracæ ʒ ij. farinæ fabarum & orobi an̄. ℥ j. diſſoluantur gummi cum aqua ciceris ℥ j. aceti ʒ v. coquantur ad viſciditatem, deinde incorporentur farinæ, extendentur ſupra linteum, & capiti raſo applicentur

toti. Item ℞ nucis moſcatæ, macis, cubebarum, roſar. rubearum, calami arom. an. ℨ j. margaritarum, hyacinthorum, ſerici combuſti an. ℨ ß. ſandalorum omnium, & ſpodij, aut eius loco nuclei dactylorum an. ℨ ij. camphoræ ℈ j. moſci, ambræ, croci, gariophyll. an. ℈ ij. cum libris ij. ſacchari albi, aquarum roſarum & maioranæ an. ℥ iij. maioranæ, ſeminis baſilici, corticum citri ſicci an. ℨ j. ß. fiat electuarium ſolidum, quo vtatur manè ad ℨ j. ß. Ad eundem ſcopum, ℞ ladani ℨ ij. nigellæ, corticum citri, nucis moſcatæ, aromatici roſati an. ℨ j. ligni aloës, galliæ moſcatæ an. ℈ j. ambræ ℈ ß. moſci gr. iij. ceræ q. ſ. fiat pomum odorandum. Nux moſcata leuiter toſta & ſæpiùs ore maſticata intemperiem cerebri frigidam corrigit. Sapo etiam confici poteſt hoc pacto, ℞ Saponis Veneti, aut Hiſpani ℔ j. radicum iridis florent. ſandali, citrini, an. ℥ ij. ambræ ſcrupuli tertiam partem, olei, garyophill. guttas aliquot, diſſoluatur Sapo in aqua roſar. & miſceatur cum reliquis medicamentis ad loturam capitis cum lixiuio ſupra dicto Embroc. ℞ ſtœchados arabicæ, maioranæ, rutæ, camomillæ, meliloti, foliorum lauri, origani, betonicæ, an. m. ß. fiat decoctio ad medias, applicetur parti anteriori capitis. ℞ olei de caſtoreo & laurini ℥ ij. miſceantur pro linitione partis eiuſdem. Epithema cephalicum. ℞ vini albi potentis, aquæ vitæ an. ℥ v. ſalis communis triti ℥ j. liquefiat ſal cum vino bulliendo, deinde addatur aqua vitæ, infundantur petiæ in illo, & applicentur eidem parti.

Vnguentũ. ℞ olei nardini de euphorbio, & laurini an ℥ j ß. Castorei, euphorbij, piperis an. ℈j. betonicæ, & rutæ siccarum, maioranæ, garyophill. an. ℈ ß. nucis mosc. gr. vj, puluerentur, misceantur cum cera q. s. fiat vnguentum. Emplastrum. ℞. Mithridatij & theriacæ añ. ℥ß. succi menthæ q. s. fiat ad modum emplastri, applicetur eidem loco. ℞ stœchados Arabicæ, camomillæ, meliloti añ. ℥ß florum anthos, betonicæ, saluiæ, menthæ, rutæ, añ. ʒij. pulueris garyophyll. ʒj ß, nucis moscatæ ʒß piperis ℈ j. galliæ mosc. gr. vj. terantur, mediocriter trita includantur sacculo, applicentur.

De Curatione Intemperiei cerebri calidæ, & siccæ

CAP. VI.

Ad calidam & siccam intemperiem cerebri curandam, primùm instituatur victus ratio. Aër frigidus, & humidus sit, aut natura, aut arte: nempè irroretur cubiculũ aqua frigida, aut rosacea, admixto aceto rosaceo, herbis frigidis & humidis dissеminatis per cubiculũ, vt gladiolis aquaticis, lenticula aquatica, iuncis, lactucis, & alijs similibus: ventis refrigerãtibus aperiantur fenestræ, claudãtur calidis: euitentur radij solares, fugiantur fumi, tum odor aromatum calidorum. Somnus concilietur omni opera; De modo autem conciliandi somnum paulò post capite de vigilijs. Exercitatio pauca conuenit, frictio satis multa applicata artibus quo diuertat à capite, caueat ab iracundia, lætitia multùm iuuat, ab omni contemplatione difficili, & profunda abstineat. Alimenta frigida, & humida sint, elixa caro vitellina, hœdina, agnina, pullorum ex qui-

bus parabuntur iuſcula, cum borragine, bugloſſa, endiuia, lactuca, oxalide, portulaca. Vinum non eſt bibendum, ſed loco illius, aqua leuiter cocta infrigidata, cui admiſcere oportet ſirupum de limonibus, & capillorum veneris, violarum, pomor. dulcium, acetoſitatis citri, acetoſum ſimplicem & ſimilia.

Quod ad remedia ſpectat, maior eſt neceſſitas purgationis, quàm ſanguinis miſſionis, quod niſi exiſtente magna plethora, ſanguis non eſt detrahendus, & niſi parua quantitate. Antequam autem dicamus de purgatione, operæpretium erit recenſere medicamenta Cerebrum refrigerantia.

Refrigerant cerebrum lapis ophitis, radices mandragoræ, nymphææ, folia fabarum, hyoſciami albi, lactucæ, mandragoræ, myrthi, nenufaris, papaueris albi, roſarum, violarum, baccæ myrthi, ſemina hyoſciami albi, lactucæ, mandragoræ, papaueris ſanda. album, oleum roſatum, acetum, opium, camphora. Verùm noſſe oportet horum medicamẽtorum vires: Nam ſi exceſſerint vt hyoſciamus, mandragora, opium, & ſimilia non ſunt vſurpanda, niſi in extrema neceſſitate, & parua copia, potiuſque extrinſecus applicanda, quam aſſumenda, ex illis verò parari poterunt varia remedia, vt explicauimus capite de calefacientibus cerebrum.

Purganda verò primùm materia, leni aliquo catartico minorante ex Rhabarbaro infuſo, caſſia, tamarindis, & ſyrupo roſarum ſolutiuo, cum aquis, aut decoctionibus, quæ habent vim alterandi cerebrum, & ipſum corroborandi vt ℞ rhabarbar. infuſi in aqua nympheæ aut decocto eiuſdem ℥ij. expreſſioni adde ſyrupi roſarum ſolutiui ℥iij. fiat

potio, detur mane in aurora. Si difficilè purgetur æger, addi poterunt ℥iij. diaprun. ſolutiui aut ℥ß. Deinde reliquum materiæ præparetur; ſit autem ſcopus in præparando incraſſandi, & refrigerandi, quare eligantur ſyrupus violatus, de endiuia ſimplex, de nymphæa & mytillorum ad incraſſandum: Aquæ verò cichorij, endiuiæ, lactucæ, lupulorum, nymphææ: fiat ex his iulep clarificatum, & aromatiſatum, cum electuario diatragachanti frigidi. Poſſunt addi ad ſomnum conciliandum, aquæ cucurbitæ & nymphææ, tum ſympus papauerinus; vel fiat apozema, ℞ folior. cichorij, endiuiæ, portulacæ, betonicæ, lactucæ. borrag. oxalid. añ. m̃. j. ſeminis. frigid. maior. ℥ß. florum violar, bugloſſæ, roſarum añ. pug. ij. prunor. damaſcenorum ſub eſten añ. ʒiij. fiat decoctio in colatura ℔ ß diſſolue ſacchar. ℥iiij. clarificentur & aromatizentur cum puluere diatragachanti frigidi, fiãt tres doſes. Si volueris purgãs apozema efficere, adde purgantia, rhabarbarum, ſyrupum roſarum, ſolutiuum: thamarindos, lenitiuum Nicolai, myrobolanos citrinas, & indas, vinum granatorum, poteſt addi quod mirificè bili aduerſatur. Præparatos humores oportet purgare. Dari itaque poſſunt pillulæ vbi feruor non eſt ita magnus, vt ℞ maſſæ pilular. aggregat. ℈j. rhabarb. puluerati ℈ij. Syrupi roſar. ſolutiui q. ſ. fiant pillulæ molles. Aut ℞ Diaprini ſolutiui ℥ß. rhabarbari puluerati ʒj. caſſiæ recens extractæ ʒiij, ſyrupi violati, & ſacchari q. ſ. fiat bolus.

Ad corrigendum intemperiem relictam poſſunt parari ſequentia remedia. ℞ conſeruæ violarum, roſarum, nymphææ añ. ʒj. Anthos ʒß. pulueris

triasandali ℈ j. sacchari, & syrupi violati q. s. fiat bolus quo vtatur pluribus diebus, manè surgendo è lecto. Quo tempore applicantur superiora remedia ad repellendos fumos qui ascendunt in caput, ℞ oxyrhodini ℥ij. vngantur tempora, & frons manè, & sero, aut ℞ pulueris coriandri præparati ℥j. flor. violar. rosar. menupharis añ. pug. ß. seminum lactucæ, plantaginis, & papaueris albi añ. ℈j. sandali albi ℈ß. camphoræ ℈ j. fiat puluis, irroretur pauca aqua rosacea, & aceto rosato, fiat frontale vt artis est. Sequens remedium præstantissimum est ex Rondeletio. ℞ oleiviolati, & rosati añ ℥j. opij. ℈ß. misce, illinantur nares digito. Loco oleorum potest vsurpari lac muliebre, vel ℞ lactis muliebris ℥j. nucis moscatæ gr. vi, opij ℈ß. misceantur & cum digito nares interiores perungantur. Remedia omnia quæ faciunt ad somnum conciliãdum prosunt, in hac affectione quæ explicabimus capite de vigilijs.

Raro autem contingit intemperies frigida sicca, quòd à frigore cerebri multa producatur humiditas contra naturam. De illa verò intemperie cerebri dicetur capite de melancholia.

De dolore capitis, CAP. VII.

DOLOR Capitis ratione temporis alius est recens κεφαλαλγία appellatus; Alius diurnus siue inueteratus quem κεφαλαίαν dicunt. A parte dolente hemicrania dicitur, quando media pars capitis dolet, μονοπηγία siue clauus cum dolor vnam partem capitis occupat, anteriorem scilicet, posteriorem, vel aliam: penes barbaros, translato nomine,

ab Arabibus vocatur Soda. Dolor capitis propriè ſumendo, aut eſt in cute, aut in pericranio cerebri, vel eſt in meningibus, aut membranis reliquis, quæ à meningibus ortum ducunt, aut in vaſis. Subſtantia enim cerebri non ſentit, & ſi naturali facultate excludat noxium citra ſenſum more plantarum: Quare cum reliquæ partes capitis ſenſibiles, aliæ ſint externæ, aliæ internæ, dolor capitis alius dicetur externus alius internus.

Dolorem capitis æger detegit Medico, tum etiam partem affectam: Poteſt etiam Medicus illam detegere ſuo artificio, nam ſi tangendo, & comprimendo caput dolor excitetur, aut augeatur, doloris cauſa externa eſt, id eſt in partibus externis capitis: Si dolor extendatur ad radices oculorum interna eſt cauſa doloris: num autem ſit per conſenſum an primarius deprehenditur ex ſignis communibus.

Cauſas habet proximam intemperiem, & ſolutionem continui, humorum verò ſigna dominantium ſuperius explicuimus.

Dolor capitis graue eſt ſymptoma genere ipſo & partis obſeſſæ præſtantia, comitatu ſymptomatum vt læſione facultatum principum, vigilia, conſenſu, cum alijs membris membris, mœſtitia.

Capitis dolor vehemens, continuus, & pertinax cum acuta febre, & aliquo ſigno difficili, quale eſt priuatio vocis, dentium ſtridor non conſuetus, oculorum peruerſio, vigiliæ perennes delirium vehemens ab inflammatione(cum quo delirio, rarò dolor coniungitur, quòd qui mente laborant, dolorem non ſentiant) vomitus corruginoſus, atrabilareus, difficultas reſpirationis, vrina cōfuſa ab ar-

dore & ebullitione humorum, nigra lethalis censetur ex coactis prænotionibus. Quò enim pluries partes aquè principes in vitio sunt, eò grauius laborat æger: atqui symptomata prius descripta, quando simul iunguntur, significant non tantùm cerebrum malè affici, sed partes etiam respirationi dicatas, & iecur ipsum vnà cum ventriculo, ergo iure pronunciauit Hippocrates eos lethaliter habere, *Citra verò signum malum licet vehemens sit, pertinax, continuus, & cum febre, siquidem vigesimum diem superet fluxum sanguinis, aut paris ex naribus, vel abscessus in partes inferiores significat.* Adiungit Hippocrates distinctionem ab ætatibus sumptam, cum inquit. *Maximè verò iuuenibus fluor sanguinis qui annum 35. agunt, senioribus autem abscessus exspectandi sunt*, non quòd pus aut sanguis ante illud tempus non possit fluere, contingit enim sæpè nono, vndecimo, decimo septimo, & alijs: & etiam potest post vigesimum contingere, sed frequentius anno trigesimo quinto.

Signa verò symptomatum propria desumuntur ex capite de modo criseos, quorum aliqua subnectit Hipp. eodem loco cum ait, *Si circa frontem & tempora fuerit illa dolor pertinax, fluxiones sunt exspectandæ*, his enim significatur appulsus materiæ tenuis & acris quæ per meatus exiguos ad frontem perreptauit, qua parte venæ narium aperiri solent, atque proinde fluxio expectanda: huius autem signa prodit alio Aphorismo cum scribit, *in dolore anteriore capitis, & grauitate, sanguinem profundunt, & maximè si quid tenditur in ceruice*, tenduntur autem ibi vasa, quando sanguis per collum in caput fertur per venas iugulares, & arterias carotidas, &

hinc ad frontem vbi excitatur dolor cum grauitate à copia ſanguinis. Vigilia autem quæ illa ſymptomata comitatur, ſignificat materiam eſſe calidam, & tenuem: Quocirca poſſe ſanguinem effluere per nares proximas denotat.

Qui capite dolent ſtupore detenti, prærubro oculo, ſanguinem profundunt è naribus. Nam rubedo oculorum ſignificat dominium ſanguinis in capite, à quo dolor propter intemperiem & diſtentionem: Tum ſtupor, non à frigore, ſed à copia ſuffocante calorem natiuum. quocirca fieri poteſt in taliter conſtitutis ſanguinis fluxus per nares.

Quibus capitis dolor ab humore pituitoſo, aut melancholice, qui totam ſubſtantiam cerebri, ita oppleat, aut meatus cerebri, & ſpinalis medullæ intercipiat, vt neque ſpiritui animali pateat ad inferiora exitus, neque vitali aditus ad ſuperiora; *ſonitus aurium ſine febre*, à flatu commoto, & conuoluto per cerebri meatus, & potiſſimùm ductum auditorium; *tenebricoſa vertigo*, exagitatione illa flatuum, *vocis tarditas* inſtrumentis vocalibus reſolutis ob copiam humoris: *Manum torpor*, irrigata ſpinali medulla, qua nerui feruntur ad manus, *hos vel apoplecticos propriè dictos, aut paralyticos, vel Epilepticos, fore expecta, vel denique obliuioſos* prout humor occupauerit diuerſas partes cerebri, aut læſerit diuerſo modo cerebrum, & multus, aut paucus fuerit.

Dolor capitis curatur generalibus remedijs, & topicis: Si adfuerit Plethora, aut cacochymia totius corporis, vel ſi per conſenſum generetur affectus, à generalibus remedijs auſpicandum eſt, deinde ei parti topica remedia ſunt applicanda, à qua naſcitur cauſa morbi antecedens, & cerebro ea quæ

corroborandi facultate prædita sunt. Quare ne materia quæ à partibus inferioribus ascendit ad caput, aut quæ in capite manet detrahi possit, oportet per infeiores partes purgare, & sanguinem detrahere.

Quod ad Topica pertinet, Gal.1.de medic.sec.locos scribit *stupefacientia, quæ vehementer astringunt refrigerando, vitanda sunt in dolore capitis*, vt papaueris succus, mandragoræ vel cicutæ, intelligendum est, tantum simplicia. Nam composita correcta possunt administrari: Secundò, si distillatio, seu catarrhus adfuerit, fotus & capitis lotiones prætermittantur, oportet, & maximè ante purgationem antecedentis materiæ: Illis enim augeretur. Si nulla fuerit plenitudo, & si prima affectione dolet caput, in affectione calida, tutò venam frontis secabis, statim, ex Apho.68. lib. 5. *parte postrema capitis laborante, recta in fonte vena prodest incisa*. Si dolor non possit sedari ijs quæ euacuant, & causam doloris auferunt aut contrarijs qualitate, aut anodynis propriè dictis, ad narcotica est progrediendum, cum cautionibus descriptis.

Æstus solis causam esse potest doloris capitis, in quo dolore, sola topica sunt vsurpanda, dummodo cum hac causa externa, nulla interna coniungatur. Quare si solitaria sit, initio adhibebuntur refrigentia mixta cum astringentibus, ex Gal. cap. 1. lib. 2. sec. loco; Deinde anodyna cum repellentibus. Tandem Diaphoretica, & discutientia. Quare in principio vtemur oleo rosato recenti, si vis refrigerãs timeatur, oleum chamomelinum est admiscendum cum rosaceo: timetur autem refrigeratio in fœminis, pueris, eunuchis, & quibus caro mollis est, & alba cutis, & ijs qui radijs Solis non sunt assueti:

sueti: Oxyrhodinum præstantissimum est remedium, ex Gal. cucurbitæ recentis succus, ramenta corticis illius capiti appoſita, ex Plinio: Erasistratus commendat spongiam aqua inbutam, qua foueatur caput: Mulieres nostrates (quo dolorem ab æstu solis ortum sedent) phialam aqua frigida replēt, cuius apertum os syncipiti applicant; hæ dum aut aëre ingrediente, aut ab æstu capitis vident aquæ aliquas partes, ad summam phyalæ partem efferri, dicunt Solem è capite auferri & euelli: Non negligendum tamen remedium; nam aqua suo frigore æstum compescit. Arnaldus de Villanoua mirè sequens vnguentum commendat. ℞ maluæ, althææ, brancæ vrsinæ, volubilis añ. m̄. I. seminum lini, fœnugræci, añ. ℥ij. hæc omnia trita in aqua & oleo bulliant, quousque tota aqua consumatur, deinde per pannum colentur addita ℔j ß. axungiæ recentis liquefactæ, ceræ ℥iij. Iterum coquantur perfectè & eo vngantur frons, caput, ceruix, tempora, collum, dorsum & genitalia.

Suffumigium paratur ad eundem dolorem ex aqua rosacea, mastice, & ladano coctis simùl, quod excipitur capite cooperto. Abluantur pedes ex decoctione somnifera suo descripta loco: odoret aquam frigidam, si fieri possit vomitus concitetur.

Capiti nocent antipathia dactyli, aromata, præsertim crocus, & myrrha, oliuæ nigræ, grana sabinæ, grana paradisi, eruca, fœnugræcum, mora rubi, vinum fuluum.

De dolore Capitis ab ebrietate CAP. VIII.

VINVM ad Caput emittit vapores calidos & acres, qui cerebrum siue eius meninges feriunt, & copia interdum distendunt: fit etiam non rarò vt calefaciendo corpus, & agitando humores sursum compellant, hinc fit sæpè vt in biliosis vigilias & furores commoueat, in frigidioribus naturis soporem & placidam dementiam excitet. Ebrietas ergo in qua dolor adest ab ægro perceptus sine sopore est, in illo enim dolor non percipitur, & licet æger dormiat, aut deliret, causa tamen doloris adest, sed somni profunditate, aufertur sensus, & delirio: nam qui delirant & si causam habeant dolendi, non dolent tamen, quia mente aberrant; Quare siue sentiatur dolor ab ægro, siue non, semper remedia sunt adhibenda ad doloris causam auferendam, & ad euitandum periculum quod describitur ab Hipp. Aph. 5. lid. 5. *Si ebrius quispiam repente obmutuerit conuulsus moritur, nisi febre corripiatur aut qua hora crapula soluitur vocem recuperarit*, vocis enim priuatio est indicium obstructionis magnæ cerebri, & eorum instrumentorum quæ voci edendæ sunt dicata, à qua repletione nascitur conuulsio, nisi febre superueniente dissoluatur illa repletio, & obstructio: & si crapula soluatur nec ille temulentus recuperauerit vocem, indicium est superstitam esse obstructionem & repletionem à qua adhuc impendet conuulsio à repletione, adhibenda ergo sunt remedia.

Verum alia sũt próphylactica; alia curatiua: operæpretium, itaque duximus ea medicamenta re-

censere breuiter, quæ vim habent arcendi ebrietatem: postea describemus illa quæ pollent vi eripiendi vini vsum illis qui sæpè solent temulentia affici.

Brassica arcet ebrietatem, eam ob causam Ægyptij ante omnia edulia, brassicam coctam comedendam offerebant. Quidam ex Auic. fingunt syrupum ebrietatem arcentem, ex vna parte caulium alborum, & vna succi granatorum acidorum & media parte aceti cum sacharo. Sumitur autem ad ℥j. in principio pastus, ferunt ex Oro Assytiorum rege cinerem rostri hirundinis cum myrrha & vino arcere temulentiam: Succus granorum hæderæ idem præstat: ex Plutarcho amygdalæ amaræ comestæ prohibent ebrietatem: Allium ex Hipp. lib. 4. de victus ratione in morbis acutis succurrit ebrietati.

Vini vsus eripitur multis remedijs. Suffocatur anguilla in vino & præbetur temulento bibendum. Miscetur Galbanum cum vino, & datur filix cocta, exhibita aufert vsum vini. Abstemium faciunt oua noctuæ elixata, & exhibita. Aqua Clitorij fontis oppidi Arcadiæ idem præstat. Item ex Democrito si propinetur aqua vitis quæ manat ex illa amputata aufert vsum vini.

Curatiua remedia sunt vt capiti deraso oxyrhodinum applicetur, aut oleum rosaceum, mistum cum succo hederæ aut brassicæ. Nam & huius folia grandia in aqua frigida infusa, & apposita capiti ebrietati mirè aduersantur, Alexandri Benedicti sententia. Item succus amygdal. amararum cum oleo rosaceo, flores agni casti, cauculi & semen eius decoctum, & eius decoctio

ſumpta ad ℥iij. Sedat etiam dolorem hunc decoctum centaurij minoris.

Si ijs remedijs non ceſſerit dolor, oportet vti balneis & victus ratione refrigerante. Vomitus prouocabitur digitis aut penna, in os miſſis, frictiones ſtomachi parte ſiniſtra apponentur, vel ℞ ſeminum atriplicis ℥ß raphani ʒ ij. abſynth pontici m̄. j. fiat decoctio in colatura ℥ viij. diſſolue ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥ij, capiat: Si non vomuerit purgandus eſt ebrius. ℞ diapruni ſolutiui, & diaphenici an̄. ℥ß. Syrupi roſar. ſolutiui ℥iij. aquæ abſynth. q. ſ. fiat potio. Balneum parabitur tepidum ex aqua ſola: partes extremæ vinculis ligandæ, quò fiat reuulſio.

De dolore Capitis nato à ſanguine CAP. IX.

DOLOR capitis à ſanguine natus cognoſcitur ſignis demonſtrantibus ſanguinem dominari in capitie; Quod fieri vix poteſt, niſi abundarit ſanguis in reliquis partibus corporis, ex quo ſequitur plethoram adeſſe: Quare viribus conſtantibus venam ſecare oportet, præmiſſo hoc clyſtere. ℞ maluæ, biſmaluæ, parietariæ, cichorij, endiuiæ an̄. m̄. j. ſeminum frigid. maior. ʒvj. ſeminum aniſi, fœniculi an̄. ʒij. florum roſarum, violar. maluarum, anthos, chamomillæ an̄. p. ij. fiat decoctio in collat. ℔. 1ß. diſſolue catholici, & caſſiæ cum ſaccharo an̄. ℥j. olei & mellis violati an̄. ℥ij. fiat clyſter: Redito deinde clyſtere detrahatur ſanguis ex brachio partis dolentis, in interno dolore ex baſilica, aut mediana. In externo ex cephalica ob conſenſum harum venarum cum partibus cere-

bri, secundò ad purgationem accedendum.

At cũ sanguis peccet in hoc doloris genere, nõ debet purgari, vt disputatũ est cap. de purgatione; nõ sunt enim remedia ad sanguinem euacuandum per se. Respondemus hunc dolorem contingere ex sanguine inflammato, cuius tenuior pars vertitur in bilem, crassior in succum melancholicum præterea bilis quæ est in corpore inflammatur. Quare ea sunt exhibenda medicamenta quæ bilem purgant, & eius feruorem cohibent, vt ℞ rhabarbari electi, infusi in aqua cichorij ℥ij. expressioni adde thamarindorum. syrup. rosar. solut. añ. ℥j. fiat potus. vel si malit pilulas vorare, aut bolum. ℞ pilular. de rhabarb. aut de hiera simplici añ. ʒß. formentur pilulæ cum syrupo violaro, capiat duabus horis post mediam noctem, vel ℞ diapruni solutiui, & cassiæ recens extractæ añ. ℥ß. sacchari q. s. fiat bolus. Si perseuerauerit dolor, præparanda erit illa materia, syrupis refrigerantibus bilem, iulepis, & apozematibus descriptis capite de curatione intemperiei cerebri calidæ & siccæ: deinde purgare bilem dominantem oportet rursus.

Verùm quo tempore celebrantur ista remedia, oportet repellentia capiti admouere, quò deorsum sanguis, & bilis pellantur, & eorum retundatur calor: ea sunt aqua rosacea, succus rosar. endiuiæ, portulacæ, lactucæ, cichorij, plantaginis, quæ adhibentur singula per se, aut mixta cum aceto rosaceo quod tutius est: Quare radatur caput & suturarum regioni applicentur, aut vngendo, aut embrocando. Si fuerit febris vehemẽs, vsus illorum repercutientium est suspectus, quia impeditur egressus fuliginosorum excrementorum à quibus

plus incommodi quàm ex repercussione commodi, oritur.

Post purgationem poterimus tundere venā frontis, & cucurbitulas humeris applicare cum scarificatione ad materiam insitam parti euacuandam & resoluendam: Ad eum scopum poterit parari sequens fomētatio. ℞ seminum althææ fœnugræci, lini añ. ℥ij. flor. rosar. chamomilli, meliloti, anthos añ. p. ij. foliorum betonicæ, rorismarini añ. m̄. 1. fiat decoctio pro fomentatione capitis derasi, oleum chamomellinum idem præstat.

Postremo intemperiem calidam relictam remedijs frigidis extinguere oportet, quæ à repellentibus frigidis non differunt nisi gradu: Quare ℞ olei rosati ℥j. olei violacei ℥ ß mucilaginis, seminis psillij ℥iij. aceti rosati parum, ceræ q. s. fiat vnguētum & capiti raso applicetur, vel oxyrhodinum solum applicetur, poterit parari frontale refrigerans iam descriptum.

Victus ratio instituenda refrigerans: Aër ergo refrigeretur pauimento cubiculi resperso aqua frigida vel aqua rosacea, herbæ fluuiales frigidæ spargantur per cubiculum, lectus ramulis arborum frigidarum circundetur, ignis nullus in cubiculo accendatur, hominum turbæ vitandæ, vt qui expiratione aërem calefaciant: Cibus sit frigidus & qui parum sanguinis generet, qualis caro pulli, hœdi, iuscula ex illis parata cum lactuca, endiuia, oxalide, borrag. cucurbita, melone. In secunda mensa comedat pira, poma cocta sacchatata, bibat aquam leniter coctam cum syrupo de limonibus, violato, aut alio refrigerāte, sub finem pastus, sumat ea quæ fumos ascendentes ad caput reprimunt, vt cytonia-

tum,cytonium coctum,pyra, poma iam dicta, coriandrum præparatum sacchato incrustatum, atque ir primis iram vitare debet,& omnem profundam meditationem.

De dolore capitis à bile, CAP. X.

IN dolore capitis à bile si sanguis peccauerit cum illa detrahendus est præsente virium robore, sed minore quantitate, quàm in cephalalgia à sanguine,præmisso semper clystere, si aluus astricta sit,detrahatur autem ex diuersis partibus & venis secundùm indicationes iam dictas: deinde purgetur bilis, & præparetur remedijs descriptis, sed paulò maioribus,ob maiorem bilis copiam:eodem tempore repercutientia, cerebro applicanda præscripta,quæ etiam poterunt intemperiem calidam, siccam relictam auferre. Naribus admoueatur frigida vt aqua rosacea, cichorij, oxalidis cum pauco aceto ad penetrationem.In extremo dolore ℞ olei violati, & rosati añ. ℥ß. opij ℈ quartam partem, misce, & illinc digito partes interiores narium, sed id tantùm robustis & prouectis ætate applicetur. Aut adde lactis muliebris ℥ß. vel aquæ rosaceæ ʒvj. nucis mosc. gr. iiij. vt corrigatur opium, & corroboretur cerebrum. Castoreum nō est addendum nec myrrha, vt in alijs correctionibus opij, quia dolorē capitis mouent.Balneū tepidū ex aqua sola, paratū summo est remedio post purgationes. Victus ratio non est dissimilis ab ea quæ præscripta fuit.

Quando autē dolor capitis à pituita natus,ab humoribus crudis proficiscitur; oportet autē concocta medicari non cruda,ex Hipp.necessariū erit primò illos præparare:Quod fiet attenuātibus & inci-

dentibus,syrupis,iulepis, & apozematibus descriptis capite de intemperie cerebri frigida humida. Deinde purgabitur præparata materia hoc medicaméto. ℞ agarici ʒj. zinzib, & cinamomi añ.℈j.infundātur in aqua saluiæ,aut decocto chamędryos, expressioni adde diaphœnici ʒvj. syrupi rosar.sol. ℥ij.fiat potio,vel ℞ pilularū de agarico, & cocciarum vel lucis maioris añ. ʒß. trociscorū, alhandal. gr. iiij. fiant pilulæ molles cum syrupo de stœcade, capiat,vel ℞ diaphœnici ʒvj. sacchari q.s.fiat bol⁹, vel exhibeatur tabella vna electuarij diacarthami pondere ʒvj. sola aut dissoluta cum iusculo pulli.

Purgato humore erit vtendum medicamentis reuellētibus,nempè clysteribus,suppositorijs, acrioribus descriptis suis capitib. cucurbitalb. poterūt applicari humeris cum scarificatu. Vsurpāda errhina pituitas educentia, tū apophlegmatismi. eodem tempore poterunt parari fomentationes discutientes ex radicibus,herbis, seminibus, floribus & alijs medicamentis calidis,siccis, tum etiam oleis & vnguentis eiusdem qualitatis.Postremo exhibendaea sunt quæ generationē pituitæ prohibeant, & cùm generetur pituita potissimùm ob debilitatē coctricis iecoris & vētriculi,exhibeantur corroborantia, qualia sunt electuarium aromaticū rosatum, diacyminum ad ʒjß. manè surgendo è lecto. Vel ℞ diamosci dulcis ʒj.diambræ ℥ß pulueris aromatici rosati,diagalāgæ,& rosatæ nouellæ añ.ʒij.syrupi stœchados q. s. fiat electuarium molle,cui adde theriacæ magnæ & mythridatij añ.ʒj.capiat ex ea mixtura ʒß. aut ʒj. manè surgendo è lecto.

Si melācholicus succ⁹ fuerit ,causa doloris capitis curabitur remedijs dicendis capite de melancholia.

De diuturno capitis dolore cephalea dicto, & de hemicrania, CAP. II.

DIVTVRNVS capitis dolor, qui remediis appositè applicatis non cedit, pendet aut ab animalibus in cerebro natis, aut à tumore præter naturam, aut à callo, aut ab humoribus crassis & viscidis, aut à nimium calidis, quorum feruor vix potest extingui. Animalcula ægrè deprehenduntur, ex nullo ferè modo expelli possunt. Callus exteri nequit, tumor præter naturam medicamentis non potest curari. Humores crassi, tum viscidi, tum calidi inflammati præparari sæpè volunt, expurgari medicamentis iam dictis. Verùm antequam ad reliqua medicamenta progrediamur, notanda sentétia Hippocratis in Coacis prænotionibus de cephalea firmiter fixa, quæ est soboles humoris crassi & frigidi: inquit, *Cephaleam tollit expuratum per narres, aut sputa crassa odore carentia, quin etiam exoluit vlcusculorum vbertas nonnunquam & somnus, & alui profluuium*; Hæc sponte contingentia sunt cephaleæ remedio. Medicus ad imitationem naturæ errhinis, apophlegmatismis fonticulis ad suturam coronalem, & alias partes appositis purgationibus, tum cucurbitulis, & somni prouocatione per optima alimenta, per laudabilem anathimiasin poterit cephaleam curare. Sunt & alia remedia, vt decoctum ligni sancti, & salsiparillæ sero appositus posteriori parti colli, aut vesicatorium sequens applicabitur. ℞ vnguenti rosati ℥ j. cantharidarum ʒ ij. pulueris seminis sinapi, & stercoris columb. añ. ʒ j. miscé apponantur posteriori

capitis parti. Verùm quia cantharides exulcerant renes & vesicam, oportet antequam apponatur præbere ægroto aut lactis ℥ viij. aut syrupi violati ℥ iiij. cum æquali portione aquæ buglossæ: aut cichorij; prohibent enim hæc remedia exulcerationem illarum partium. in humorum feruore arterias temporum incidendas iubent. Sed quia satis periculosum est remedium, quòd difficile sistatur sanguis, possunt venæ frontis & temporum tutiùs aperiri.

In hemicrania eadem debent vsurpari remedia quæ descripta sunt ad dolores capitis ex humoribus natos. Alexander Benedictus lib. 3. has pilulas ad hemicraniam à frigore natam pro secreto præscribit. ℞ aloës ʒ ij. agarici trochiscati ʒ j. gariophil. macis, cubebarum añ. ℈ j. cinamomi, spicæ nardi, iscenanti, nucis mosc. iunci quadrati, mastiicis añ. ʒ ß. croci ℈ ij. salis gemmæ, diagridij ʒ j. ex vino meraco fiant pilulæ ʒ ß à cœna sumito. Arculanus post generalia remedia ad hemicraniam calidam præscribit sequentia vt optima, & rara, ℞. fæcis atramenti scriptorii siccæ q. s. dissoluatur cum aceto & loco raso applicetur. Si dolor fuerit vehementissimus additur aliquid opii, vel fiat emplastrum ex rutha, mentha, cum pauco aceto aut oleo rosato. Rhasis apponit naribus oleum nenupharinum. Aut ℞ succi agrestæ, myrrhæ añ. partem vnam, fæcis attramenti scriptorii partes duas, aluminis & croci añ. partis vnius quartam, confice conterendo cum aceto, illinantur tempora & locus dolens. Vel ℞ cassiæ fistulæ recens extractæ ℥ ij. philonii romani ʒ iij. camphoræ in aceto rosaceo dissolutæ ʒ ß. misce, fiat cataplasma applican-

dum parti dolenti, quod etiam mirè prodest in doloribus podagricis, vel ℞ lactis muliebris, & aquæ rosaceæ coclearia duo, vitellum oui j. misceantur, & apponantur. Lamina plumbea applicata cum vehementi compressione multùm prodest: deinde fiant errhina ex lacte muliebri cum caphoræ gr. iij. cui addantur opii gr. iiii. Si vehemens fuerit dolor attrahatur narib⁹, aut in illas immittatur, ex eadem aliquid poterit in aures instillari.

In hemicrania à frigidis humoribus post remedia generalia, ℞ radicum cucumeris asinini, folior. absinth. añ. q.s. decoquantur in olei & aquæ æquis partibus donec dissoluantur. Fiat embrocatio. Ex eodem decocto fiet sinapismus hoc modo. ℞ sinapismi communis (quod fit ex duabus partibus sinapi & vna ficuum) ℥ ii. scillæ ℥ ß, costi, radicum caparum euphorbii añ. ʒ iii. omnia trita misceantur cum aceto & vino odorifero sufficienti, applicentur cataplasmatis modo, vel ℞ radices betoniæ in vino albo infusas 24. horis, distilla, & ea aqua frigida fricentur tempora: fiat tale caput purgium. ℞ euphorbii, castorei añ. partes æquales, misce cū oleo menthæ, & ex eo nares fricentur. Puluis vessiarum vel nigellæ insufflatus per nares remedio est. Lauetur pars dolens aceto rosaceo aut aqua vitæ: vel dissolue parum euphorbii in aceto & contrariæ parti capitis adiunge. Hæc debent potissimum vsurpari in frigida materia: probatur maximè hoc remedium. ℞ medullæ seminis carthami ʒ ii, carabæ ℈ i. pulueris senæ laxatiuæ descriptione mōtagnanæ mannæ añ. ℥ j ß liquiritiæ ℈ i. cinamomi ʒ ß. sacchari rosati tabellati ad pōdus omnium, fiat electuarium, capiat ʒ ii. Puluis autem est. ℞. se-

næ ß,℥j.ß. zinziberiis ʒ iii. tartari, cinamomi añ. ʒi.ß, macis ʒ iii, miſce, fiat puluis.

De vigilijs. CAP. XII.

DE vigiliis agendum, quia dolorem capitis ferè ſemper comittantur & phrenitidem pariunt.

Vigiliæ ſignificant affectum cerebrum, aut perſe, aut per conſenſum: Et cauſam affectus intemperiem calidam ſiccam, aut frigidam ſiccam, aut acrem euaporationem ortam ex humoribus calidis. Atque ideò perſepæ ſunt præludium phrenitidis, præſertim ſi fuerint turbulentæ, in quibus ægri exclamant & vix familiares agnoſcunt, cauſamquè ſtabilem: Atque non ſolum eam ſignificant, ſed etiam comitantur, & augent, exſiccant enim & ſanguinem bilioſiorem efficiunt: Ex quo fit vt vigilia vigiliæ cauſa ſit & foueat ſuam cauſam.

Vigilia graue eſt ſymptoma, comitatu ſymptomatum, nempè vitium proſtratione diſſipato calore & humore natiuo, inquietudine, ex quibus prauorum humorum fit prouentus conſumptio corporis, & reſolutio, inflammatio ſpirituum, nec non cruditas, non modò enim non coquitur alimentum, ſed crudius relinquitur quàm ingeſtum eſt.

Vigiliæ quæ morbi decurſu & præcedentibus morbi temporibus non fuerunt cum anxietate repentè obortæ circa ſtatum certaminis critici ſunt prænunciæ. Perpetuæ vigiliæ peſſimæ, pertinacia cauſæ, & affectuum malignorum conſequutione, quæ ſuperius deſcripta

ſunt. *Ob vigiliam conuulſio aut deſipientia malum.* Conuulſio quidem, quia ab inanitione lethalis: Inſania autem quia nonniſi ferina eſſe poteſt à retorrida bile & aduſta ex qua atrabilis nata eſt. Quando illud ſymptoma tam graue eſt, vt Medicum reuocet ad ſui curationem relicta cauſa, vel vt ſimul cum ea curetur, hypnotica ſeu ſoporifera vſurpanda ſunt quæ varia deſcribuntur. ℞ maſſæ pilularum de cinogloſſa ℈ j. ad dolorem ſopiendum, confec. alchermes ℈ ß. capiat hora ſomni ℞ philonii ʒ ß. confectionis alchermes ℈ j. capiat eadem hora, ℞ conſeruæ flor. bugloſſæ, betonicæ & nenupharis añ. ℥ ß. conſeruæ roſar. citonior. añ. ʒ ij. ß. theriacæ ʒ ß. cum ſyrupo de papauere, fiat opiata; datur ℥ ß. poſt paſtum. ℞ requiei Nicolai ʒ j. aquæ roſar. q. ſ. fiat electuarium, detur eodem tempore.

Multa ſomnum conciliant capiti vapores effundendo, vt crocus, myrrha, anethum, ocymum, iris: quorum magnus eſt vſus in pleuritide, peripnumonia, & ſimilibus. Ex his cenſetur ſequens ſomniferum. ℞ tria, aut quatuor capita papaueris albi, coquantur cum iuſculo capi, herbis refrigerantibus alterato, detur iuſculum ſub horam ſomni: Ex eo iuſculo poteſt fieri hordeatum & propinari.

In melancholia verò ℞ aquæ communis, & vini albi añ. ℔ iij. in quibus feruefiant florum papaueris albi nenupharis, violarum roſarum, añ. pug. j. recipiatur fumus naribus per infundibulum: Cardanus præſcribit ad ſomnum conciliandum ſacchari nenupharini ℥ ii. ſyrupi de pomis redolentibus ℥ ß. moſci gr. v. capiat poſt cœnã, vel ℞ corticum papaueris albi ʒ ii. flor. violarum, & nenu-

pharis, ſeminum portulacæ, lactucæ, ſcariolæ añ. ℥ij.ß.corticis mãdragoræ ℈ij ligni aloës croci, ſeminis anethi, añ. gr. vij. pulueriſentur omnia, ſacculo includãtur ad odorandũ ſæpi: vel ℞ opij ℥ j alliorum capita duo diſtillentur in balneo mariæ, de quo detur gutta vna cum vino, aut iuſculo; Langius deſcripſit ex Sauanarola. Vel ℞ foliorum & ſeminum hyoſciami albi añ. q. ſ. includantur ſacculo, & ſupponantur capiti, vel ℞ corticis mandragoræ, ſeminis hyoſciami, cicutæ, ſucci ſemperviuæ ad vmbram ſiccati añ. ʒ ß vel j. omnia ſubigantur cum felle leporino, & oleo mandragoræ, fiat pomum odorandum, ℞ olei anethini, olei de croco, & chamomelini añ. q. ſ. opij tantillum, diſſoluantur ſimul & fiat errhinum. Poſt aures applicentur ſanguiſugæ, quibus detractis vulneri, granũ vnum opij imponatur ex Langio. Repleatur peluis magna aqua, & lingulæ panni villoſi circumponantur multæ, quæ philtratim exſugant aquam, excipiantur guttæ exphiltris cadentes peluibus ſuppoſitis. Ex puluere requiei Nicolai irrorato aqua roſarum, & inter duas ſindones interſuto paratur frontale ſomniferum. Vnguento populeo frons & tempora, & cordis regio illinantur, aut albumine oui cum aqua roſacea, aut lacte diluto. Oxirhodinum applicatum temporibus, fronti, & cordi ſomnum conciliat, Gaſpar Vuolphius tale præſcribit remedium. ℞ ſpecierum aromatici roſati, diagalangæ an. ʒ j. opij diligentiſſimè contuſi, & in vino maluatico diſſoluti ℈ j. ß Karabæ ſubtiliter pulueratæ ʒ j. croci ℈ ß. fiat cum eodem vino maſſa detur. Ex Cardano. ℞ ſtyracis, calamitæ, ʒ j. fiant pilulæ cum vino dulci. laudana multa

parātur, quæ data facile somnū prouoquāt. Lotura tibiarum facta ex decocto foliorū salicum, pampinorum vitis, foliorum cannarum, cichorij & aliarum plantarum frigidarum. Vel ℞ syrupi de papauere, aut diacodij ℥ j. syrupi violati ʒ vj. aut ℥ j. confect. alcher. ʒ ß. aquæ lactucæ q. s. fiat iulep, capiat hora somni. Conciliatur somnus embrocis refrigerentibus capite suo descriptis, catelli euisceрati capiti deraso applicati conciliant somnum: ℞ myrrhæ, styracis, calami aromatici, croci, opij añ. partes æquales, excipiantur succi plantaginis & albuminis oui q. s. fiat suppositorium. Ex Gordonio. ℞ vnguenti populei ℥ j. semin. hyosciami ℈ iiij. opij ℈ v. crosci gr, vj. castorei ℈ ß. radicum mandragoræ ʒ ij. olei de papauere ʒ iij. cum cera q. s. fiat emplastrum apponendum fronti & temporibus.

Si vigiliæ naſcantur ex intemperie frigida sicca, statim à pastu cubitum discedant. Deinde ℞ chamomillæ, florum anethi añ. ℥ ij. meliloti ℥ j. corticum mandrag. caſſiæ, schenanti añ. ʒ iij. corticum pauer. ʒ vj, ligni aloës ʒ j. ß terantur omnia craſſo modo, inijciantur in carbones, excipiatur fumus naribus & ore, ℞ diambræ ℈ ij. diamosci dulcis ʒ ß succini albi ℈ j. ambræ grisee gr. iij. syrupi de cortice citri q. s. fiant 24. pilulæ, capiat tres hora somni, præsertim in affectu melancholico.

De Phrenitide. CAP. XIII.

MENTIS alienatio perennis cum febre continua phrenitidem significat. Ea quæ fit per

consensum separatur à primaria, signis in genetali methodo descriptis. Illa autem quæ generatur à diaphragmate inflammato, licet febrem continuam sociam habeat, & ferè perpetuam mentis alienationem, in hoc tamen distinguitur à primaria, quòd quæ in cerebro primariam sedem occupat, paulatim producitur, magnam, & raram respirationem comitem habeat, & eam præcedant vigiliæ, dolores capitis febres, acutæ, oculi squalidi, acres lachrymæ. In ea autem quæ in diaphragmate consistit, symptomata phrenitidis derepente oriuntur phrenitis est multo mitior, frequens respiratio, quòd parua sit cum vsu aucto, debeátque defectus magnitudinis compensari frequentia, cum celeritas non satis sit, reuulsio hypochondrij sursum facta in principio morbi. In primaria verò affectione, morbo iam prõgresso, & consistente, fit illa reuulsio, præterea vox acuta fit à contracto thorace.

Causa proxima phrenitidis primariæ est[1] inflammatio meningum cerebri. Antecedens multiplex, sanguis biliosus, bilis mera & atra bilis, quorum signa ex generali capite de signis humorum præter naturam quærenda sunt; quædam tamen hîc apponenda ob febrem adiunctam.

A bile phrenitis orta habet comitem linguam asperam quæ morbi progressu fit nigra: rixa, continua à vellicatione meningum cerebri.

Flaua bilis in atram progressu tẽporis degenerat adustione, cui⁹ cõuersionis signa sũt, rixæ perpetuę feroces, festucarũ inanis perquisitio, oculorũ peruersio ferina, denique talis mentis alienatio, in qua cacitrat ęger, clamat, pedibus impetit quoscunque, mordet,

mordet &putat familiares amicos sibi esse coniuratos hostes, quæ non tantùm morbi causam significant, sed magnitudinem affectus ostendunt. Neque tãtùm est magna phrenitis, symptomatis enumeratis, sed & partis primariæ, nempe cerebri, affectu.

Cum sanguis causa est phrenitidis, adsunt signa dominantis sanguinis, insomnia perspicua, & ordinata. Præterea risus, & hæc durabilis non est: nam cito ex sanguine inflammatio fit bilis, aut atra bilis: hæc signa paruam illam ostendunt, & mitem: *Nam desipientiæ cum risu minùs molestæ sunt*, ex Hipp. aph. 53. lib 6.

Omnis phrenitis cum ferina alienatione mentis ab atra bile nata maligna est: eius præterea malignitatem ostendunt albæ deiectiones, à bilis priuatione, quæ tota rapitur ad cerebrum, ignauia, torpor, rigor, fletus perpetuus, rixandi perpetuum desiderium, sanguinis è naribus stillicidum nigrum.

Morbus & acutissimus, celerrimus namque, continuus, & cum periculo. Tamen Hip. 3. epidem, quosdam phreniticos ad vigesimum peruenisse diem, alios ad vigesimum tertium, & vigesimum quartum scribit: mutata morbi natura ex acuto simpliciter dicto in acutum ex dicidentia.

Prognoscis phrenitidis cõsistit in ea futura prædicenda, in mutatione in alium morbum, in morte aut salute.

Phrenitidis futuræ signa à Tralliano hæc decripta sunt *æger insilit, somniorum imaginationibus detinetur horrificis, futura se posse prædicere putat, obliuiscitur eorum quæ dicuntur, respondet cum ferocitate, & iracundia, frequentem habet respirationem, pulsus paruos,*

& duros, & occipitio frequenter dolet. Sed Hippocrates alia profert prognostica grauiora: *Linguæ asperæ, & multum siccæ phreniticæ*, ex Coacis per sympathiam cum cerebro æstu incandescente.

Item *contremiscere, ac stultè palpare manibus phreniticum est*, inquit Hip. in ijsdem Coacis, ex malè affecto cerebro læsisque animalibus facultatibus. Quare aut iam adest phrenitis, aut mox futura est.

Phrenitis potest mutari in conuulsionem, & tremorem, quorum signa sunt *palpitatio multa membrorum à flatu*, flatus verò à debili calore, *stridor dentium non consuetus, oculorum contortio, colli peruersio, bibere cum strepitu* ex Coacis.

Conuerti etiam potest in apoplexiam aut sponte, aut Medici errore vtentis nimis refrigerantibus, & stupefacientibus medicamentis. Sponte naturæ fit quando frigida intemperies succedit calidæ, ob caloris innati dissipationem à calore præter naturam, quæ mortalis est. Cuius conuersionis signa sunt, somnus, & torpor profūdus. Auicennas existimauit posse conuerti in hecticā: sed nomine hecticæ non est intelligenda febris hectica sed hectica dispositio. hoc explicauit Gal. comm. in sent. 33. l. I. prorhetici, inquit, enim *In phrenitide ex bilioso succo ortum ducente, cum is succus in cerebrum decubuerit, principio quidem qualitate ipsius, nondum toti corpori cerebri permixta, tumultuosæ fiunt desipientiæ: progressu verò temporis simile quidpiam contrahitur lanis, quæ tincturam receperunt: nam hæ tincturam retinent, non secus, ac proprium calorem & natiuum. Talis igitur cerebri veluti tinctura desipientiam hecticam habet, atque ob id*

affectio horum vt febrium hecticarum praua est. Signa huius permutationis prodit. Auicennas, profunditatem oculorum, extenuationem totius corporis, paruum pulsum, & durum.

Quæ in phrenitide memorantur in somnia, bonum denuntiant, ex Coacis prænot. Quia somnia sint argumentum somni: at ex somno conijcitur placatio phrenitidis: ex reminiscentia, memoriæ bona constitutio, quæ omnia in bonis ducenda sunt.

In phrenitide albæ deiectiones, priuatione biliosi humoris non per obstructionem ductus cholidochi ad intestinum delati, sed per raptum humorum in cerebrum: *& corporis exolutio*, non à madefactione, principij neruorum, sed à dissoluta animali facultate motrice, *graue malum est.* labefactato cerebro neruorum principio, à quo natura motus, & sensus commoda capiebat. *Sed longè grauius si rigor accesserit*, ex superioribus enim constat, ægrum esse debilem: *& rigor, ægro existente debili lethalis.* Nec potest esse criticus hic rigor cum exolutione. Ergo longè grauius malum significatur.

Phrenitici parum, & raro bibentes, idque cum strepitu: tandem conuelluntur & contremiscunt, rarò & parùm bibunt, non irrigata parte illa in qua sitis sedes est, ab humore seroso labente, è superioribus partibus, aut per eam transeunte, sputando, vel excreando: sed deprauatione sensus communis, vnde rei molestæ sentio non excitatur, nisi raro, quando accedit scilicet causa sitifera magna, quæ moueat phantasiam ad desideriū humidi.

Cum strepitu verò bibunt malè dispositis musculis faucium, & in officio degluțiendi laborantibus ob siccitatem, & inceptam conuulsionem. Tremunt verò quia debilitatur facultas mouens, ita vt iam cum parte mouenda æquali robore pugnet. Conuelluntur autem ob nimiam siccitatem.

Egregij tremores phreniticorum, etiam malum denuntiant, Nam tremor est symptoma cerebri alienati: à priuatione autem habitus denuò non comparatur. Ergo mors necessariò consequitur.

In phreniticis linguæ obtremiscentes, malum, ex 20. sent. prioris prorrhetici: indicant enim, vt scribit Gal. comment. in eum locum, imbecillitatem facultatis animalis. At omnis debilitas cuiuscunque facultatis in malis est ducenda.

Si in phreniticis cum perfrigeratione extremitatum adsit sputatio: nigra vomuntur ex Hipp. sent. 31. lib. 1. porrhetic. Sputatio quidem vomitus est prænuntia, inquit Gal. perfrigeratio autem extremitatum, siue superficiei corporis significat humoris vomendi qualitatem. Nam cum retrahat corporis calorem innatum ad se, malignus sit oportet ille humor & attrabilarius.

Vrina alba, & tenuis in phrenitide mortis signum est, inquit Gal. comment. in aph. 22. lib. 4. in quo etiam profert hæc verba. *Nullum vidi phreniticum in quo aparuerit vrina alba, & tenuis, qui conualuerit*: quod significetur raptus humoris biliosi totius corporis ad cerebrum, à quo dissipantur omnes facultates animales, vnde mors sequitur.

Crisis laudabilis in phrenitide fit per sudores;

per profluuium sanguinis è naribus, quorum signa in generali prognosi quærenda sunt.

De indicantibus communibus seruandis in curatione omnis inflammationis internæ, ex Gal. cap. 6. lib. 13. methodi medendi.

COMMVNIS, & prima indicatio omnis phlegmones est euacuatio materiæ in phlegmone conceptæ: *Nam morbi qui contingunt repletione curantur euacuatione* ex aph. 22. l. 2. Sed distinguendum. Nam inflammatio aut fit, aut iam facta est. In ea quæ fit, indicatio est prohibitio confluentis humoris in locum affectum. Inhibetur autem commodè si causam ipsins fluxionis inuenerimus, quæ est duplex originæ. Oritur enim aut ab ipsa parte phlegmone obsessa: aut ab alia, vel ab alijs partibus, vel ex toto corpore. Ex ipsa parte, quoties aut calidior facta aut dolore afficitur. Ex alia, vel ex alijs partibus, cùm vna pars mittit ad inflammatam, aut plures, aut totum corpus. Verùm inflammatio, aut est internarum partium, aut externarum: hoc loco de interna verba facere nobis est constitutum. Quæ phlemone, aut inflammatio adhuc in generatione est, eius causas priùs abscindere, quàm omnino generetur oportet. Eius verò quæ iam facta est, causas curare. Si ergo dolor adsit, ipsum sedare conuenit. Si nimia caliditas sentiatur, eam contrariis expedit oppugnare. Si verò plethoricum sit corpus, detrahere sanguinem. Si denique adsit cachochimia eáque quiescens, purgare humores

peccantes. Euacuationes verò fiant per reuulsiones necesse est. Quare si in partibus inferioris ventris inflammatio fuerit, deiectorijs medicamentis vti non conuenit, vt si in vrinarijs instrumentis extiterit medicamento diuretico, vel vrinas prouocante. Si in vtero, medicamento menses ducente: sed potiùs vomitorijs. De sanguinis missione idem est intelligendum. Eodem tempore si necessaria sit repercussio, oportet applicare medicamenta repellentia. Si verò sanguis sit vehementer parti impactus, non est amplius repercutiendum, sed discutiendum.

De victus ratione.

Victus ratio est instituenda contraria morbo: sed controuertunt Medici de aëris qualitate in phrenitide curanda. Alij namque expetunt aërem frigidum: alij temperatum quòd frigidus repellat adsitque febris continua, & magna & fuliginosorum excrementorum copia. Verùm natura morbi spectanda est, & vnde maior accedit vtilitas. Certè maiorem consequimur vtilitatem ex refrigeratione cordis pulmonum, & cerebri, quàm sit incommoditas nata ex pauca retentione fuliginosi excrementi: tectum verò caput esse debet. Adde quod repercutientia in principio imperantur, vt postea docebitur. Quare in principio saltem aër sit frigidus oportet, in aliis verò temporibus; vt in statum, aut morbi declinatione, minùs frigidus, prout erit necesse. Parabitur ergo frigidus respersione aquæ frigidæ, herbis, folijs frigidijs, & alijs quæ do-

cuimus ca. de cephalalgia. Cauendum eſt omne ſuffumigium qualecunque ſit, quia replet caput.

Celſus arbitratur ex veterum ſententia, illos in tenebroſo aëre detinendos eſſe: Aſclepiades contrà, in luminoſo: quoniam tenebræ exterrent. Verùm Aëtius ſcribit, Qui ad lucis ſplendorem reſipiſcunt, in lucido degant aëre. At qui ad lucem in furorem excitantur, tenebroſa domo decumbant. Cui quidem ſententiæ tandem ſuſſcripſit Celſus his verbis, *Optimum eſt*, inquit, *vtrumque experiri, & habere eum, qui tenebras horret, in luce: & eum qui lucem, in tenebris: & vbi nullum eſt tale diſcrimen æger ſi vires habet detineatur in loco lucido: ſi verò non habeat, in loco obſcuro, continendus eſt.* Si quidem in luce verſari poſſit, picturis locus careat neceſſe eſt, diuerſam enim imaginationem inducunt picturæ, ex quibus mentis alienatio augetur. Contingit autem non tantùm ex conſpectu imaginum diuerſa cogitatio: ſed etiam ex quibuſdam lineamentis in parietibus impreſſis: ex his enim debilitate quadam imaginatricis, fingunt ægri multas figuras, & varias, quarum contemplatione animus defatigatur, & alienatio mentis creſcit. Moueri nullo modo debet æger: ſed potius in quiete teneri aut ligari. Nam motus corpora ſiccat, & humores commouet. Quies verò humectat. Somnus in hoc morbo omni artificio eſt conſiliandus: de quo ca. de vigilijs. Proprietate tamen prodeſt ex Alexandro Benedicto, ſuccus peuſedani, cum aceto mixtus, & infuſus capiti. Item ſuccus florum Anagallidis cæruleæ, mixtus aceto, ex eodem

Benedicto. Idē inquit, *Vetustiores Medici pecudum vtpote veruecis, lupi, vulpis pulmones calidos præferebant capiti deraso alligatos, & inueteratos terrestris erinascei carnes, & castratorum testes, cum oleo rosaceo, & succo peusedani.*

Euitentur omnia animi pathemata præter letitiam mediocrem. Quare fugiatur conspectus inimicorum. Sunt qui musica harmonia placantur, quod experti fuimus in nobilissimo & generosissimo D. de la Verdiere: qui cum sæuissima & lethali phrenitide discruciaretur, suauissimo concentu ita afficiebatur, vt phrenitide priuatus videretur: ea verò harmonia deficiente rursus in pristinum furorem agebatur. *Moderatio in cibo adhibenda est: nam neque est implendus æger, ne magis insaniat; nec ieiunio vtique vexandus, ne præ imbecillitate in cardiacam incidat*, inquit Celsus: *neue ieiunio calefiant, & exsiccentur magis, ac magis humores.*

Quare ptisana exhibeatur, si vires sint robustæ. In virium debilitate detur caro vitulina, hædina, pullorum, gallinæ, cum seminibus frigidis, & oxalide. Hæc sæpius frustra præscribuntur, quòd à mente captis respuantur obstinatè & cum respuant omnis generis præsidia, cogendi sunt ad cibos, & ad potum aperto ore instrumento proprio, naribus compressis, vt melius deglutiant. Exsiccantur enim, & dissipantur ob violentiam morbi. Hipp. lib. 3. cap. 9. de morbis scribit *humidas potiones phrenitico conuenire (excepto vino) quia vinum est phreniticis inimicum*: tamen in summa debilitate vinum aquosum dandum est: quod lib. de victus ratione in morbis acutis scribit Hipp. Hoc confirmat Trallianus cum ait,

vinum, quòd sitim restinguat dare phreniticis audendum est, in quibus multæ vrgent vigiliæ, & vires imbecilles: febres autem non habeant vehementiam, & ardorem, & concoctio quædam appareat in vrinis: atque ijs præsertim dandum est, qui vino meraciore vti consueuerunt, & qui orificium ventriculi imbecillius, & frigidius habent. In his enim vires refocillat, mores ferinos in mitiores mutat, somnúmque conciliat.

Num autem aqua frigida phreniticis sit exhibenda quærunt Medici. Auicennas non esse dandam vehementer frigidam scripsit. Azarauius contrà, cui assentitur Rhasis li. diuisionum. Danda est aqua quæ non sit nimis frigida, quia noceret membris sua natura frigidis, scilicet, meningibus: nec calida, quia non conuenit curationi. Quare aquam hordei præbere oportet, vinũ gra[illegible]orum, aquam decoctionis radicis acetosæ mixtam cum syrupo de limonibus, aut alio simili. Et quoniam in phrenitide causa est sitifera, nempe calida sicca, licet sitim non percipiant vt plurimum, propter mentis alienationem, idcirco sitis sedandæ gratia, aliqua describemus remedia.

Aquæ laudabilis potus sitim sedat, quæ aqua redditur melior agitatione, transcolatione, seu crebra transfusione: motus namque tenuiorem illam reddit: tum iniecto panis frustulo, tum leui coctura, vt terrestris portio separetur, tenuiorque aqua efficiatur. Nam diuturniori coctione pars tenuior dissipatur, nec pristinam suauitatem retinet: *hæc facilè permeat, nec retinetur in ventre, nec bilescit vt cruda*, ex Hipp. lib. de vict. rat. in acutis. Si nausea, aut animi defectio ægrum exerceat; vel sit compescendus humorum feruor maximus, in ea debent coqui

grana aliqua mali punici, aut arancij, vel eiusdem pulpa: vua acerba, aut baccæ berberis, aut radices oxalidis. Componuntur ad eandem rem multa medicamenta.

℞ aquæ rosarum ℔ j. sacchari clarificati ℥. iiij. bulliant lento igne, misceantur cum duplo aquæ coctæ infrigidatæ: addantur syrupi, de limonibus, de agresta, granatorum, acetosus, & similes. Decoctio seminum frigidorum maiorum sedat mirificè sitim. vt

℞ seminum frigidorum maiorum ℥. ij. includantur nodulo, & coquantur in aqua, quæ colata frigida exhibeatur. Langius scribit laminam ex auro linguæ impositam ardorem & feruorem eius compescere. vel

℞ mucilag[illegible]s granorum psylli aqua tepida macerati, mucilaginis cytoniorum an. ℥ iij. vini granatorum ℥. ij. sacchari candi ℥. j. ß. amyli parum: conterantur in mortario: fiat lohoc: si volueris ad Iulep redigere, adde aquæ portulacæ, & endiuiæ an. q. s. coquantur lentè, deinde clarificentur. Capiat ℥. iij. vel iiij. Portulacæ folia super lingua detenta sitim sedant. Crystallus ore detentus idem præstat, subinde frigida aqua immersus. Lapis alectorius in caponis antiqui stomacho repertus, sedat omnem sitim.

Si plethora adsit cum virium robore; aut influxus in partem affectam fiat, præmisso clystere remolliente, aut si vrgeat necessitas, sanguinis missio statim, deplendi causa, aut deriuandi, aut reuellendi.

Verùm in erysipelate meningum cerebri parciùs detrahatur, quàm in phlegmone. Qui enim in

eo abstinendum omninò putant sanguinis missione, aberrant. Nam proportione seruata plus educitur bilis quàm sanguinis, quia tenuior est bilis: tum quia natura molestantem materiam, aut humorem foras excludere nititur: insuper cum sanguis ferueat, & bilis, detractione vtriusque magis refrigeratur æger. Ad diuersionem columbas viuas pedibus apponendas censet Forestus: frictiones, & ligaturas extremitatibus: cucurbitulæ sunt etiam ex vsu.

Quæritur autem quæ vena secanda sit. Aetius suadet mediam cubiti. Paulus simpliciter ex cubito sanguinem detrahendum esse. Trallianus ex vena frontis, si non possit cubiti vena secari. Rhasis, & Auicennas ex cephalica detrahendum putant. Alij basilicam esse aperiendam censent. Nonnulli saphænam. Verùm illæ omnes venæ aperiuntur non sine ratione ob diuersas indicationes. Nam ex Auicenna, si maxima fuerit in capite sanguinis redundantia, cephalica tundenda est: si minor, media, si parua basilica. Sed satius est ex loco ducere distinctionem. Et quia phrenitis affectio est interna cerebri, basilica est tundenda ob maiorem consensum: at si nulla possit aperiri in brachio propter ægri ferocitatem, tundenda est vena frontis. Vena autem saphæna aperienda est cùm menses suppressi, aut hæmorrhoides sunt causa antecedens phrenitidis.

Non omittendum, si hypoglottides, id est, venæ linguæ possint aperiri, earum apertionem maximum afferre commodum, post generalia remedia.

De tempore venæ secandæ statuendum est,

vt descripsimus capite generali. Oportet verò paruum foramen efficere metu effluxionis sanguinis.

De purgatione verò licet Græci nullam fere mentionem fecerint, quòd carerent benignis medicamentis quibus nos abundamus, nam vehementia medicamenta non conueniunt: Arabes verò benignis cholagogis educendos esse biliosos humores scribunt, vt cassia, tamarindis, syrupo rosarum solutiuo electuario lenitiuo, diapruno simplici, & similibus. Nam licet phrenitis sanguinea esse possit, semper aliquid bilis habet admixtum: quare in principio morbi, post sanguinis missionem ℞. rhabar. electi infusi in aquæ endiuiæ, vel cicchо. vel portul. ℥. ij. expressioni adde lenitiui Nicolai ℥. j. syrup. rosarum solutiui ℥. ij fiat potus, exhibeatur. Deinde præparetur iulepis, syrupis, & aposematibus descriptis capite de intemperie cerebri calida. Si fuerit biliosa ijsdem purgetur, additis tamarindis. vt ℞. lactucæ, endiuiæ, scariolæ, cichorij ana. m̃. j. betonicæ m̃. ß. seminum frigidorum maiorum ʒ. iij. florum violarum, nenupharis, rosarum añ. pug. ij. prunorum accidorum ℥. j. fiat decoctio: in colaturæ parte vna infunde rhabar. electi ʒ. i. ß. expressioni adde tamarindorum ℥. i. syrupi rosarum solutiui ℥. ii. Sunt qui ægrè purgantur, quibus cum superioribus exhiberi oportet diapruni solutiui ℥. ß. ad summum. Diacrydiata enim inflammationibus præsertim internis infesta esse solent. Si bilis, temporis progressu, vertatur in atram bilem, superiori decoctioni adde senæ orientalis ℥. j. vel. ℥. j. ß. epithymi ℥. ß. anisi, fœniculi añ. ʒ. ß. paretur vt descriptum est.

Quo tempore applicantur remedia generalia,

oportet capiti applicare repercutientia, iudicio omnium praxim exercentium. At diximus in magnis febribus non esse vtendum repercutientibus cerebro applicatis, ne fuliginosa excrementa retineantur. Respondemus, in phrenitide in qua omni artificio somnus est conciliandus repercutientia conuenire, quia plus afferunt commodi quàm incommoditatis, admiscendo semper ea quæ corroborant cerebrum.

In augmento morbi resoluentia medicamenta sunt miscenda repercutientibus dispari quantitate. vt ℞ olei violati ℥. iiij. chamomellini, anethi añ. ℥.j ß. misceantur, & capiti applicentur.

In statu, æquali pondere vsurpentur.

In declinatione sola resoluentia, vt oleum chamomellinum solum, anethinum, fœniculi per infusionem, aut decoctum aliquod conueniens. Ergo tempore incrementi ℞ foliorum lactucæ, oxalidis, cichorij, origani, calamenti, betonicæ, stœchados añ m̄. j. seminum papaueris albi, cucurbitæ, anisi, fœniculi añ. ʒ. iij. florum rosarum, anthos violarum, nymphææ añ. m. ß. fiat decoctio pro fomentatione capitis. Maior autem debet esse quantitas resoluentium, propter aquæ frigiditatem in qua fit decoctio. In declinatione, sola calida sunt vsurpanda. Discussa omnino materia, metu intemperiei relictæ, oportet vti medicamentis quæ descripsimus ad intemperiem cerebri calidam & siccam depellendam.

Phrenitici, quòd mente laborent, vrinam retinent, nec expellunt. Si ergo vrina retineatur, pronocanda est iis remediis quæ extrinsecus apponuntur, aut sumuntur. Oportet autem diuretica calida

euitare, ne malum augeatur. Quare exhibeantur ſemina frigida, nimirum maiora, vel minora gummi prunorum cum decoctione ſeminum, vel cum aquis ononidis, ſaxifragæ, criſtæ marinæ. vt.

℞. Seminum frigidorum maiorum ℥. j. decoquantur, in colaturæ ℥. vj. Diſſolue gummi prunorum ʒ. j. vel pulueris ciccadarum ſiccarum ℈. ij. vel. vitri cryſtallini calcinati vt artis eſt ℈. j. Poſſunt iidem pulueres miſceri cum eadem quantitate aquæ ononidis, ſaxifragæ, criſtæ marinæ: extrinſecus verò plura applicantur, vt

℞. pinguedinis cuniculi ℥. j. olei ſcorpionis ℥. ij. miſceantur fuſione, & vngatur regio veſicæ.

Fotus paratur hoc modo, ℞. parietariæ ononidis, ana m. j ß. petroſelini cum toto m. j. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue olei Scorpionis ℥. iij. fiat fomentatio perinæo, vel ſumini applicanda.

De inflammatione ſubſtantiæ cerebri, CAP. XIIII.

IN principio inuaſionis capitis dolor adeſt, qui per occiput collo & vniuerſæ dorſi ſpinæ communicatur, à quo ſtatim deperduntur ſenſus tum interni, tum externi, ſolusque remanet motus aliquando in his ægrotis ita validus eſt, vt vix contineri queant, dilaniant & crines euellunt ſiue voce manent, acutiſſima febre laborant.

Cauſa eſt ſanguis ſupercalefactus vel bilioſus admodum qui affatim irruens in ſuperiores partes cerebri, corpus, & partes eius internas, ipſiuſque ſubſtantiam occupans in eo figitur atque firma-

tur inflammationemque parit.

Magnus est morbus partis obsessæ præstantia & symptomatum magnitudine; eoque maior censetur illius causa, quo subiectum siue pars affecta minus est apta ad recipiendam inflammationem quippe frigida humida.

Malignus est tota specie, & acutissimus Hipp. ait Aph. 50. libri 7. *quibus cerebrum est sphacelatum in tribus diebus pereunt, si vero eos dies euaserint, sani fiunt.* Nomine spaceli, siue siderati intelligit Hipp. necrosin in fieri, vel ipsam siderationem: nam inflammatio magna cerebri via est ad necrosin siue gangrenam, aut sphacelum, & licet euaserint, nulla præteritorum in illis memoria remanet, neque enim recordantur morbi, nec alterius rei ad morbum spectantis. Quidam verò confusè meminerunt & valde anxij sunt, magnum incendium se persensisse dicunt, nihil tamen distinctè narrare possunt.

Si vires ferant adsitque plethora basilica brachij dextri tundenda est, fiatque sanguinis copiosa missio, habita ratione virium: repetatur eodem die si fieri possit ex altero brachio: interim repercutientia actu frigida adhibeantur syncipiti ad suturam coronalem continuè malefaciendo & si possit dari purgans medicamentum tale exhibeatur quale in phrenitide præscripsimus. Applicentur curbitulæ cum scarificatione profunda humeris, dorso & natibus; aperiatur vena frontis ligentur extremitates cum dolore & fricentur ad reuulsionem: Hirudines apponantur naribus & post aures.

Inclinante morbo lenia ſternutatoria approbantur ex cinamono, nuce moſcata, aut alio ſimili in nares inſufflato, & odoramenta grata vt pomum quod præſcripſimus capite de intemperie cerebri calida ſicca; teneatur aluus lubrica Clyſteribus moderatis, aut ſuppoſitoriis, vt quoniam lotium non emittunt incitentur, vt dictum eſt capite ſuperiori. Plura vide hac de re apud Petrum Salium diuerſum.

De ſyriaſi, id eſt, febrili capitis infantium ardore
CAP. XV.

SYRIASIS, quod Syrio ardentis leonis aſtro, effulgeſcente infantium corpora infeſtet, eſt inflammatio circa cerebri membranas, illic coacerceruato pituitoſo ſanguine oborta, cui ſubeſt febriculæ feruor quem ob id Plin. cap. 3. lib. 20, capitis infantium ardorem rectè appellat.

Signa ſunt ſincipitis & dolor, oculorum cauitas, pallor totius corporis ariditas cum inſomniis vigiliis, & choleræ impetu, poſt feruorem diarrhœa.

Cauſa eſt duplex vna interna & coniuncta, pituita nempe putreſcens circa cerebri membranas, altera extrinſeca & procatartica, ſcilicet magnus ardor ambientis aëris ſole ſub cane exiſtente.

Magnus eſt morbus partis affectæ præſtantia, ſymptomatis magnis, ſubiecti etiam ratione, quod pueri facilè diſſipentur æſtatis ardore.

Malignus eſt cum clam interimat pueros: acutiſſimus quod celeriter, continenter & cum periculo moueatur. Periculoſè ſemper laborant eo infantes,

fantes, cum magnus ſit morbus & malignus, tum quod non ſit congener ætati. Præterea difficilè remedia magna applicantur, cum vt plurimum non debeat in illis mitti ſanguis ob virium debilitatem, neque medicamenta niſi ægrè ſumant, & licet ſumpſerint, difficilimè materia morbifica educitur ita vt tota ſpes ſanationis ſit poſita in externis remedijs. Quocirca infrigidẽtia leniter conferunt, inter quæ maximè laudantur ramenta cucurbitæ domeſticæ applicata capiti: vel ℞. vrticas viuas in mortario contuſas, addito pauco vnguento populeo, applicentur ſyncipiti, ℞. ſucci foliorum ſolanij hortenſis ℥ij. roſati q. ſ. lauetur caput ex dioſcoride.

De vertigine Cap. XVI.

Inseparabile & proprium iudicium vertiginis eſt, quòd omnia in orbem verti videantur, procreatur autem ab humore in ſubſtantia cerebri exiſtente, aut à vapore in cerebrum elato, aut in eo genito, aut denique à ſpirituum tenuitate. Vertiginis ab humore procreatæ ſignum eſt, quòd ea tantùm accidat incuruato corpore antrorſum, retrorſumue. Cum à vapore naſcitur etiam ſtantibus, aut ſedentibus, neque incuruatis accidit, ſpiritum tenuitas etiam ſtantibus vertiginem inducit & mouet. Quocirca cum auſter turbulentos efficiat ſpiritus, & moueat vertiginem, ſi auſtrina tempeſtate vertigo quieſcat, neceſſe eſt hoc fieri per incraſſationem & condenſationem ſpirituum: præterea ſedatur cibis craſſioris & benignioris ſubſtantiæ, vt ouis ſorbilibus, iuſculis craſſioribus,

à tenuibus autem augetur.

Signa affectus primarij sunt, vertiginis ortus nulli ali morbo aut partis alterius affectui succedens cuius continua affectio, antecedentes capitis dolores aurium tinnitus, capitis grauitas, sensuum imminutio & quod repleto corpore non quiescat. Pecularia signa vertiginisper consensum natæ, sunt illa quæ significant primarium affectum ex quo nascitur vertigo.

Distinguendum est quo humore nascatur, si humor fuerit biliosus continget ægro inappetentia, morsus superioris oris ventriculi; si à pituita, aut à succo melancholico, fames intensa & ructus acidus, vertigo augetur impleto stomacho, & minuitur euacuato. Quando vertigo pendet ab vtero, hæc elucent signa, vteri suffocatio, eiusdem tumor præter naturam. A liene, renibus, aut alijs partibus potest proficisci, quæ ex earum affectione innotescent.

Magnitudinem illius ostendunt, casus, visus obtenebratio, resolutio crurum, memoriæ læsio.

Tardus est morbus vertigo quæ à pituita ortum ducit, aut ab humore melancholico à diuturna cordis aut iecoris. Intemperiē calida longa esse solet: item ab hæmorrhoidibus, aut mensibus suppressis, nisi iterum excitentur. Vertigo magna quæ febrem non habet comitem, epilepsiam, aut apoplexiam ostendit futuram, quia humores febre dissiparentur, illa verò quæ febri superuenit, siquidem circa morbi statum contigerit, futuri vomitus dat indicium. Si ea quæ oculis cernuntur, appareant sanguinea ad insaniam fit propensio (inquit Aëtius) si verò purpurea morbum comitialem minatur;

vertigines quæ ab initio morbi fiunt sanguis fluens è naribus soluit: initij nomine intelligimus febrium initia.

In curatione primò obseruandum est, vt distinguamus primarium affectum ab eo qui fit per consensum, ne remedia adhibeantur quæ non conueniunt, & ei loco accommodentur, qui nullo pacto ex se affectus est, sed per consensum. Si cerebrum primariò lædatur, videndum est quænam sit causa affectus vt tum à parte, tum à causa indicationes sumamus, Sanguine redundante quod cognoscitur, si quis præscriptis, tum quod insomnijs fulgura æger imaginetur, & casum ab editis locis, sanguis ducendus est ex basilica dextri brachij, & statim repellentia capiti deraso sunt apponenda; sequenti die purgetur bilis quæ sanguini permiscetur: deinde præparetur reliquum & rursus purgetur, poterit etiam purgari pilulis, vt ℞. rhabarbari electi, pilularum cochiarum añ. ʒß. diagridij g̃. v. cum syrupo rosar. solutiuo, fiant pilulæ, dentur post mediam noctem. In magna repletione ex sanguine valde inflammato micant arteriæ temporum & frontis, in ea affectione iudicio omnium praxim exercentium arteriæ temporum vel frontis sunt tundendæ, sed fit aliquando vt eo remedio vertigo non tollatur, quod vapor ille vertiginem faciens per interiores arterias ad cerebrum feratur: Quare cùm hoc accidit, collo refrigerantia sunt applicanda, nimirum conserua florum anthos, & potissimum veratrum, in hoc affectu ad ʒ ij. mane continuando longo tempore:

mirificè prodest. Infūdatur linteum in oxicrato & collo circundetur, vel ℞. conseruæ flor. rosar;anthos,betonicæ,buglossæ añ. ℥ß. pulueris radicum pæoniæ. ℈ij corticis citri conditi, diacodij añ. ʒij. specierum diamosci, diamargarit. frigidi, diarrhadonis albæ añ.℥ß.Cum syrupo de stœcade, fiat cōditum,capiat ad quantitatem vnius castaneæ in aurora vel surgens è lecto.Si bilis sit causa vertiginis, ℞. rhabarbari infusi in aqua betonicæ ʒij. expressioni adde electuarij de succo rosar. ℥ß. syrupi rosar. solutiui ℥ij. fiat potus cum eadem aqua, capiat eodem tēpore. Repercutientia cerebro applicanda sunt,deinde præparandi, vt ℞. syrupi violarum & nympheæ añ.℥j.aquæ cichorij & betonicæ añ. ℥ij. fiat iulep, continuet capere quantum fuerit necesse: deinde reiteretur potus supra scriptus.

Si frigidus humor & flatulentus commouerit vertiginem ℞. electuarij, diacarthami ʒv. syrupi rosarum solutiui ℥iiij. aquæ betonicæ q. s. fiat potus: præparetur humorijs quæ sunt præscripta capite de intemperie frigida humida cerebri: Deinde ℞. pilularum de agarico & aggregatiuarum añ. ʒß castori g̃. v, trochiscorum alandal g̃. iiij. fiant pilulæ molles cum syrupo de stœcade,capiat post mediam noctem.

Purgato cerebro ad ea medicamenta confugiendum est quæ descripsimus ad cerebrum corroborandum,& intemperiem relictam corrigendam.

Dum tenuitas spirituū est causa vertiginis, siquidem bilis redundauerit, vt ferè semper in illis fit propter intemperiem siccam iecoris, cordis, & cerebri,oportet bilem purgare leniter cum rhabarbaro, infuso in syrupo rosar.solutiuo, thamarindis,

deinde studere refrigerationi illarum partium principum & spirituum incrassationi per alimenta & medicamenta, inter quæ oua sorbilia principatum obtinent, lac asininum, hordeatum, caro agni, vituli, lactuca, cucurbita & alia similia. Sextus philosophus platonicus capite septimo, parte secunda de Medicina animaliũ, notat pauonis fimũ potatum caducos sanare, mirabiliter quidam sunt idem experti in vertigine, debet autem dissolui cum aqua bethonicæ, aut alia conuenienti.

De epilepsia, CAP. XVII.

EPILEPSIAM ferè omnem comitatur concussio totius corporis interpollata, & læsio principum facultatum: quæ signa inseparabilia simul collecta faciunt vnum proprium signum, & non tantùm sunt signa epilepsiæ, sed etiam partis affectæ, cerebri nimirum.

Signa illius quæ fit per consensum, quæ ex Galeno lib.3. de locis affectis pendet à ventriculo, aut alia corporis parte, sunt ascensus venenatæ auræ sensibiliter perceptæ: Ea autem quæ fit per primarium affectum inopinatò contingit, & sine vllo sensu prægressæ, illicò cadunt: Cùm verò sequitur ad affectionem alterius partis cadunt, sine vehementi concussione ex Galeno cit. & per interualla breuibus quibusdam motibus concutiuntur. Nonnunquam pendet à vermibus, quæ cognoscitur per signa vermium suo capite explicanda. Illius vero quæ causam habet primariã in cerebro signa sumuntur, etiam per negationem eius, quæ fit per consensum, tum ex temperamento ægri frigido hu-

mido, ex grauitate cerebri; longitudine paroxysmi, & magna concussione.

Signa causarum sunt expressa capite generali: magnitudinis verò existunt fæcum inuoluntaria excretio & exclusio, seminis reiectio, spuma magna copia ore prodiens, & reliqua magna symptomata. Causas illius varias recenset Fernel. cap. 3. lib. 5. Pathol. & 15. cap. lib. 2. de Abditis rerum cauſ. proxima tamen illius causa est res, à qua cerebrum molestatur.

Epilepsia tota morbi historia longus est morbus, paroxysmo autem acutus.

Epilepsia ante pubertatem potest recipere curationem: illa autem quæ vltra annum vigesimum quintum porrigitur fere est incurabilis; vt scribit Hippoc. Aphor. 7. lib. 4. Sed quæritur, vtrum epilepsia, quæ nascitur post annum 25. cum antea non extiterit comitetur vsque ad mortem.

Oribasius, vt citat Brassauolus comment. in illum Aphorismum, scribit, si acciderit morbus comitialis ante pubertatem, aut antequam ad iuuentutem perueniatur curationem recipit, quia contingit mutatio temporis, ætatis & humorum: si autem ab anno 25. acciderit, iam non est spes mutationis, quia fit à vehemẽti causa. & sequuntur ætates, quæ non sunt aptæ ad sanandam hanc causam. *Etsi tibi videtur*, inquit, *iuuenilem ætatem esse magis consumptiuam humiditatum, quàm sit adolescentia: respondeo etiam à causa vehementi induci & ætatem quæ sequitur nihil adiumenti præstare ad resolutionem illius causæ.*

Galenus Comm. in Aphor. citat. ab hac sen-

tentia non recedit, nam quoties in subiecto parùm dispositо nascitur aliquis affectus, oportet causam efficientem esse magnam; maior itaque causa censetur in iuuene, quàm in puero, etiamsi à puero perseuerauerit ad annum 25. nam morbus fere fuit semper familiaris constitutioni pueri, tum consueta minùs molestare solent. Quare qui incipit affici morbo comitiali anno 25. vel post illum, periculosius laborat & difficiliùs curatur ob causæ magnitudinem, insuetam affectionem, & naturæ repugnantiam: Nam ex Aphor. 34. lib. 2. *minùs periculosè laborant quorum naturæ, aut ætati, aut consuetudini magis congruit morbus, quàm quibus nihil istorum conuenit.* Ergo cùm epilepsia non sit familiaris iuuenili ætati periculose laborant iuuenes correpti morbo comitiali.

Hippocrates 6. epid. & Galen. 3. de locis affect. scribunt *melancholicos magna ex parte morbo comitiali affici, & contra morbo comitiali laborantes fieri melancholicos*: Si enim humor melancholicus in corpus cerebri feratur, id est, (vt scribit Galenus) *cerebro veluti parti similari noceat*, in cerebri corpus conuerti dicitur, cùm temperamentum mutatum noceat similari parti: ad mentem verò rapi dicitur humor melancholicus, cum melancholici fiunt Epileptici, facta materiæ translatione à cerebri substantia, in ventriculos illius, remanente etiam melancholica materia ex parte in substantia cerebri.

Si Epilepsia à pituita nascatur verti potest in apoplexiam per maiorem pituitæ collectionem ex concussione cerebri natam.

Curatio epilepsiæ diuiditur in præcautionem morbi futuri, & in curationem præsentis si curari possit: Si curationem recipere non potest, vt post 25. annum remedijs incrementum illius coercendum, quare si adsit suspicio aliqua mali futuri, adhibenda sunt remedia ad præcautionem, ea suspicio trahitur ex sequentibus. Primò quòd eiusdem familię multi soleât morbo comitiali affici, aut quod in illa vrbe pueri aut alterius ætatis afficiantur, vt in vrbibus meridionalibus, qualis est Aquensis & Olbia. Præterea ex Hippoc. lib. de morbo sacro *si pueri nec vlcus vllum habuerint in capite, nec mucus aut saliua vlla prodierit, nec in vtero cerebrum expurgatum fuerit, aut purgatum nimis, periculum est, ne morbo sacro afficiantur:* tum quòd grauida mater soleât epilepticos natos parere, cui remedia sunt adhibenda, quæ seminaria & radices illius morbi funesti extinguant in vtero, quale est quòd paulò post dicetur.

Ad præcautionem recens natus hæc remedia adhiberi solent antequam lac sugant.

℞. sacchari optimi bene puluerati ℥ ij. olei sesamini aut amygdal. dulcium q. s. fiat confectio ad modum lohoc, detur sæpe parua quantitate, continuet aliquot diebus vacuo stomacho, vel exhibeatur mel despumatum cum pauco, puluere, seminis pæoniæ & fellis testudinis, aut parum limaturæ smaragdi. Mulieres solent præbere natis ad præcautionem epilepsiæ hippomanis exsiccati puluerem ad ʒ ß, quod nullius est facultatis ad id præstandum, sed cum amoris illicita causa à meretricibus comparetur, quò scelus occultare possint illud ad epilepsiam conferre dicunt. In hac

ſuſpicione remediũ eſt cauterium actuale applicatum poſteriori parti capitis. Item emplaſtrum ad epilepſiam ſuturæ coronali admotum, ad præcautionem & ad curationem, tum opiatæ & pulueres deſcribendi: Mercator experimento fideliſſimo ſcribit mel decoctum & deſpumatum cum modico fœniculo & oleo amygdalarum dulcium ter vel quater quoque die exhibitum præſeruare ab epilepſia.

Ad grauidas verò quæ ſolent parere epilepticos ℞ cortic. imperat. ex cinamomi añ. ℥ ß. ſalis nitri ʒ ij. nucis moſcat. cardam. coriand. præparat. añ. ʒ j. roſar. rubear. raſuræ eboris añ. ʒ ß. cubebar. ℈ j. ſambuci mitillor. olibani añ. ʒ ß. ſacch. ℔ ij. fiant tabellæ de quibus capiat ʒ ij. eundo cubitum.

Si recens natus epilepſia laborauerit, diligenter perquirendum an affectione primaria, an per conſenſum. Si quidem naſcatur primaria affectione vt plurimum à pituita ortum ducit: rarò enim pueri melancholico humore abundant, niſi ex parentibus labem illius humoris contraxerint: Si per conſenſum id præcipue fit aut à lacte concreto in ventriculo, à quo maligna aura generatur aſcendens ad cerebrum. Id cognoſcitur, quòd lac coagulatum euomant. Aut à vermibus, quorum ſigna deſcribemus ſuo capite. Vel per conſenſum cum ventriculo & inteſtinis laborantibus colico dolore ab humore acri & mordenti viridi.

A quacunque cauſa laboret puer lac ſugens non tantùm illi ſunt præſcribenda remedia, ſed etiam nutrici & multò magis: nam alimenta & medicamenta, quæ nutricibus exhibentur, transfundunt ſuas vires per lac in puerum. Quocirca victus ratio

cum non possit præscribi puero, imperetur nutrici, quæ illi erit conueniens, cum omnibus illis qui laborant comitiali morbo iam adultis. Degat itaque in aëre calido sicco, nisi propter concretionem lactis in ventriculo pueri, & humores acres & calidos in ventriculo & intestinis contentos, egeat frigido, sit lucidus aër sine fumis & vaporibus; Illi namque caput commouere solent, & epilepsiā excitare, præsertim fumus rerum fœtidarum, vt cornu, corij & ceterarū male olentium: somniū. fugiat diurnum & præsertim meridianum, quia opplet caput vaporibus; non producat vigilias in multam noctem: nam vigiliæ dissipant spiritus & calorem innatum, vnde prouentus cruditatum & pituitæ in cerebro. Exerceat corpus ante pastum, nam exercitium siccat: fricentur extremitates cum panno rudiori, præsertim manè ad reuulsionem humorum; vtatur victu calefaciente & attenuante, quia siccitate opus est. A vino abstineat quantum fieri poterit, quòd sit vaporosum & cerebro inimicum, illius loco bibat hydromel aut hyppocratium album, nisi summa ventriculi debilitate laborauerit æger, tunc enim poterit sumere vinum bene dilutum; vitet edulia, pituitosa & melancholica: pituitosa sunt frigida & humida, vt fructus virides; olea insipida, pisces potissimùm viscidi & molles: melancholica sunt frigida & sicca terrestria, vt caro bubula, leporis, carnes salitæ præsertim caprarum, quæ proprietate nocent cerebro, legumina omnia, acetum & similia, coturnices noxiæ sunt multorum sententia, quòd elleboro vescantur conuulsionem excitante: Coitus valde nocet epilepticis, vehementer enim refrigerat cerebrum per

consumptionem spirituũ & caloris innati; vitanda sunt ea quę nocent capiti peculiariter vt suilla caro, ventus çepe, allium acria omnia; ex alto inferiora conspicere fugiat, torrentum conspectum, aquarum vortices, sonitus graues, rotarum circuitus celeres.

Controuertitur de apio, multi scripserunt apium nocere epilepticis, inter quos Plinius numeratur cap. ij. lib. 20. histor. natur. Verùm Galenus, cuius sententia reliquorum opinioni præferenda est, scribit illis conferre; ait enim *porrum quinetiam & apium & smirnium gustare confert epilepticis.*

Instituta victus ratione dicamus primò de curatione epilepsiæ puerorum. Curatio præsentis epilepsiæ in pueris sita est vsque ad annum 25. ex Hipp. in mutatione ætatis, regionis aut victus coniunctis cum proprijs remedijs. Ætas ipsa per se mutatur, nec vllo eget artificio: regionis autem mutatio arte non caret; indicatio verò illius mutationis ducitur à temperamẽto epileptici, cui regionis aër debet esse similis, & causæ epilepsiam generanti, aduersari debet quamtum possibile est: Tales sunt regiones maritimæ, & ex mercato pinniferæ. Victus ratio instituenda contraria morbo, & similis temperamento, quantum fieri potest, cætera obseruet, quæ antea sunt præscripta.

Quod spectat ad remedia reliqua, in curatione aut abigimus paroxysmum, aut morbi causam, vel incrementum morbi cohibemus; & quia vt plurimùm vocantur medici tempore paroxysmi, hęc debent fieri, quæ sequũtur. Ligentur extremitates cũ ligaturis dolorificis, frictiones artuũ adhibeantur

cum saluia, mentha, origano, ruta & alijs similibus suppositorium forte indatur ano, circumponantur capiti superiores herbæ magna copia & præsertim ruta, fiant sternutatoria. Apuleius commiscet polij succum cum aceto, & vngendum præcipit eos, qui patiuntur. Item pillulas eiusdem polij & radicem in linteolo mundo circa collum eius, qui patitur ligandam iubet, affirmat se expertum.

℞ seminis rutæ nucis moscatæ, coaguli leporis exsiccati añ. ʒ j. puluerentur in mortario, & insufflentur naribus cum tubulo, immittantur in nares oleum de laterib. aut balsamum; excitentur magni strepitus ad aures; liniatur palatum confectione anacardina, theriaca aut mithridatio cum penna corpore erecto, apertis oculis offerantur lumina magna, lineantur humeri cum oleo calido, ligentur testiculi ad pellem infimam, & trahantur violenter. Multi graues medici afferunt aquam destillatam ex cerasis dulcioribus statim fugare paroxysmum, si bibatur ad ℥ j. vel ij, distillentur oportet in balneo mariæ.

℞ olei succini albi guttam vnam misceatur cum cocleari lactis mulieris, & exhibeatur, oleum sulphuris idem præstat. Quidam contendunt rutam siluestrem naribus applicatam certissimo remedio pellere paroxismum; Item oleum cranij humani suturæ lambdoidi & coronariæ appositum, aut

℞ cranij hominis insepulti & exsiccati q. s. contere crasso modo & distilla per retortam in arena igne valido, ter iterando destillationem, ℞ radicis pæoniæ maris & herbæ añ. q. s. caput mortuum, combure, extrahe sal per lixiuium, quod est pretiosissimum.

℞ aquæ prædicti cranij & pæoniæ añ. ℥ iij. castorei recentis ʒ j, ß. ſpecier. diamoſc. dulcis ʒ ij. mellis anacard. ʒ ß. diſtillentur ſemel per balneum mariæ, addantur margarit. g̃ xx. olei vitrioli g̃ v. olei aniſi g̃. x. detur ex hac mixtione in paroxiſmo coclear vnum. Quædam horum remediorum poſſunt vſurpari in paroxyſmo puerorum epilepticorum lac ſuggentium.

Si puer laborauerit prima affectione epileptico morbo à pituita nato, indicatione ducta à cauſa & à parte affecta, poterimus aut illi parua copia, aut nutricibus magna quæ ſequuntur præſcribere remedia.

℞ agarici infuſi in aqua beton. vel in decoctione ſtœcad. cũ ſuo zingibere, rhabar. in eadem aqua infuſi añ. ℈ ß. expreſſioni adde mellis roſati ℥ ß. capiat. nullum diagrediatum miſcendum in hac potione, præſertim cùm datur pueris, quod ſit inimiciſſimum tenellis illorum corporibus: poſſunt tamen præſcribi nutricibus mediocri quantitate, vt diaphænici ʒ ß. vel alteriùs compoſitionis conuenientis: retunditur enim violentia diagredij tranſmiſſione per corpus nutricis & lactis admiſtione. Poſt purgationem applicetur puero hoc emplaſtrum in ſutura coronali.

℞ emplaſtri contra epilepſiam ʒ ij. extendatur & applicetur. Emplaſtrum ſequens probatum eſt.

℞ raſuræ cranij humani, ℥ j. piper. ſinapi, fimi columb. añ. ʒ ij. radic. & ſemin. pæoniæ, viſci querc. añ. ℥ ß. olei petrolei, cæræ & reſinæ añ. q. ſ. fiat emplaſtrum.

℞ thuris, euphorbi, caſtorei añ. ℈ ij. ſeminis

pæoniæ visci quercini añ. ʒ ij. coralli rubri, seminis rutæ, hyssopi sicci añ. ʒ j. ossis cranij humani ʒ ß, mosci & ambræ añ. g̃. viij. colophoniæ & ceræ nouæ añ. q. s. olei petrolei ʒ ß.

℞ ceræ ℥ j. euphorbij ʒ j. olei q. s. fiat emplastrum, apponatur spinæ dorsi: Paratur syrupus in epilepsia puerorum valde vtilis.

℞ radic. & seminis pæoniæ añ. ℥ ß visci quercini, radic. angelicæ añ. ʒ ß. seminis contra. ʒ j. agarici ʒ j. ß. rhabar. ℥ ß. sennæ orient. ℥ j. ß. succi ros. ℥ iiij. facchari ℔ j. fiat syrupus perfectè coctus, è quo capiat bis in mense diuersa dosi pro ætate.

Si epilepsia nascatur in puero ex lactis concretione in ventriculo ℞ folior. vlmi p. iij. coquantur in vrina alicuius pueri, deinde butyri recentis ℥ ij. fiat cataplasma, vt artis est, applicetur ventriculi regioni parte sinistra, vel

℞ folior. maluæ, absynthij & vlmi añ. p. j. decoquantur in vrina pueri & cum ℥ iij. butyri, addito pauco fermento & oleo nardino, fiat cataplasma, vt artis est, applicandum anteriori & posteriori parti regionis ventriculi, eodem tempore.

℞ coaguli hædi ℈ ß. cum pauca aqua calamenti. Paulò adultioribus detur theriaca cum aqua menthæ.

Multi suadent adultis applicandum pileum pueri alterius laborantis tinea, aut emplastrum quo puer epilepticus afficiatur tinea, qua eius cerebrum expurgetur. Satius est fonticulum aperire ijs, quibus formatum est os ad futuram coronalem.

Si epilepsia in adultis & alijs nascatur à pituita, primò purgare oportet medicamentis ad eam

extrahendam accõmodatis. ℞. feminis cartami ʒ ij. agaryci in panno raro ligati cum ſuo zingibere ʒ j. turbith gummoſi ʒ j. ß. aniſi, fœniculi, ſeſeleos garyophil. añ. ʒ ß. betonicæ, ſtœcad. camedr. camepit. origani añ. m̃. j. abſyth. pontifici m̃. ß. flor. roſar. anthos, ſtœcad. ſalu. añ. p. ij. fiat decoctio, in colatura ſuff. q. diſſolue diaphænici aut electuarij diacarthami ʒ ß. ſyrupi roſar. ſolut. ℥ ij. fiat coctio, detur mane: deinde præparandi ſunt humores apoſemate ſequenti.

℞. radic. pæoniæ, viſci querc. añ. ℥ j. radic. fœniculi & eryngij añ. ℥ ii. folior. beton. ſtœcad. camedr. maior. ſerpilli añ. m̃. j. rutæ p. j. ſemin. aniſi, fæniculi, ameos, ſeſeleos, pœoniæ añ. ʒ j. garyophil. ʒ ß. flo. roſar. anthos, ſtœcad. ſaluiæ, geniſtæ añ. p. ij. paſſul. mundat. ℥ ij. liquiritiæ raſæ ℥ ß. fiat decoctio: in colaturæ clarificatæ ℔. j. ß. diſſolue pulueris contra epilepſiam ʒ j. ß. ſacchari q. ſatis pro tribus doſibus, capiat manè. Si volueris efficere hoc apoſema purgans adde medicamenta ſimplicia purgantia in ſuperiori potione deſcripta ſuff. q. deinde finitis apoſſeumatibus oportet potum præſcriptum iterare.

Purgato corpore aperiatur fonticulus in ſutura coronali cum ferro candente, aut cum cauteria potentiali ad diploem vſque. Quidam terebello aperiendum os capitis cenſent ad ſuturſuturam coronalem, quod remedium excogitatum fuit vt ego exiſtimo imitatione falconariorum, ſolent enim hi, qui falconibus præſunt, eos liberare epileptico morbo, aperto oſſe capitis prope roſtrum inter duas nares, cum ferro candente; per foramen egreditur

Ichor quidã, quo egresso falco epilepsia liberatur. verùm dum egreditur aqua ex foramine, sensim est educenda, vt in hydrope, & iecoris tumoribus præter naturam. His peractis applicanda capiti emplastra superiùs descripta; Potest etiã caput derasum vngi oleo mixto ex castoreo & euphorbio.

Post purgationem perfectam corporis vsurpanda sunt medicamenta quæ roborare possunt cerebrum, & intemperiem relictam corrigere, vt

℞ limaturæ smaragdi ℥ ß. radic. pæoniæ & feminis eiusdem añ. ʒ ij. coralli rubri ℈ ij. cornu cerui vsti ℈ j. pulueris pullorum, hirũdinum vstorum ʒ j ß. limaturæ vngulæ alcis ʒ j. succi rutæ ʒ ij. syrupi de hysopo q. s. fiat opiata capiat mane surgendo è lecto & eundo cubitum ad quantitatem auellanæ.

℞ Vnguis alcis ʒ j. ß. feminis pæoniæ, lini, visci quercini añ. ʒ ij. betonicæ ʒ iij. cranij humani, castorei añ. ʒ j. ß. cum oximellite scyllitico fiat massa de qua capiat ʒ j. cum aqua betonicæ ieiuno stomacho. ℞ hyeræ picræ ℥ j. agarici trochiscati ʒ ß. syrupi de absyntio pontico ʒ j. ß. misce, detur manè coclear vnum paruum.

Sequens opiata præstantissima habetur.

℞ visci quercini ℥ iiij. radic. pæoniæ maris & feminis eiusdem añ. ʒ j. ß. maioranæ ℥ j. feminis nasturtij & limaturæ smaragdi añ. ʒ iij. addendo conseruæ flor. saluiæ ℥ j. pulueris diamosci ℥ ß. folia auri nu. x. fiat puluis tenuissimus, mellis rosati q. s. fiat opiata, de qua capiat mane quantitatem nucis auellanæ. Langius in suis secretis præscribit tale medicamentum.

℞ semin. pæoniæ excorticator. ʒ ß. radicis pæoniæ ʒ j. ß. cranij humani anterioris suspensi ʒ j. visci quercini ʒ j. ß. cubebar. pyretri añ. ʒ ß. folior. rutæ ℈ j. rasuræ vngulæ alcis, fragmentorum smaragdi añ. ʒ ß. margarit. ℈ j. folia auri nu. v. fiat puluis, detur ad ℈ j. aut ad ʒ ß. solus aut cum iusculo.

Galenus consilio de puero epileptico scribit radicem pæoniæ & semen illius collo appensa curare epilepsiam. Varignana scribit, *Sumantur ossa hominis mortui, id est, cranij, comburantur; fiat cinis, propinetur ad ʒ j. cum aqua cerasorum dulcium aut alia conuenienti.* Auicenna laudat corallam rubrum & smaradum suspensa è collo aut bibita. Multi fuere sanati bibendo pulueris bryoniæ ʒ j. cum vino manè vnius anni spatio. Misaldus tecenset verbenam collectam sole per arietam spatiante & mixtam cum granis aliquot pæoniæ si terantur & cum vino albo propinentur, epilepticos miraculo quodam sanare. Galenus consilio de puero epileptico probauit, quod etiam ferè tota posteritas testata est, medicamentum ex scylla confectum sanare epilepsiam. Paratur autem hoc modo: diuidetur scylla per talleolas, ponatur in vase vitreo nouo, obturetur luto & per 40. dies, exponatur solis radijs canicularibus, singulis diebus multùm agitetur: tempore autem præterito datur senibus ad coclear vnum, pueris vero non exhibebitur nisi post septimũ annum ad coclear dimidium. Arnaldus de Villa-noua sic describit medicamentũ ex magistro suo præstãtissimũ.

℞ Iuæ moscatæ, camépyteos, betonicæ herbæ paralyseos, saluiæ domesticæ & agrestis. pentaphili, graminis, buglossæ, valerianæ caprifolij, capillor.

veneris scolopend. anethi, endiuiæ an. m̄. ß. flor. anthos, borraginis, seminis anisi, fœniculi, passul. mundat. corticis radic. omnium aperientium an. ℥ j. ß cinnamomi, radic. pœniæ, polypod. quercini contusor. an. ℥ ß. sacchari ℔ ij. fiat syrupus secundum artem, de quo capiat manè ℥ ij. vel iij. item.

℞ pulueris rutæ montanæ ℥ ß. seseleos ʒ ij. styracis, calamit. ʒ j. ß. radicis pæoniæ ʒ iij. puluerentur omnia, includantur sacculo & sæpissime odorentur. Montagnana consilio 44. scribit se multoties expertum sequens remedium, ℞. piretri, stœcados, costi an. ʒ x. agarici ℥ v. seminis carui, anethi, assæ fœtidæ, aristolochiæ rotūdæ an. ʒ ij. ß. ſucci scyllæ, mellis electi an. ℔. j. & x ℥ ij. coquātur simul scylla & mel igne lento vsque ad viscositatē, deinde iniectis pulueribus fiat electuarium, dentur omni manè ʒ iij. aut iiij. abstineat à quatuor horis à cibo.

Possunt & alia multa medicamenta topica applicari, quæ descripta sunt ad corroborandū cerebrū.

Epilepsia per consensum ventriculi potest excitari in grandioribus, cuius curatio describetur capite de morbis ventriculi.

Si epilepsia fuerit nata ex sanguine, mittendus est sanguis constantibus viribus ex basilica dextra; deinde purganda bilis, quæ efficit tenuē sanguinem, qui propter suam tenuitatē aperit venulas, quę sunt prope ventriculum cerebri; Postea cucurbitulæ scarificatæ admouendæ humeris, hypoglottides aperiendæ: tum vena frontis, frictiones extremitatum applicandæ ad reuulsionem, & ligaturæ dolorificæ.

Si à melancholico succo duxerit ortum, eodem modo curatur quo melancholia morbus. Fernelius sanauit quendam, cui sub cranio venenatus humor

coaceruabatur admoto parti fonticulo. Atque vt finem huic curationi imponamus, si nascatur epilepsia per consensum alterius partis corporis ea curatur remotione morbi epilepsiam commouentis.

De Letargo CAP. XIX.

LETARGVS est de numero eorum symptomatum, quæ consistunt in somno inexpugnabili: Nascitur autem ille somnus vel per consensum vt ab vtero, & reliquis partibus ventris inferioris, vel est proprius cerebri, in quo genere est lethargus; & cùm alij somni præter naturam inexpugnabiles sint cum febre aut sine febre: Lethargus est cum febre cõtinua, somnus verò ille qui cum febre est coniunctus, vel est solùm in ipsa accessione & mox cessat, vel perpetuus est, & in omni tẽpore febris. Lethargus est ex postremo genere: quod ergo cũ febre sit à caro differt proprie dicto, à comate siue cataphora, quoniam hæc maximè in accessionibus adest, declinat verò & tollitur cum accessione: Verùm præter somnum inexpugnabilẽ habet coniunctã obliuionem. Obliuionis signum est, quòd si fortè aliquid perierint, cum manibus acceperint, hoc se manibus tenere non recordentur: habent etiam inertiam, vt nomen ostendit, λήθη enim est oblimio, & ἀργία segnities.

Signa illius pathonomica sunt somnus inexpugnabilis, perpetuus, febris continua, obliuio, & inertia. Affectus est semper cerebri primarius, nunquam per consensum.

Causa est pituita putrescens, quæ locum, in quo princeps pars animæ residet humectat & diluit: interdum mixta est affectio ex pituita & bile, quæ aut in verum lethargum, aut in phrenitidem

transit, vel tiphomania remanet, adest delyrus letargus, vel lethargicum delyrium succedit interdum phrenitidi perperam curatæ à cerebro præter modum refrigerato.

Magnitudo illius dignoscitur ex magnitudine symptomatum partis obsessæ præstantia, respiranis difficultate, vrinis turbidis.

Periculosus est affectus, & omnino lethalis, quando succedit phrenitidi; morbus enim frigidus succedens calido, præsertim in parte principe mortalis est. Seruantur autem lethargici aut per parotidas metastasi facta morbificę materiæ in emunctoria cerebri, aut per suppurationem: Scribit enim Hippocrates in Coac. *Quicunque verò seruantur ex Lethargicis vt plurimum suppurati fiunt.* Hollerius huic subscripsit sentẽtiæ, quod graui morbo graue malum succedat, in quo viribus opus est, quæ iã priore morbo fuere debilitatæ, vidit tamen vnum, aut alterum eo morbo sanatũ. D. Duretus vult. lethargum mutari in peripneumoniam, & hanc in suppurationem, quo pacto vix quisqnã potest euadere, cum tres morbi periculosi se consequantur. Iacotius alium euadendi modum excogitauit, nempe diffusionem materiæ ad primum spatium intercostale, & primas thoracis partes, quę expurgari potest per sputa purulenta sine spirandi difficultate, & lateris dolore: Quod si verum sit, maxima est aphorismo cõciliata veritas: Quidam, inquit Holerius, è lethargicis phrenitici fiunt & conualescunt, lethargum enim sanat phrenitis non contra: qui enim lethargus fit ex phrenitide mortẽ affert, vt probauimus.

Victus ratio debet esse siccans & mediocriter calefaciẽs; nam causa est phrigida humida, per accidẽs

verò ob putredinem calida, quare aër efficiatur calidus ſiccus, lucidus autem procurabitur, quo æger excitetur à ſomno inexpugnabili;ad id præſtandum picturæ multæ conferunt;ad iram excitandi,à ſomno reuocandi longiore & profundiore: debet enim ſomnum capere mediocrem ad vires refocillandas; frictionibus exercendum corpus vniuerſum deorſum verſus diuerſionis cauſa; motus in declinatione morbi conuenit, vinum non quadrat niſi in declinatione , quare decoctum dabitur paratũ ex hydromellite addito cinnamomo & ſaccharo. Omnia alimenta pituitoſa maxime nocent, tum ea quæ vapores pariunt præter porrorum barbas,quæ ſi cum hordeo decoquantur optima ſunt multorum iudicio. Multi ſcripſerunt leporis cerebrum aſſatum ſingulare eſſe remedium.

Secundo ducta indicatione à confluxu humorum ad caput : tum à plenitudine cum viribus validis ducẽdus eſt ſanguis ex baſilica dextra. At humida & frigida eſt cauſa , ſanguinis autem detractio refrigerat: Si cum illa plethora affuerit detrahatur ſanguis,quo pacto eſt intelligendus Trallianus cum ſcribit cap. 20. lib 1. *Si nec vires ægrotantis,nec ætas, nec regio aut tempus contradixerit, ſanguinem detrahere ſtatim in principio expedit:* Et Auicenna *ſi non fuerit,quod prohibeat ſanguis detrahatur , & ſi quid impediat , vt cacochimia pituitoſa & cruditas magnam euacuationem reuellendi cauſa ſaltem eſt detrahendus pauca quantitate ex vena cephalica aut mediana.* Verùm quia eſt affectio interna ex vena baſilica potius detrahendus.

Tertio præparanda pituita moderate calidis & attenuantibus , aut medicamentũ minorans primò exhibeatur; deinde præparetur materia tum purge-

tur phlegmagogis.

Interim dum hæc aguntur, ſyncipiti ad futuram coronalem ex Gal. cap. 22. lib. 13. meth. meden. adhibenda repercutientia cum his quæ caput roborant vſque ad incrementum, quale eſt caſtoreum paucum mixtum cum oxirhodino: eodem tempore fricandi ſunt artus, & ligandi cum violentia, ad doloris excitationem, quò diuertantur humores ad partes inferiores, & in fine clyſteres inijciendi & ſuppoſitoria acria; eodem ſpectant errhina & apophlegmatiſmi; poſtea diſcuſtientia ſunt adhibenda capiti leuia, nimirum in increméto, quò humor diſſipetur & cerebrum corroboretur: deinde nempe in fine incrementi, ſi opus fuerit vehementiora ſunt adhibenda. vt

℞. ficuum pinguium pug. ij. ſinapi pug. j. fiat ſinapiſmus cum aceto, & capiti deraſo apponatur. vel

℞. caſtorei ℥ ß. capillor. hominis aduſtor. ℥ j. aceti vel ſucci rutæ q. ſ. miſceantur & eo lauetur aut irroretur caput deraſum.

Excitãtur etiam à ſomno multis remedijs nempe ſyſimbrio agreſti in aceto infuſo, helleboro albo capiti applicatis, quæ debent apponi per repercuſſionem: item raphano acri comeſto, odorato ſinapi, vel eodem immiſſo in nares. Lethargus excitatur à ſomno verberatis cruribus & fronte vrtica ſpinoſa: euphorbium miſcetur cum aceto & naribus inditur: ſuffumigiũ coaguli vituli marini excitat à ſomno, item odor rutæ decoctæ cum aceto; ad idem confert auulſio pilorum partium pudendarum fumus, pilorum & plumarum; frictio plantarum pedum cum ſinapi & ſale, vel procuretur, vt capra lingat plantã pedis; hoc autem fit planta prius

sale aspersa. Apud Horat. Sat. 3. l. 2. legitur modus lepidus, quo Auarus à lethargo fuit excitatus.

Quidam lethargo grandi est opressus, vt hæres
Jam circum loculos & claues lætus ouansque
Curreret, hunc Medicus multùm celer atque fidelis
Excitat hoc pacto, mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandũ. Hominem sic erigit, addit & illud,
Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet hæres
Mén' viuo? vt viuas igitur vigila.

Multa similia possunt excogitari à medico, quæ excitent ægros à somno, nempe lætitia, timore, aut alio animi motu eos commouendo.

De Comate CAP. XX.

COMATIS signa descripsimus cap. de comate lib. de causis sympromatum. Causas enumerabamus breuiter, quæ hoc loco fusius sunt explicandæ.

Coma habet comites propensiores ad somnum clausis palpebris sine febre.

Nascitur autem ex frigida affectione, aut calida: frigida affectio ortum ducit, aut ex pituitæ incorruptæ abundantia, aut à cerebri refrigeratione per dissipationem caloris innati, quæ simplex dici potest, & alia mixta: item alia fit per se, & primariò affecto cerebro: alia per consensum partium aliarum, vaporibus nempe elatis in cerebrum, vt in febribus putridis. Si coma sit cum febre, quæ differentia erit inter lethargum & coma; febris non

est de essentia comatis cum sit lethargicis propria: Potest enim coma esse sine febre: tum coma est accidens febris putridæ fugax, lethargus perennis. Signa illius quæ nascitur ex pituitæ incorruptæ copia, explicata sunt capite generali de morbis cerebri: illa autem quæ ab exolutione calidi naturalis cerebri cognoscitur, ex eo cogniscitur quòd osculi aperti manere non possunt, eorum pulsus languidissimi, parui, rari, tardi; Præterea ex his quæ præcesserunt ardore & inflammatione cerebri, aut nimia repletione; qua suffocatus est calor naturalis comatis vigilijs signa manifesta sunt. Donatus ab Altoma. ex Galeno commento in 1. Prorrh. addit aliam causam nempe sanguinis copiam cum bile acri permixtam: Grauatur enim cerebrum per sanguinis abundantiam, sed à bile irritatur, ita vt somnus inhibeatur.

Magnum est symptoma partis obsessæ præstantia & comitatu symptomatum. Maximum illud est, quod à perfrigeratione nascitur, suffocatione caloris innati.

Hihpocrates de comate in Coac. ita scribit *Qui ab initio & continenter sunt comatosi* à principio & continuitas signi faciat affectionem esse primariam, à causa in cerebro existente, & in cerebro nata, aut eò ab inferioribus partibus delata, lumbis, & hypochondrijs, *vna cum capitis, lumborũ, ceruicis & hypochondrij dolore.* De quibus partibus præsertim lumbis & hypocondrijs ad caput rapitur perenniter materiã ab initio, & coma excitatur; aut quia ad cerebrum ab illis partibus materia refluat, aut lege cõsortij communicetur per neruos *somni expertes*, quod fit mixtũ ex bile & alia causa frigiditatẽ pariẽte

Etiam ne phrenitici possint fieri, præsertim cum pituitæ misceatur bilis perusta: tandem enim fit vt dissipata pituita, bilis dominans meninges & cerebrum accendat, vnde phrenitis nasci potest, cuius aduẽtus potest prædici à medico, si in pauca quantitate pituitæ multa sit bilis, si vigiles sint magis quàm somnolenti, si delirium in dies augeatur, sitque morbus duraturus ad aliquot dies: copia enim bilis dissipat paucam pituitam. Vigilia excedens testatur bilis dominium, tum delyrij incrementum, fiet ergo vt delyrio succedat phrenitis per inflammationem meningum cerebri.

Comatosi quibus ab initio sudatiuncula superuenit cum permolesta vrina & ardore febrili immeritò refrigerati, mox æstuentes, subinde ad pedes delapsi mortiferum habent malum; probatio talis esse potest. Coma ab exolutione cerebri & malignitate morbificæ materiæ mortiferum: atqui tale est coma iam dictum: Nam sudatiuncula illa, quæ ab initio morbi prospicitur, ab exolutione nascitur per expressionem vrina molesta & ardor febrilis, quibus succedit immerita perfrigeratio extimarum partium malignitatẽ denotant. Ergo, coma illis succedens significat exolutionem spirituum, & caloris innato cerebri, à qua perfrigeratione coma: Quod verò sint torpidi, & ad pedes delabãtur significatur summa facultatum omnium extinctiò & præsertim animalium per exolutionem & dissipationem spirituum cerebri: mortiferum ergo tale malum est quod vt ait D. Duretus *omne symptoma natum à principij exolutione, quam facit morbifica materiæ inueteratio, mortiferum est, & funestum.*

Coma veternosum cum refrigeratione mortiferum, tale

coma inducit somnum excessu difficilem, proximéque accedit ad carum: perfrigeratio vero extremitatum cum eo coniuncta significat illud pendere à dissipato calore innato cerebri, quæ affectio lethalis est, nempe frigida succedens calidæ in parte principe.

Comatosos laboriosos tum eos, qui absurduerunt, aluus subrubris excrementis adiuuat in ipsa crisi; hoc coma fit per consensum harum partium, quæ cerebrum in sympathiam mali trahere possunt, cuiusmodi sunt aluus & venæ, in quibus perturbatio commouetur à flatulento spirituum calore præter naturam. Cuius perturbationis signum est vrina iumentorum similis. Surditas autem pẽdet ab obstructione meatus auditorij, quibus omnibus remedio est proluuies rubra excreta critice: expurgatur enim materia, quæ anxios siue laboriosos efficiebat dispersabile in partes sensibiles, quæ vellicat comatosos & obsurdescẽtes. Hollerius scribit rubram illam proluuiem sobolem esse bilis rubræ, cuius meminerunt Arabes & Galenus.

Coma per consensum natum sanatur ad curationem morborum, ex quibus nascitur. Si per primariam affectionem cerebri oriatur, requirit remedia, quæ descripsimus capite de curatione intemperiei frigidæ cerebri: illa vero quæ ab extinctione, aut suffocatione caloris innati nascitur, quòd funesta sit, remedia non requirit.

De Caro, CAP. XXI.

CARVS omnis non eget remedio, vt qui sequitur crises: qui verò nascitur à compressione ventriculorum cerebri facta ab osse fracto incumbente chirurgicis sanatur remedijs: superest ergo vt dicamus de morboso ad medicam curationem pertinente, hic casus dignoscitur generalibus signis & specialibus. Primò somno inexpugnabili & ita profundo, vt licet ægri pungantur, vix tamen suscitari possunt cum sensus & motus priuatione, rationis, imaginationis & memoriæ læsione, libera tamen manente respiratione quo ab apoplexia differt. A vehementi quidem, quod perexigua adsit respiratio: à leui quòd maximè læsa sit. Et cum oriatur à multis causis, nempe à copia materiæ frigidæ crassæ sine febre: aut à multo vapore prauo ad cerebrum ascendente, aut ab insigni refrigeratione cerebri per aërem facta, aut vsu narcoticorum medicamentorum, hæ causæ suis signis sunt distinguendæ.

Pituitæ in cerebro dominantis signa superius expressa sunt: si nuda sit intemperies frons & tempora valde frigescunt, facies liuet, nares frigidum expirant, tarda respiratio, pulsus rarus, & paruus ab imminutione caloris: causæ etiam procatarticæ sunt signa.

Carus qui à pituita nascitur, curatur eisdem remedijs, quibus lethargus, sed paulò calidioribus à principio ipso: Intemperies simplex, frigida curatur alterantibus

calidis corroborantibus omnes facultates, assumptis & admotis.

Quòd ad prognosim attinet: Hippocrates scribit *dolorem, capitis soporosum cum grauitate aliquid conuulsiuum significare* translata malitia in neruos: potest etiam mutari in Apoplexiam si transferatur malitia in ventriculos cerebri, eosque perfectè oppleat.

De *Apoplexia*, CAP. XXII.

APOPLEXIÆ signa sunt priuatio sensus & motus voluntarij, oblæsio principum facultatum repente accidens cum læsione respirationis. Illa quæ fit ex interceptione venarum, cuius meminit Hippocrates lib. 4. de victus rat. in morbis Acut. habet comitem præter superiora faciei & oculorum ruborem, venarum colli distentionem & tumorem. Apoplexia quæ causam habet primariam obstructionem ventriculorum & substantiæ cerebri nascitur, ex Galeno Comm. in Aphor. 42. lib. 2. aut ob aliquam dispositionem similem inflammationi, quæ in ipso cerebro constituta est, aut ventriculis ipsius cerebri oppletis humore pituitoso, licet melancholicus humor nonnunquam possit esse causa illius: pituita dominans & melancholicus humor cognosci possunt ex signis iam descriptis.

Illa quæ nascitur ex affectione inflammationi simili detegitur rubore faciei & oculorum: distinguitur tamen ab ea per interceptionem venarum, tumore & rubore colli, & venarum, quæ sunt in illo.

Apoplexia magnus est morbus partis obsessæ præstantia, & symptomatum magnitudine, tamen illius plures sunt gradus, quos Hippocrates complexus est Aphor. 2. lib. 2. Primi gradus Apoplexia maxima dicitur, in qua nulla est sensibilis & effatu digna respiratio. Secundi in qua respirant quidem, sed cum magna violentia, & cum magno stertore, quæ vehemens dici potest. Tertij, in qua violenter respirant, inæqualiter tamen cum aliqua intermissione, quæ distinctionis gratia magna dicitur. Quarti est debilis in qua respiratio aliquem seruat ordinem, sed libera non est. Hæc distinctio est necessaria ad remediorum præparationem, & periculi significationem.

Apoplexia morbus est acutissimus, id est, celer, continuus & cum periculo.

Aduētantis apoplexiæ signa sunt magna cephalalgia à magna repletione cerebri orta; inflammatio venarum colli, à plethora; vertigo magna visus obtenebratio, tremor corporis & concussio, stridor dentium in somno aut vigilia non consuetus, torpor totius corporis. Scribit enim Hippocrates in Coac. *quibus capitis dolor magnus, sonitus aurium sine febre, tenebrosa vertigo & vocis tarditas, magnus torpor & tremor: hos vel apopleticos, vel epilepticos, vel denique obliuiosos fore specta*. Hæc enim symptomata sunt ea quæ significant oppletum cerebrum crassa viscidaque pituita aut sanguine, à qua oppletione nascitur morbus.

Item Hippocrates in Coac. Prænot. cap. de Apopl. scribit *sensus hebetudo, & eius amißio, si forte inciderint, futura denuntiant apopletica*, hoc nomine intelligit Apoplexiam, paralysim & paraplegiam.

Quo maior est apoplexia, eò est periculosior. Quam ob causam scribit Hippocrates Aphor. cit. *Apoplexiam vehementem & fortem curare est impossibile, debilem non facile.* Vehemens comprehendit ferè tres gradus descriptos: debilis autem postremum. Est verò vehemens apoplexia incurabilis, quòd cerebrum opprimatur copia humorum, vnde suffocantur spiritus naturales, & calidum innatum cerebri, tum quòd in illa respiratio sit valde læsa, cuius beneficio vita carere non potest.

Si hæmorroiades superueniant apoplexiæ vtile est. Ex Coac. scilicet in ea quæ fit ex sanguinis copia per interceptionem: nam sanguis ille apoplexiam generans reuellitur & expurgatur.

In apoplexia pestiferum est perfrigere & stupere, nomine stuporis intelligitur collapsio vniuersi corporis. Pestifera autem est, quòd affecta & langnida natura moueat rigorem, sed nihil expellere potest.

Apoplecticis si à difficili motu spiritus, (id est respirationis) *sudor superueniat lethale*: Est enim sudor ille ἱρύδροσις sudatiuncula ab oppressione caloris innati, quæ funesta est.

Apoplexia quæ phrenitidi aut lethargo superuenit incurabilis est, nonnunquam apoplexia finitur fluxu phlegmatico oris, qualis solet cõtingere illis, qui lue venerea laborantes argento viuo fuere peruncti, quòd semel obseruaui.

Si apparuerint signa imminẽtis apoplexiæ, victus ratio tenuis est instituenda, iubendum itaque, vt famem & sitim tolerent, vini & aquæ potũ fugiant; item somnum longum, à venere omnino abstineãt, vitẽt aërem frigidum, humidum, flatum austrinum, caput oplentem, & aquilonium, qui cõpressione & frigore exprimit succos in vẽtriculos cerebri; non

debent vti cibis melancholicis, nec pituitosis. Cæterum huius status decidentiæ ijsdem remedijs curatur, quibus & morbus, sed paulo mitioribus. Agamus ergo de Apoplexiæ iam notæ curatióne.

Curatio huius distinguenda est secundũ diuersas causas & tẽpora: in principio huius affectus semper aduocantur medici, & quia tã in grandi & calamitoso morbo medico turpe est nihil omnino moliri: adde quod astantes casu tã misero cõmoti quo succurrant ægro omnia quæ possunt & sciũt experiuntur. Quæritur num credẽdum sit opinioni vulgari, & medicorum quorundam, qui opinantur in omni apoplexia statim ægrum agitandũ & concutiendas corporis extremitates. Huic quęsito est satisfaciendum: si affectus pręsens nascatur ex leui obstructione, à vaporibus crassis genita, aut ex pauca materia, agitatio & concussio eã excutit & dissipat: item si à sanguine oriatur, quo maior eius cõcretio impediatur & sanguis euellatur. Verùm si à crassis humoribus ortũ duxerit concussio & agitatio forsan non conueniunt, ne scilicet agitatione maior fiat cõfluxus humoris in ventriculos & substantiam cerebri: quare frictiones admittẽdæ & ligaturæ extremitatũ, quæ diuertunt & repellũt humores à cerebro in artus; adde quod leuis illa obstructio periculũ nullũ minatur, tolliturque facile alijs remedijs: idem sentiendum de errhinis & sternutatorijs in principio applicatis; quod humores commoueant in cerebro contentos; nec satis largam copiã euacuent. Quamobrem curatio distinguenda secundum diuersas causas. Si apoplexia pendeat à copia sanguinis aut ab affectione simili inflammationi cerebri, statim sanguis est detrahendus, quod cum magna præmeditatione est audendum, cum

Celsus scribat cap. 27. lib.3. *Occidit si non redeat motus & mens, si redit, sanitas prospicitur*, hincque in hoc morbo detractionem sanguinis aut occidere aut liberare. Controuersia est ex qua vena debeat fieri: si ortum à suppressis mensibus aut hæmorroidibus ducat, primò ad repletionem cerebri euacuandam per deriuationem ex cephalica, mediana aut basilica trahere oportet: deinde eodem die, si fieri possit ex saphæna siue malleoli dextra. Si contingat ab alijs causis cephalica est aperienda, aut alia secundùm intentiones. Verùm in illa quæ nascitur à venarum interceptione, cephalica statim est aperiẽda, deinde iugularis, vt vult montanus. Rondeletius & alij multi damnant sectionem iugularium, quod collum non possit commodè ligari, cum magna inde proueniat respirandi difficultas; & venæ sunt perspicuæ & turgent sine ligatura. Quidam opponunt Guidonis sententiam qui vulnera colli lethalia esse putat; vera est si tota sit vena secta, sed falsa si extrema tantum parte & superficiali, quo modo nos incidere volumus secundum longitudinem venæ: deinde ad obturandum vulnus & consolidandum apponemus medicamentum Galeni compositum ex pilis leporinis tritis, aloë, thure & albumine oui eodem tempore & ante venæ sectionem, vt præcipit Hippocrates de victus rat. in morbis acut. & vulgares practicare consueuerunt.

Ad diuertendum oportet corporis partes extremas fricare & calefacere, eo enim modo sanguis concretus fluidus redditur, rarescit, faciliúsque egreditur: oportet repetere sanguinis detractionem si opus fuerit bis aut sæpius; debet fieri magna

venæ

venæ incisio, quò sanguis facilius extrahi possit.

Post sanguinis missionem spes salutis effulget, si pulsus validior fiat, respiratio melior euadat, calor corporis & color in pristinum statum incipiant reuerti: deinde necessarium est purgare humorem simul cum sanguine redundantem primò clystere, statim à sanguinis missione ingesto cum præbere antea nō liceat, propter magnitudinem morbi, sitque tempus necessitatis, non electionis: Postea medicamenta ore sumantur interiecto aliquo tempore, vt vires possint ferre, solemnia illa remedia, simul cum his quæ euigilant sunt adhibenda, quantùm purgationes permittunt: de quibus in superiore capite egimus, fortiora paulò post recitaturi. Si pituita aut melancholicus succus apoplexiam generauerit, videndum num statim applicanda sint remedia: in hac nihil esse præbendum scribit Alibas; Matthæus De gradibus nihil exhibēdum vsque ad septuagesimam secundam horam post inuasionem morbi.

Victus ratio nulla est præscribenda, quia est morbus acutissimus, nihilque ferè potest vorare æger, neque danda sunt præparantia, quia liquant materiam & eam extendunt, neque potest expectare præparationem: Si vero purgans exhibeatur medicamētum, debile quidem nihil potest; vehemēs autem propinari non debet, quia materia non habet orgasmum, & cruda est. Auicenna capite de Apoplexia ait, *Si adfuerit febris expectandam esse septuagesimam horam: fortasis enim crisis est, vel febris superueniens sanat, aut mutat speciem in paralysim fundendo humores.* Ad argumenta, verum est præparantia

non adhibenda, purgantia tamen præberi debent, nam licet materiæ non sit orgasmus, neque coctio; vtilius tamen eam detrahere crudam, quàm relinquere, quia augetur materia ab intemperie frigida humida, vel sicca. Quare cum maior sit vtilitas damno, id faciendum & purgandum statim cum pilulis dissolutis in aqua conuenienti, vt aqua thymi, saluiæ, menthæ, betonicæ & aliarum. Pilulæ autem sunt fœtidæ de euphorbio, & aliæ vehementes, denturque maiori quantitate, quam solent præscribi communiter, vt ad ℈ij. vel ℈iij. in biliosis tamen in quibus excrementa multa fuere collecta in ventriculis cerebri, propter debilitatē partis illius, vnde nata est apoplexia, excitatur febris à vehementioribus medicamentis, à qua dissipātur vires, sudor excitatur & intereunt. Quare mitiora medicamentā præbēda, vt diaphœnicum ad ℥j. aut confectio hamec pari pondere, vel electuarium diacarthami, addendo ℥ij. syrupi rosa. solu. dissolutis in aqua conuenienti.

Quæritur hoc loco vtrum vomitus conueniat. Paulus & Aëtius vomitum procurant. Auicen. cap. cit. vomitum esse procurandum scribit, si fieri possit, siquidem in stomacho, aut in ore ipsius fuerit repletio; quæ cognoscitur si apoplexiam præcesserit vomendi desiderium. Vomitus ijs quibus cōuenit præter euacuationē, affert etiam auxilium magnum; nam vomitus calefacit caput, flatus discutit, stomachum deplet, à cuius repletione impediebatur diaphragma, proindeque lædebatur respiratio. Adde quòd multi apoplectici pituitosa multa vomuerunt salutariter, quare vomitus cōuenit. fiat autē ex ℈j. elebori albi infusi in vini albi ℥v. & propi-

netur. Verùm cautio adhibenda dummodo possit vomera æger. Nã si agitentur humores,& nõ excludantur, excitatur maior vaporũ copia, à quibus oppressio & difficultas respirationis augetur. Quare apprimè videndũ antequam tale tẽtetur remedium, num possit vomere. Cum autẽ sunt ex parte curati, vomitus illis meliùs cõueniet. Et in principio præstat fortes clisteres inijcere, quàm ad vomendũ incitare. Et ℞. calamẽti, origani, pulegij, rutæ, centaurij mino. saluiæ, mercur. añ. m̃. j. foliorum lauri, stœchados, camedrios añ. m̃. ß. seminum anisi fœniculi, carthami contusi, baccharũ lauri, & iuniperi añ. ʒij. colocynthidis ℥ß. vel ʒiij. coquantur in colaturæ ℔jß. dissolue benedictæ laxatiuæ ℥j. hieræ, logodij & diacastorei ʒjß. salis gẽmæ aut communis ʒj. fiat clister, detur. Aut si clisterẽ nõ possit excipere glande sequẽti proritetur aluus, ℞. trochisco alhandal. ℈ij. puluer. hieræ, picræ ℈j. salis ℈ß. mellis q. s. fiat suppositoriũ & indatur. Deinde vsurpentur excitatoria remedia, ligare oportet extremitates dolorificè, & pedis plãtas fricare sale, vel dissoluere salẽ cum aceto & eeidẽ perfricaræ. Deinde admittere caprã, quæ lingua sua scabra pedis plãtas lingat. Auellãtur pili partiũ pudendarũ, clamores magni excitentur, sal in os inijciatur, aut aqua salsa, cucurbitæ applicẽtur humeris, dorso, natibus cũ magna & profunda scarificatione. Cucurbitulæ nõ sunt apponendæ hypochõdrijs & multi solent factitare, quia respiratio hoc modo tollitur attractione materiæ ad diaphragma, coarctatione musculorũ respirationi seruientiũ. Tota spina vngat. Et ℞. olei nardini ℥iiij. olei garioph. ʒij. misce & appli. possũt vsurpari vnguentũ martiatũ & arragoniũ, mixta cum theriaca,

aut mythridatio, tota cum aqua vitæ rectificata. Capiti applicetur hoc vnguentum. ℞. olei costini, castorei & de euphorbio añ.℥j. pulueris sinapi, euphorbij serapini añ.℥j. ß ceræ q. s. fiat linimentum capiti deraso applicandũ, deinde patella siue frixorium cãdens prope caput apponatur. Eodẽ die sternutatoria parẽtur & adhibeantur. Nã errhina non possunt trahere sine periculo, ob respirationem læsam; licet stertendo attrahant. Sequentia naribus apponantur. ℞. ellebori albi, pyrethri, castorei añ. ℈j. nigellæ, piperis albi, nucis moscatæ añ. ℈ij. fiat puluis, qui tubulo insuffletur in nares sæpius. Tum ℞. squillæ incisæ per talleolas ℥ij. castorei ℥ß. vitrioli ʒiij. fiat decoctio in olei anethini & vini añ. ℔ß. ad vini consumptionem: nares & palatum hoc oleo vngantur. Aqua destillata ex nucibus moscatis auribus, palato, naribus immissa, remedium est Hollerio præstantissimum. Potest etiam fortis sinapismus adhiberi. ℞. olei costini ℥j. olei costini & euphorbij añ. ℥jß. sinapi ʒij. castorei ʒijß. euphorbij ℈j. sagapeni ʒjß. aceti ʒiij. ceræ q. s. fiat sinapismus, applicetur capiti deraso, humeris & collo apponatur vesicatorium ex ℥ß. cantharidum recentium, fermenti ℥ijß. aceti q. s. confectum; & nisi excitetur his remedijs, cucurbitula apponatur summo vertici cum profunda scarificatione. ℞. aquæ vitæ rectificatæ q. s. ea calefacta irroretur totum caput derasum & igne candelæ accendatur, vel vngatur oleo petroleo & accendatur. ℞. castorei ʒiij. aceti squillitici ℥jß. fricetur palatum cum penna. Lectulus cõstruatur cum rotulis, moueatur per aulam cum maximo strepitu. Postquam excitati sunt & liberè respirant errhina de-

ſcripta capitibus ſuperioribus vſurpanda ſunt, tum apozemata ad præparandos & purgandos humores; tum potiones catarticæ ad roborandas partes affectas, corrigendamque intemperiem, aut ſuccreſcentem humorem purgandum. Aperiatur fonticulus in brachio, & ad ſuturam coronalem, tum paretur hoc conditum. ℞ conſeruæ florum anthos ſaluiæ, añ. ℥ß. ſpecierum diamoſci ʒj. nucis moſcatæ conditæ ʒiij. mithridatij & aureæ Alexandr. añ. ʒij. ſyrupi de ſtœchade q. ſ. fiat conditum de quo capiat ʒj ß. diebus alternis ſurgendo è lecto. Sunt qui pro extremo remedio ℥ß. exhibent argenti viui, experientia certa.

De catoche, CAP. XXIII.

SIGNA catoches ſunt læſio animalium actionum principum & proprie imaginationis reſolutæ ſiue abolitæ, immobilitas totius corporis, & præſertim oculorum, quos fixos habent penitus voce ac ſenſu priuantur, neque audientes niſi confuſè, reſpirationem liberam habent.

Multorum iudicio naſcitur aut à cauſa externa, aut ab interna, ſemper tamen intemperie frigida ſicca laborat corpus.

Cauſa externa eſt aër frigidus ſiccus, qualis ſentitur in locis niuoſis & glacialibus. Interna autem ex Gal. ad aph. 3. l. 2. eſt frigida ſicca intemperies cerebri. Verum præter hanc neceſſarium eſt adeſſe vapores frigidos ſiccos, nam citò naſcitur & cito euaneſcit in multis, citra euidentem euacuationem, quod autē tale, vaporē neceſſariò cauſam agnoſcit: is autem in neruos inducitur, quamobrem intercipiuntur ſpiritus animales, & rigent nerui propter impreſſam frigidam & ſiccam intemperiem, hunc

vaporem à ſucco melancholico infit caput collecto originem ducere multi ſcribunt.

In hoc affectu pars poſteris capitis magis afficitur quam reliqua ex Gal.c.11.l.4.loco aff.tum etiam nerui, qui frigidi fiũt ab intẽperie illa frigida ſicca.

Magnus eſt morb⁹ ratione partis & ſymptomatũ.

Affectio hęc cùm vehemẽs extiterit nunquã ſanatur leuis autẽ(qualis erat illa diſcipuliGal.deſcripta in prorhet.) ſanabilis eſt; Holler. comm. in coac. prænot. ſcribit eiuſmodi malum eſſe, vnde rariſſimè euadant ægri, huic ſi ſtertor addatur & difficilis reſpiratio ægri ſuffocãtur. Hipp. ſent. 4.l.4.prorehet. ait, *quæ cũ exolutione fiunt catochæ pernicioſæ ſunt.*

Cùm hoc malum pendeat ab intẽperie frigida ſicca, indicatio eſt calefaciendi, & humectãdi, tum diſcutiendi flatus melancholicos: quare cùm redundet in illis ſuccus melancholicus, præparandus eſt, & purgandus remedijs deſcribendis cap. de melancholia morbo. Si intemperies cauſam habuerit aërem externum calefacientibus eſt abigenda. Sanguinis miſſio in hoc affectu nullo modo conuenit. Topica eodem tẽpore applicanda ſunt, vt ℞ olei ſambucini, liliorũ, camomel.añ ℥ß.euphorbij ℈ß.miſceãtur, & illinatur poſterior pars capitis detẽſa, poteſt etiã parari ex oleo rutæ, laurino, & alijs calidis & vngi tota ſpina dorſi, vel adhiberi ſequens fotus ℞.ſtœchados arabicæ & citrinæ, ſaluię, roriſ. maioranæ, ſerpilli añ.m̃ j.ſeminũ rutæ, baccarũ lauri; fœniculi, ameos, aniſi añ.ʒij. florũ roſarũ, camomeli, meliloti, ſtœchados añ.p.ij.fiat decoctio in vino optimo, applicetur poſteriori parti capitis ſæpe. In eadẽ parte poſſunt fieri frictiones cũ linteis aſperis, cucurbitulę applicari cũ ſcarificatione, vngatur totũ corpus oleo anethi cũ alio calido. Poſt ge-

neralē purgationē poteſt exhiberi theriaca ad ʒß. aut ʒj.mane in aurora cū pauco vino,vel ſequentes parari rotulæ,℞. pliris arconticon,aromatici roſa. diacinnamomi,diambræ,lætitiæ Gal.añ.℈j. piperis lōgi, nucis moſcatæ garioph.añ.ʒß. ſacchari optimi ℥iij.diſſoluti in aqŭa rorismarini,fiant orbiculi,capiat vnum in aurora,cum vino ſatis copioſo. Nam cùm ſit electuarium valde calidum & ſiccum oportet vinū admiſceri ſatis larga copia,ne ſpiritus cordis diſſoluantur,qui pauci ſunt.

Victus ratio debet eſſe humidā & calefaciens iuſculis ergo incoquātur,mēta,petroſelinū, borrago, hyſopus, nā vocare alia vix poſſunt,vinū in primis commendatur aromatites maluaticū,& arelatenſe.

De Paralyſi, CAP. XXIIII.

IMPERFECTÆ paralyſis ſigū eſt abolitio motus ſenſu ſupereſtite,perfectæ verò sēſus&motꝰ abolitio.Cuius autē ſit partis ex ægro ipſo ſcitur & ipſis aſſiſtētibus,tū ex partis impotentis cōſpicitur.

Cauſæ verò cùm diuerſæ ſint ſignis ſuis diſtingūtur.Si facultas sēſitiua aut motrix nō recipiatur in membro ob frigiditatē,cognoſcitur ex cauſis procatartricis, qualis ſunt medicamentū ſtupefactiuū, ſeſſio ſupra res frigidas,mors in aqua frigida,in gelu,in niue. Si contingat quia facultas nō influit ob morbos ipſarū partiū,oportet id cognoſcere per ſedē morbi & ſpeciē.Morbus eſt ſolutio vnitatis,aut ductus mala diſpoſitio,quæ naſcitur à cōpreſſione, condenſatione,aut obſtructione. Compreſſio fit à re incumbēte, vt oſſe aut tumore præter naturam, quæ facilè deteguntur.Obſtructio pēdet ab aliquo humore impacto neruis qui sēper eſt craſſus,& viſcidus. Cōprehenditur ex victus ratione per quam ſunt geniti humores viſcidi, temperamento ægri.

frigido humido,ab excrementis,& alijs quæ generant viscidos humores aut genitos ostẽdunt. Condensatio nerui oritur à frigore neruum condensante,tum à siccitate. Huius speciei meminit Trall. c. 15. l. 1. in quibus *talibus purgans aliquod medicamentum præbere commodum non est.* Atque historiam recenset cuiusdam, qui contraxerat paralysim ex multa solicitudine & media; cui cùm propinasset hieram adeo fuit læsus vt totus immobilis fieret & propemodum interiret,nisi in contrarium mutatus fuisset: cognoscitur ergo per causas procatharticas refrigerantes & condensantes.

Num autem sit aut primaria aut per consensum facilè dignoscitur ab anatomicis,nonnunquã enim pars aliqua paralysi laborat, sine vlla sui peculiari affectione, sed per consensum earum partium à quibus aut per quas neruos recipit,vt manus paralytica potest fieri existente morbo in vertebris colli, vnde proficiscuntur nerui impertientes manui sensum & motum.

Morbus est tardus, cùm nascatur à frigidis crassis & viscidis humoribus.

Diuersa est prognoscis pro diuersitate causarũ & symptomatũ; ea enim in qua præter sensus & motus priuationem, refrigeratio membri & atrophia percipitur, fere desperata est, quod priuetur suo calore natiuo propter obstructionem non tantum neruorum,sed etiam venarum & arteriarum.

Si fiat à causa externa neruũ condẽsante facilè curatur. Si contigerit à soluta cõtinuitate est incurabilis.Si à cõpressione alicuius ossis distinguendum; nam si luxatum os aut fractum reponi possit,sanabitur, & si non possit remitti, vt fit plerumque

in luxatione vertebrarum spinæ dorsi, insanabilis est. Si compressio fiat à tumore præter naturam capitur spes salutis aut desperatio ex natura ipsius tumoris, nam si sit scirrhosus, insanabilis generabit paralysim insanabilem. Quæ verò contingit ab obstructione nerui difficilè curatur, quòd neruus densus impediat penetrationem medicamentorum à quibus impactus humor excuti debet. Paralisis quæ succedit epilepsiæ aut apoplexiæ incurabilis est, propter debilitatem caloris innati. Tremor in paralysi superueniens, bonum: Quia membris sensum restitui significat, & motricem facultatem refici, vt quæ possit iam cum morbo pugnare. Morbis qui sanari non possunt remedia non sunt admouẽda. Si ergo à luxatione ossis aut fractura contigerit, ablato osse, aut in suum locum restituto sanatur. Si tumor compressionem fecerit sanandus. Si obstructio adfuerit multis curatur remedijs vt dicetur suo loco.

Si sanguis in corpore redũdauerit detrahẽdus mediocri copia, ne copiosa detractio periculũ adferat refrigerationis partis: scribit enim Aetius partes resolutas refrigerari ob quietem. sanguinis verò detractio refrigerat etiam priuatiône spiritus & caloris. Debet autem sanguis duci è parte sana, in hac enim sanguis abundat, & robur partis permettit, deinde purgandus est humor crassus in corpore redundans & alius si simul peccauerit, postea præparandus, & rursus purgandus quoad erit necessariũ. Cùm in toto corpore redundans humor satis euacuatus videbitur, ad topica oportet gradum facere. Quare cucurbitulas parti primariò affectæ applicare oportet, quæ si non patiatur, vt sensibilia

maximè, proximæ parti erunt apponendæ. Si materia fuerit copiosa, & non impacta parti ex Auicenna, cucurbitulæ debent scarificari, si impacta sit, sine scarificatu adhiberi, nam materia non attrahitur, & partes vicinæ suo sanguine neruum proximum calefaciente, priuantur, si scarificentur; at si nō scarificentur à cucurbitulis ad partes attrahitur calor, quo calefit & corroboratur neruus læsus. Si paralysis oriatur à pituita in cerebro nata, & in neruos delapsa, post purgationes generales & alia remedia, cauterium potentiale est suturæ coronali apponendum, vel brachio sano, aut inter primam & secundam vertebram colli ad reuulsionem aut deiectionem materiæ vesicatoria ex cantharidibus applicata toti capiti mirè conferunt. Tum sepeliendus est æger in fimo equino calido linteo inuolutus per aliquod vices, ter scilicet quaterue, teneatur quoad poterit ferre sudorem. Topica multa sunt ad materiam parti impactam discutiendam. Ea autem quæ admouentur debent esse pinguia, aut admisceri cum pinguibus, fortia autem sint & valde penetrantia ést necesse, præsertim cùm partes affectæ profundæ fuerint. Pinguedo autem in eis requiritur, quò diutiùs parti adhæreant, & ne pars affecta nimiùm exsiccetur, tum ne humor impactus in scirrhum conuertatur. Quibus addi potest quòd ea quæ vehementer dissoluunt, humorem radicalem dissipant, & per consequens calidum innatum. Sum calidis resoluentibus Auicenna miscet frigida, debent autem esse moderata, vel si misceantur valdè frigida non debet applicari, nisi post fermentationem, secus enim frigida vim re-

tunderunt resoluentium. Inter topica verò alia sunt quæ sudorem mouent, alia parti applicantur ad dissipandum humorem contentum sudores mouent stuffæ, seu laconica suffumigia, balnea aquarum calidarum, medicamenta sudorifica, lignum sanctum, salsaparilla & similia: quorum vsus est accommodandus ex præscripto Hipp. qui in Coac. de sudoribus ita scribit. *Sudores qui sensim exeunt, prosunt, confertim autem erumpentur, nocent & larga detractio sanguinis.* Quare interpretes illius aphorismi imitatione naturæ sensim eliciendos autumant. His enim sudores humoribus crassi & viscidi prolici non possunt, nisi prius paulatim attenuentur, & sensim educantur: sudores enim arte educti per expressionem violentam exeunt, ac non solùm vires maximè deijciunt, sed etiam cum maiori periculo tenues humores resoluunt, tum partium solidarum, tum humorum glutinosorum, ex quo fit, vt quod intus relinquitur crassescat & glutinosius reddatur. *Valeant igitur* ait D. Duretus, *qui sudorificis paralyticos faciunt desperatos.* Balneum tale parabitur, ℞. saluiæ, stœchados, lauendulæ rorismarini herbæ paralyseos, iuæ arthriticæ siue camepiteos & moscatæ, absynth. añ. fasc. j. seminum fœniculi, rutæ, baccarum iuciperi, ameos añ. ℥ ij. florum rosarum stœcados, anthos, camomillæ añ. m̄. iij. decoquantur in decocto vulpis integræ ad ossium separationem, fiat balneum, in quo tepido sedeat vnius horæ spatio. Deinde partes affectæ vngãtur pinguedinibus fusis, quales sunt anseris, anatis felis siluestris, vulpis, leonis, pardi, quæ iudicio multorũ principatũ obtinẽt, oleũ de lateribus

oleum Iacob inuncta parti mirum in modũ prosunt. Sequens vnguentum habetur mirabile ℞. gummi galbani, eleni, hederæ, olei laurini ã q. s. destila in alembico vitreo, in cineribus separetur oleum ab aqua, quo partes affectæ illinantur. Vnguentum aregonium & martiatum conferunt. Multa vnguenta miræ efficaciæ vide apud Gueinerium cap. de paralysi. Oleum de lateribus à Lobello in pharmacopæa descriptum, mire prodest, vt probauit Socianus in experimentis suis. Præstantissimum & vsu comprobatum est sequens remedium. ℞ radicũ iridis nostratis, aristolochiæ rotundæ añ. ℥ ij. consolidæ maioris, camedrios iuæ artriticæ & moscatæ, herbæ paralyseos, pimpinellæ, rutæ, saluiæ, añ. m̃. j. baccarum lauri & iuniperi añ. ʒ vj. florum stœchados & rorismarini añ. p. j. ß. galangæ zedoariæ, zinziberis, garyoph. nucis moscatæ cinamomi añ. ʒ iij. ligni aloës ℥ j. thuris, masticis añ. ʒ x. myrrhæ aloës hepaticæ, sarcocollæ: bdellij galbani, sanguinis draconis añ. ℥ j. ß. ladani puri, lauendulæ, mummiæ, carpobalsami, croci, gummi arabici, styracis liquidę añ. ʒ iij. castorei ℥ ß. gummi eleni ℥ ij. diachilonis ireati ℥ iiij. aquæ vitæ ℥ iij. mosci ʒ ß. therebinthinæ ad pondus omnium, extrahatur oleum in alembico vitreo igne cõuenienti, vnguatur spina dorsi: ea quæ ore sumuntur sunt theriaca, aut mithridatium, aut radices acori veri, decoquantur toties in hydromelite, quoad saporem ingratum deponant, pistentur & per setaceũ transmittantur; de quo ℞. ℔ j. mellis, despumati ℔ ij. decoquantur rursus, deinde cùm refrixerint adde pineorum mundat. ℥ iiij. puluer. zinzib. piperis longi galangæ, cubebarum, granorum pa-

radisi, nucis moscatæ añ. ʒ j. semi. pœoniæ ℈ iiij. vel ʒ j. ß. mosci g̃. j. fiat electuarium, detur ʒ j. ß. aut ʒ ij. mane ieiuno stomacho. Montagnana cons. 48. scribit. *Ego experientia certa scio, quod si æger assuescat omni mane accipere de aqua rorismarini ad* ʒ iiij. *cum* g̃. *tribus pulueris pyrethri mirabili iuramento confert.* Sunt qui confectionis anacardinæ dent g̃. v. aut vj. ad febrem excitandam. Verùm si febris ephemera excitetur, prodest, si diuturnior, nocet, & vt plurimùm occidit celebratum, tamen hoc remedium imitatione naturæ, quæ solent paralysim per febrem superuenientem depellere, nam omnibus morbis frigidis à repletione natis febris superueniens solet esse remedio. Et Rondeletij experientia ℞ assæ fœtidæ ʒ ij. castorei, euphorbij, benioini, opoponacis, sagapeni añ. ʒ ß. trochisco. alhandal. ʒ j. ß. semi. rutæ agrestis, galbani, calami aromatici, spicæ nardi & celticæ, cinamomi, masticis, sarcocollæ, myrrhæ, croci añ. ℈ iiij. agarici trochiscati ʒ j. thereb. q. s. fiat massa, addendo mellis squillitici, iuæ arthriticæ, añ. ʒj. ß. stœchados ℈ ij. fiant pipulæ septem pro dragma.

Victus ratio debat esse tenuis & attenuans ratione quantitatis & qualitatis alimenti. Aër itaque eligatur aut fiat calidus siccus, vitet somnum meridianum, & nocturnum longum; moueat corpus si fieri possit, aut fricatio sit loco exercitij, cibos vitet phlegmaticos, sumat calidos siccos, commendantur cappares conditi cum aromantibus & nuclei pinei in secunda mensa, acetum inimicum neruis vitetur; vinum in robustis & in principio fugiatur, quòd humores deuehat ad neruos; debilibus autem in principio bene dilutum conceditur,

& robuſtis poſt 14. dies antiquum & rubrum. Ira commoueatur omni artificio, eo enim modo peritus medicus, Titi Veſpaſiani filium paralyſi laborantem liberauit. Timor vehemens idem præſtare poteſt, Venerem fugiat vt peſtem.

De conuulſione. CAP. XXV.

IN artibus practicis omnis contemplatio praxis gratis ſuſcipitur: Ars medica Gal. initio de conſt. ar. eſt actiua ſiue operatiua; Quare in illa omnis contemplatio de cauſis morbi, de ſubiecto, & alijs referri debet ad curationem vt ſcilicet ſumptis indicationibus ab his quæ in contemplatiua parte expoſita ſunt, curatio commodè ad ſalutem ægrorum inſtituatur.

Hipp. aph. 39. l. 6. ſcribit conuulſionem fieri à repletione, aut inanitione, ex quo ſequitur neceſſario conuulſionem curari inanitione & repletione. Hipp. namque aph. 12. l. 2. ait; *Qui à plenitudine fiunt morbi euacuatione curantur, & qui ab inanitione proficiſcuntur repletione ſanantur, ceterorumque contraria ſunt remedia.*

Perquirendum num cauſa omnis conuulſionis ſit repletio & inanitio, & ſi non omnis, an per analogiam quamdam poſſit referri ad repletionem & inanitionem. Huius peruestigationis occaſionem nobis ſubminiſtrarunt antiqui vt in progreſſu declarabitur. Deinde ſubiectum conuulſionis peruestigandum; vt enim cauſarum ablatione tolluntur morbi, ita ſubiecti, in quo morbus eſt, corroboratione, conſeruatur natura & temperies illius.

Veniamus ergo ad inueſtigationem cauſæ in qua

nulla Hippocratis iniuria fiet, si studio veritatis & mortalium salutis hanc ineamus diquisitionem. Neque nos primi hanc mouimus controuersiam. Multò enim antea Erastus nostris temporibus firmissimum propugnaculum medicinæ Hippocraticæ, contra vesanas paracelsistarum imaginationes hanc excitauit & soluit dubitationem.

Verùm quoniam conuulsionis nullam curationem instituit in suis thesibus, secundùm ea quæ in theori fuere proposita, omnes ferè qui praxim hodierna die exercent ea ratione in Erastum inuehuntur, quòd aliter debeat curari conuulsio quàm eius ferat doctrina. Nobis itaque est constitutum curationem conuulsionis instituere præscriptis Erasti conformem.

Causa conuulsionis peruestigari nequit, nisi subiectum siue partem affectam dignoscamus. Cùm enim morbus sit accidẽs aut symptoma, lato sumptum modo, in subiecto aliquo recipiatur oportet. Nec omne subiectum cuiusuis accidentis capax est. erysipelas nãque ossibus non accidit. Oportet ergo quærere subiectum conuulsionis: licet autem conuulsio, morbus non sit, est tamen in parte in qua morbus sedem habet, nisi per consensum nascatur.

In conuulsione omnium iudicio musculi retrahuntur versus suum principium contra naturam. Est namque vna eorum retractio naturalis, in motu voluntario, altera violenta & præter naturã. Quocirca huius retractionis contra naturam causa aut est in musculo, aut in alia parte, quæ cum musculis consensum obtinet.

In musculis causam conuulsionis reponunt, qui

à repletione aut inanitione eorum conuulsionem excitari contendunt. Hi suam confirmant sententiam, similitudine ducta à fidibus quæ repletæ aut inanitæ breuiores redduntur. Fides autem illæ in musculo neruos esse autumant qui aut oppleti aut inaniti sunt causa contractionis musculorum. Perquirit ergo primum Erastus num propter repletionem neruorum aut nianitionem musculi conuellantur, & probat id non posse fieri.

Gal. c. b. l. 1. de lo. aff. & c. 3. l. 12. de vsu part. probauit musculos à neruis non moueri tribus argumẽtis. Quòd non cernantur moueri motis musculis in viuentibus. Quòd in mortuis manibus nostris tracti, non sic percipiantur ad se musculos attrahere, quomodo hos tractos esse videmus attrahere, vt cap. 8. lib. 6. de Plac. Hipp. & Plat. inquit *Actio siue operatio propriæ partis cuiuslibet sequitur proprium substantiæ speciem, nec pro diuersitate locorum mutatur, sed eadem in omnibus locis seruatur, nec locus mutat substantiam rei, proindeque nec operationem.* Atqui nerui nec intra cerebrum contrahuntur in seipsos, vt partes aliquas moueant motu arbitrario, quamobrem nec extra ipsum per musculos disseminati, hoc motu vel musculos vel partes alias mouent. Non enim extra caluariam nouam acquirunt substantiam priore deperdita. Præterea alijs partibus quàm ipsis musculis sunt tributi nerui, vt intestinis, ventriculo, vtero, vesicæ, renibus & alijs multis, quæ tamen non contrahuntur à neruis, ergo neruorum contractio motum musculorum non efficit. denique propter exilitatem quàm Gal. attribuit neruis cap. 1. l. 1. de motu muscu. & c. 3. l. 12. de vsu partium non possunt mouere musculos.

Animaduer-

Animaduertendũ etiam neruos non ſemper in capita muſculorum inſeri, ſed aliquando in ventres, nonnunquam in caudam, ſunt qui oblique adeunt, & ſinuoſo acceſſu, ergo nerui non contrahunt muſculos.

Si quis autem obijciat Gal. ſententiam in fine lib. 1. de Plat. Hipp. & Plat. quo loco comparat neruos manibus, muſculos autem vecti: *Sicut pondera*, inquit, *quæ manibus mouere non poſſumus vectibus adhibitis moliri conſueuimus, ſic corporis membra cum neruis mouere non valeamus, ad ea mouenda muſculos ſumus conſequuti.* Reſpondet Eraſtus non eſſe conſentaneum Gal. rationem, manus enim mota mouet vectem, neruus autem immotus mouet muſculos, quod illis facultatem tantùm mouendi largiatur. Quare ſi nerui muſculos non moueant, per eorum contractionem repleti aut inaniti non erunt cauſa contractionis præter naturam muſculorum, proindeque nec conuulſionis ipſorum. Quod etiam rationibus probat Eraſtus: ſi neruus exſiccatus eſſet cauſa conuulſionis, ſenes decrepiti & hectica febre laborantes, qui ſunt maximè ſicci partibus ſolidis, conuellerentur, quod tamen abſurdum eſſe res ipſa oſtendit. Ergo à neruorum ſiccitate non naſcitur conuulſio. Reſpondent aliqui ob id non conuelli illos, quia ſiccatis paulatim in eorum corpora introducitur. *Quaſi vero*, inquit Eraſtus, *tenſionis cauſa non eſſet ſiccitas, ſed ſubito introducta ſiccitas:* quod falſum eſt. Nam coria, pili cordæ, ſubito exſiccatæ ſubitò contrahuntur; eadem ſenſim ſiccata ſenſim contrahuntur, non quia celeriter vel tarde exſiccantur, ſed quia exſiccantur ſimpliciter. Præterea à quo magis exſiccantur nerui ab eo

magis contrahi debent: at à senio & hectica dispositione magis exsiccantur, quàm à morbis acutissimis, quia in his morbis vt plurimùm refici & humectari denuò possunt nerui, in decrepitis & consumptis nequeunt: His possunt addi, cùm ab aura in cerebrum sublata, aut à vapore venenato, aut ab humore vel à vehementi motu conuulsio oritur, quid tùnc exsiccasse neruos aut repleuisse putabimus. Item cùm puncti, vel à vaporibus mordacibus emorsi nerui conuelluntur, neque adest musculorum repletio, neque exsiccatio. Ad hæc in anasarcha replentur musculi, vt & in omni defluxione facta in musculos, & tamen in illis non conuelluntur. Ergo conuulsio non pendet à repletione aut inanitione neruorum. Hæc argumenta animo agitata impulerunt medicos confingere conuulsionis quamdam speciem proportionatam ad materiam; vel vt loquitur Erastus thesi 150. *Quæ non habet proportionem ad materiam.* *Quòd scilicet* vt idem interpretatur, *non requiritur ea copia, quæ neruos dilatando contractiores faciat, secundum eorum opinionem.*

Postquam Erastus directa ratiocinatione probauit conuulsionem non pendere à contractione neruorum, propter repletionem aut inanitionem. Idem confirmat per incommodum hoc pacto. Si repleantur nerui aut pori neruorum dumtaxat vel tota substantia. Si primùm concidatur laxiores potius efficientur, instar spongiarum coriorum, & ligamentorum, quæ imbuta humore, laxantur. Si postremum ponatur, non conuelli sed resolui eos oportet. Ete-

nim nec possibile est, nec imaginabile neruos à materia quantumuis tenuissima, sic absque obstructione dilatari, vt manifestè breuiores eo vsque fiant, vt musculos contractiores efficiant. Quòd si ab humore crasso infarciri ponas, nihil effeceris. Crassus enim non facilè in totam neruorum substantiam per angustos meatus subit. In poris autem hærens remissiores, non intentiores faciet. At positum est eos sic repleri, vt propter distensionem in latum, tantùm longitudini decidat, quantùm ad musculi contractionem requiritur. Quare id accidere neruis non potest citra obstructionem, ergo nec à crasso, nec à tenui humore eo vsque repleri possunt nerui, vt dilatati breuiores efficiantur, quin simul fateamur eos obstrui. Quo dato cogimur fateri paralysim contrarium conuulsioni affectum in neruis nasci. Quia etiam opinetur crassum humorem tam citò in profundum neruorum penetrare, indeque rursus exire, quam citò sæpæ conuulsiones oriuntur & desinunt. Quocirca subit sæpe mirari hac in re Mercurialem doctissimum virum, qui cap. de conuulsione scribit. Si nerui repleantur secundùm cauitates fiunt necessariò breuiores quia dum latera dilatantur & discedunt à se inuicem necessariò versus suum principium contrahuntur; si autem repleantur secundùm substantiam, dico quod nerui distenduntur potiùs atque molescunt. Primò erat satisfaciendum argumentis Erasti quibus probat non posse contrahi musculum per neruos. Secundò partes eius erant contemplari Erastum

ſupponere, contra ea quæ certò conſtituebat, neruos mouere muſculos, non tamen inde ſequi conuulſionem fieri ab eorum repletione aut inanitione. Tertio, oportet reſponſionem mercuralis examinare. Si nerui repleantur ſecumdùm cauitates fient neceſſariò breuiores. Certè quæ replentur, cùm antea vacua eſſent, breuiora fieri, vt inteſtina & ſimilia, ſenſus & ratio ſuadent. Nam cùm non detur dimenſionum penetratio replentis dilatant id eſt, extendunt latitudinem corporis: Ideò longitudinem eius tãtumdem decurtent eſt neceſſarium. Hoc veriſſimum eſt, ſed non reſpondet conſequentiæ Eraſti de laxatione nerui & paralyſi, nam ſi repleãtur pori, ſiue meatus, inquit Erraſtus, laxabuntur more ſpongiarum & coriorum. ſi tota ſubſtantia, reſoluentur non conuellentur. In pororum & meatuum nomine video latere æquiuoçationem. Nam poros forſan Erraſtus intelligit vacuitates neruorum, quæ replentur ſpiritu & vaporibus. Mercurialis autem ductum per quem fertur ſpiritus, & facultas animalis, quem negat Gal. præterquam in neruis opticis; licet diſtinctione corporum viuorum & mortuorum poſſit explicari Gal. ſententia. Si hoc pacto intellexit mercurialis, vt probabile videtur, fiet in neruo obſtructio, proindeque paralyſis. Sin autem per meatus poros ſubintelligat, laxari neruos eſt neceſſe, vt probauit Erraſtus exemplo ſpongiarum & coriorum. Nam imbibitione humoris nerui fiunt molliores; omne enim corpus humidius effectum mollius redditur, mollia autem laxantur & ductilia ſunt, omne namque molle ductile ex Ariſtotelis 4. meteor. Hæc

omnia ipse fatetur mercurialis. In secunda parte responsionis, neque tota substantia potest repleri ipsius nerui, sine obstructione. Nam si ex Gal. sententia vapor crassus potest obstructionem generare, tantò magis humor tota nerui substantia effusus. Obstruitur ergo semper neruus secundùm mercurialem, & paralysis erit comes conuulsionis, quod est absurdum. Ex his itaque perspicuum euadit neruos non esse subiectum causæ conuulsionem committentis, cùm neque resiccatis illius partibus, neque inanitis conuulsio sequatur.

Neque proinde negat Errastus doctrinam Hipp. scribit enim thesi 52. *Ego persuasi mihi rectè ab Hipp. dictum conuulsiones à repletione excitari, à neruorum repletione & siccitate, per eum verò modum qui vulgo medicorum probatur nondum mihi persuadere potui.*

Explicat autem quomodo intelligi debeat sententia Hipp. thesi 67. *Pro conuulsione, inquit addam nusquam Hipp. scripsisse quantum memini, conulsionem à repletione & euacuatione effici neruorum, quatenus vtroque modo contractiores facti musculos ad se per vim attrahant, attractosque retinent. Sed dicit ab his causis prodire quomodo ab eisdem producitur singultus.* Atqui singultus non generatur à repletione aut inanitione neruorum orificij ventriculi, sed potiùs ab acrimonia, & prauo vapore. Atque vt hoc verum esse apertè demonstremus; Quid enim aliud intellexerunt antiqui per eam conuulsionis formam quam non proportionatam ad materiam appellarunt, quàm illam quæ ab Erasto inuestigatur. Cùm enim quædam nascatur extra reple-

tionem & inanitionem musculorum, illam non proportionatam ad materiam vocabant quam tamen reducunt ad prima duo illa genera. Galenus enim comm. in aph. 1. l. 5. conuulsionem à re pungente genitam fieri à siccitate scribit. Illam sententiam Mercurialis confutauit in opere practico. Quia, inquit, licet cum re mordente iungatur quandoque siccitas, fit etiam quandoque sine siccitate, vt non possit semper reduci ad siccitatem. Deinde siccitas quæ facit ad conuulsionem longo tempore introducitur; conuulsio facta à re pungente fit subito. Quare Auer. 3. coll. non esse veram conuulsionem, sed potius quandam expandidationem, ita enim loquitur. *Ego autem* inquit Mercur. *puto si hoc genus conuulsionis reducendum est ad aliquid nominatum ab Hipp. debet reduci ad repletionem, quia vbi punguntur nerui, facultas expultrix sæpe mittat humores ad locum punctum, propter quem subitum confluxum replentur nerui, atque efficitur inflammatio, ab inflammatione, deinde tanquam à causa replente fit conuulsio.* Videat si placet num sint contradicentia conuulsionem à re pungente fieri subito, & eam à confluxu fieri, & ab inflammatione tanquam à causa replentè, quæ subito fieri non potest. Fluxus enim cùm sit motus in tanto tempore peragitur quantum & quale est spatium inter duos terminos, neque humor effluxus statim inflammatur. Sũt ergo iam duo tempora, quæ subitum illud tempus puncturæ consectarium, consequi breuitate non possunt. Cùm ergo non possit reduci ad siccitatem, propter breuitatem temporis, neque ad repletionem propter eundem; conuulsio à punctura nerui nata, neque ad inanitionem, neque

ad repletionem reuocari poterit. Quomodo autem referantur ad inanitionem & repletionem explicat Erastus thesi 150. *Omnis* (inquit) *Conuulsio, quam aut humor, aut vapor quantumuis paucus suscitari, à repletione, id est redundante & inutili substantia profecta dicitur: ab inanitione verò oritur quæ ob defectum innati spiritus, & humoris cerebri accidit.* Ex quo licet colligere exactum, vt paulò post probabit constituere cerebrum subiectum conuulsionis primarium; & repletionem illius, aut inanitionem causas. Sed tota difficultas consistit in modo, quem peruestigat hoc pacto.

Ad motum voluntarium concurrunt cerebrum, spinalis medulla, musculus & neruus. A cerebro facultas defertur per neruum, ea verò mouet totum instrumentum scilicet musculum. Cum autem musculus contrahitur in motu voluntario, vt & in motu præter naturam conuulsiuo: an causa contractionis est in toto musculo, siue in eius præcipua parte, quæ caro est secundùm Erastum, quia carne contracta contrahatur musculus; ea namque maxime apta est ad contractionem, & ad extensionem, quod sit spongiosa, atque ideo carnem præcipuam musculi partem constituit. Verùm neruus præcipua erit pars quatenus defert facultatem, sine qua actio fieri non potest. Totus verò musculus contrahitur à facultate. Ratio verò contractionis, quatenus fit per partium collectionem in se, & aggregationem, vt loquitur Aristoteles, debetur certæ parti spongiosæ & molli. de hac re disputauimus in libro nostro de musculis gallicæ scripto. Vt autem hoc intelligatur animaduertenda quæ scribuntur thesi 78. nimirum

duplicem esse conuulsionem, vnam vitio musculorum; alteram nullo in ipsorum corpore vitio existente, cuius causam inquirit. Vitio musculorum fit illa conuulsio suræ tibiarum quando musculi flatu crasso distenduntur, quam nostri appellant *la crampe* sine affectu musculorum fit conuulsio à frigore, nerui punctura, à venenato vapore, metu, morsu vehementi orificij superioris ventriculi, & ab alijs causis.

Quoniam verò in conuulsione contrahuntur musculi; ne quia existimaret omnem musculorum contractionem esse conuulsionem, enumerat omnes modos quibus musculi possunt contrahi, vt motus conuulsiuos ab alijs separet, & distinguat. *Musculi*, inquit, *breuiores fiunt seu contrahuntur præter naturam eo vsque vt extendi non possint quinque fere modis. Nam & propter repletionem, & congellationem & dolorem, & vstionem & oppositorum musculorum resolutionem.* A dolore non est conuulsio, nam dolores extentionem potiùs impediunt musculorum quàm conuulsionem efficiant, non enim possumus extendere cum volumus, sed ad euitandum dolorē nolumus: at conuulsione tunc dicitur musculus laborare, quando ex arbitrio nostro contrahere & extendere eū nō possumus, cùm maximè volumus. Ab vstione quoque contractos musculos, nulli (quod sciam) canuulsos iudicarunt. Et vt maximè conuulsos quia cōtenderet, non tamen ea conuulsionis specie affecti essent, quā nos quærimus: Vnde possumus colligere non negasse Erastum cōuulsionem fieri etiam à contractione musculorū. Deinde, inquit, par ratio est ei⁹ cōtractionis quę à tumoribus præter naturā ab humore infarcto suscitātur.

Qui verò musculus, propter oppositi musculi resolutionem contrahitur, conuulsus quidem dicitur, sed improprie: facilè namque manibus citra dolorem extendi, quoties cupimus potest. Reliquum est vt à frigore contractos arbitremur conuulsos, sed musculorum à frigore contractio profecta, admodum est insolens, & faciliùs conuulsionem parit frigus neruorum, quàm musculorum. promptiùs enim illis, quàm his compatitur cerebrum. Sed & hæc causa nota est, vt ostendat Erastus, se quærere causam eius conuulsionis, quæ nec à repletione, nec ab inanitione musculorum proficiscitur, cuius subiectum primum & primarium ab enumeratione concludit esse cerebrum. *Etenim*, inquit, *in neruis non consistere supra demonstrauimus, nunc musculorum corpori non inhærere, nisi cum flatibus distenditur, ostendamus.* Quid igitur aliud dicemus quàm cerebri morbum esse. Confirmat suam sententiam authoritate Gal. qui comm. in aph. 5. l. 5. scribit de conuulsione succedente ebrietati fieri neruorum principio patiente, neque eum potest aliter omnino conuelli corpus, antequam id principium patiatur, vel primariò vel per consensum, altero prius patiente membro vt comm. in sent. illam 21. l. 1. prog. *stridere dentibus &c.* Galenus fatetur fieri stridorem principio neruorum in affectionem conuulsifriam adducto. In conuulsione autem cerebrum affici probat Erastus, quòd per conuulsionem cuncti nonnihil delirant, & præter consuetudinem obmutescunt, quod ipsum delirij signum est, at delirium est cerebri affectio. De oculorum quoque obscuritate viriumque animalium exolutione, vniuersi ferè prius conqueruntur quàm ac-

cidat conuulſio. Pueri etiam ex terrore ſubitò frequenter conuelluntur, at terror fit cerebro aliquo modo affecto; quod terror fiat ex appræhenſione mali imminentis, quod imaginationem perturbat, ea autem exercetur in cerebro. Denique plurimi ſpaſmo laborantes conuelli ſe neſciunt in ipſo paroxiſmo, quod affecti cerebri eſt ſignum euidens. Cognitio enim & memoria in cerebro exiſtunt.

Laborat autem in conuulſione cerebrum, aut per conſenſum aut per ſe: Per cõſenſum quidem à neruorum frigore, aut propter vehementem extenſionem, aut inflãmationem, aut vulnus, aut morſum, vel à ſanie, vel ab acri & putrido humore aut vapore profectum. Probatur hoc facile quod vulnere aut inflammatione curata, vapore aut humore inimico ſublato, neruo præciſo continuo ceſſat conuulſio. Qui enim fieri poteſt, vt affecta vna ſola corporis parte, totum corpus conuellatur, niſi cerebrum trahatur in conſenſum, quo male affecto, generatur affectio in toto corpore, vt ipſum cerebrum cõſentit, cum omnibus partibus, vtero, ventriculo, inteſtinis membraneis partibus & nonnullis alijs. Huc referuntur omnes illæ ex quibus venenata aura aut inimica cerebro vel qualitas ad caput porrigatur conuulſionemque vel ſimplicem vel epilepticam concitat, licet neruis, quos attingit nullam moleſtiam afferat. hoc ſcribit Eraſtus quod non exiſtimet cerebrum parere conuulſionem propter ſenſum, ſed quod lædatur imaginatio, quæ læſa iubet motum conuulſiuum deprauatum. Cerebrum laborat per ſe aut per conſenſum. Affectio per conſenſum cerebri duobus modis contingit. Nam vel humor, vel ſubſtantia halituoſa, mordax,

putrida venenata, aliterue cerebro inimica in caput tollitur, vel qualitas duntaxat realis, sic cerebrum vellicat, vt conuulsiones inde nascantur; non propter vellicationem solum sed ob phantasiam, vel appetitum affectum scribit, thesi 203. *non enim ob id contrahuntur musculi, quia vel nerui vel cerebrum in se coeant, sed quia motũ talem perperam imaginatio mandat.*

His positis progreditur ad definiendam conuulsionem, suppositis ijs quæ probata sunt, & alia inquirendo probanda. Probauimus neruos per conuulsionem, & potissimum in hac de qua, agimus obstructos non esse, sed virtutem mouendi libere deportare. Tum eadem vi conuulsiones excitantur, cerebro præter naturam affecto, qua dum naturaliter dispositum esset voluntarij motus efficiebãtur, in qua totus rei cardo vorsatur, & cùm dubia res sit, ea est agitanda. Sanitas & morbus quatenus circa vnam eamdemque actionem versantur, vnum idemque instrumentum vicissim occupãt, morbus lædendo, sanitas actionem eius perficiendo. Cùm autẽ à morbo solo possint retrahi musculi, vt Erastus admisit, in conuulsione quã vocamus (*la crampe*) non sequitur conuulsionem fieri iussu volũtatis siue imaginationis deprauatæ. Verùm meminisse oportet illius distinctionis iã positæ, in eam quæ fit vitio musculorũ & in eã quę nascitur cerebro malè affecto, in qua cõuulsionẽ fieri per imaginationem probat sequenti argumento Erastus. Anima sicut & aliæ naturales formæ, sine instrumẽto corporeo vt loquitur Aristoteles, neque mouet, neque aliam operationem exercet. Conuulsio igitur si est actio animalis deprauata nõ sine vi efficiẽtis animæ editur. Cùm verò per conditionẽ sit loquutus, sequẽti argumẽto idẽ probat deducẽdo ad incõmodum: Si

animam non coagere ponas, necessariò fateberis vel cõuulsionem non esse operationẽ animalem, siue nostram; vel actionem aliquam animalem siue animæ cooperatione, à solo instrumento edi. Vtrumque ex his est, quæ fieri nulla modo possunt; Quare conuulsionis effectus causa est anima siue virtus animæ mouens quam κινητικὴν philosophi dicunt. Cùm enim iam cõstitutum sit aliquam esse conuulsionem, in qua musculi nulla affectione laborent, quid mouere poterit illos musculos præter animam. Cùm verò moueantur præter naturam, oportet aliquam dispositionem esse causam illius deprauati motus non in musculo, supponimus enim in hac, de qua sermo est institutus, nullam esse malam affectionem in musculo; ergo in cerebro sui est necesse, cùm motus musculorum à facultate animali motrice proficiscatur. Causa deprauatæ illius motionis est morbus, ex definitione morbi, morbus namque est habitus vel dispositio partis præter naturam, actionem lędens, pars autem quæ mouet imperando est cerebrum, ergo in cerebro erit morbus siue causa conuulsionis. Quia verò Gal. & omnes alij, qui censent conuulsionem pendere à musculi dispositione præter naturam fateantur oportet illam pendere à solo morbo, vt loquitur Gal. c. 2. l. 2. de sympt. cau. Erastus probat morbum non esse causam læsæ actionis, sine interuentu actionis alicuius, quæ àb illo læditur. *Constat porrò*, inquit, *propter habitum aut dispositionem res non agere sed meliùs aut deteriùs, faciliùs aut difficiliùs agere. Quare cum morbi effectrix causa absque interuentu morbi actionem lædere nequeat, certum est actionis causam, quatenus actio est, nec morbum, nec eius causam exi-*

ſtere. Morbus namque eſt cauſa læſionis actionis, non actionis ſimpliciter. Oportet ergo actionem concurrere cum morbo, quod verum eſt in actione diminuta & deprauata, in ablata falſum. Nam in cecitate nulla eſt viſio, & tamen morbus eſt. Cæcitas lædit, ergo actionem ſine interuentu actionis. Sed Eraſtus intelligit de deprauata actione, priuatio namque actionis non eſt actio: cuiuſmodi eſt conuulſio, eſt namque motus actiuus, qui ſi non pendeat à muſculo, ab anima proficiſcitur, motum iubente deprauatum propter morbum. Inquit ergo ante morbi acceſſionem actio partis perfectè edebatur. Itaque niſi ab externa re muſculus per vim contrahatur in conuulſionibus, neceſſario ab anima contrahitur: Atqui non contrahitur à re externa muſculus vt probatum eſt faciliori argumento rem confirmat. Differunt actio & actionis vitium, at morbus eſt cauſa vitij actionis non actionem; Quare impoſſibile eſt vt morbus, cauſa ſit tum actionis, ſiue motus qui ab effectrice eius cauſa producitur, tum actionis eiuſdem vitij. Neque illa actio cauſæ morbificæ attribui poteſt, quia non lædit actionem ſine morbo. Quocirca cùm morbus modi dumtaxat ſeu vitij actionis cauſa exiſtat, non poterit cauſæ plus tribui quàm ipſi morbo. Si quis verò dicat eſſe cauſas aliquas morbificas ſolas quæ actiones ſiue motiones edunt, vt in conuulſione quæ fit vitio muſculorum & in palpitatione: reſpondet Eraſtus illas actiones non habere contrariam, à qua ſolo vitio differat, ſed priuationem tantum ſiue quietem; ſic motui palpitationis non eſt motus aliquis contrarius, vitij expers, ſiue naturalis, vt motus muſculi ſecundum naturam editus;

ſed quies naturalis ſeu motus priuatio , hoc verum eſt de palpilatione. Sed cõuulſio quæ fit morbi cauſa exiſtente in muſculo,quæ vocatur *(crampe)* nunquid habet motum muſculi naturali contrarium,qui tamen quies non eſt?Reſpondemus muſculi motum præter naturam habere contrariam quietem naturalem & motum ; ſed diuerſo modo. Vt enim muſculus eſt pars corporis quieſcẽs,quies illa habet motum contrarium à ſolo morbo pendentem , vt vero eſt inſtrumentum facultatis motricis liberi , quæ ſecundum diuerſam diſpoſitionem muſculi,diuerſo modo mouet,illi diuerſi motus dicuntur contrarij non terminorum oppoſitione , neque priuatione ; ſed modo, nam vnus eſt præter natũrã,alter vero ſecũdũ naturam. Quod autẽ ſint cõtrarij , probari facilè poteſt; ſunt nãque ſub eodem genere, & maximè à ſe inuicem diſtant.

Conuulſionem vitio muſculi contractam definierunt nerui, motum iniuſſum earum partiũ quæ iuſſu noſtro mouentur,pendet enim à morbo ſolo, vt ſi muſculus vreretur, vſtionéque contraheretur, eſſet illa contractio iniuſſa. Verùm motus ille qui proficiſcitur à cerebro malè affecto , eſt motus iuſſus, ſed deprauatus earum partium quæ noſtro iuſſu mouentur. Quiſquis ergo intelligit quæ cerebri facultas per ſanitatem motus præcipiat muſculis congruentes , is ſimul intelligit eamdem hanc poteſtatem per morbum præcipere motus deprauatos. Atqui Ariſt.c.20. l.3. de ani. ſcribit appetitum & imaginationem eſſe principia motus editi à muſculis; ait enim , *mens ipſa non ſine appetitu mouere videtur; voluntas namque quidã eſt appetitus , & cum ratione duce mouetur,& pellitur,motus ille tũ volũtarius eſt.* Ap-

petitus autem, cum mouet, non in eo rationem ducem sequitur. Ac meus quidẽ omnis ratio est, appetitus autem ac visio siue imaginatio tum recta tum non recta, hęc vero sedẽ obtinet in cerebro. In motu autẽ illo voluntario siue appetitiuo tria animaduertuntur, nẽpe quod mouet, quo mouet & quod mouetur; ac mouens quidem est phãtasia vel appetitus; Quo mouet sunt spiritus, certo affecti modo. Quod mouetur est musculus. In cõuulsione appetitus irrationalis motũ imperat. Volũtas enim nunquam mẽbra conuelli iuberet, quod ille motus non sit rationalis. In conuulsione ergo est morbus eius partis cerebri, quæ appetitus proprio instrumento musculos mouet.

Verùm cur voluntas non imperat conuulsiones, cùm iam sit constitutum ab eadẽ facultate fieri motum musculorũ secundùm naturã, & deprauatum? Appetitus cùm sequitur rationẽ voluntas dicitur simpliciter, cùm verò eã nõ sequitur appetitus irrationalis. In cõuulsione autẽ nõ sequitur rationem. Ecquis enim rationaliter sibi dolores incuteret, & earũ partiũ deformitatẽ sibi cõpararet, quæ in conuulsione cernitur. oportet ergo appetitu irrationali cõcitari conuulsionẽ propter aliquã affectionẽ in cerebro existentẽ. Non desunt qui motũ conuulsiuum referãt ad actiones facultatis expultricis naturalis. Quorum opinionẽ repellit Erastus: *licet vero*, inquit, *aliqui asserant motus conuulsiuos ab expultrice naturali produci, vt tremores concußiones corporis, singultus, sternutationes, longe tamen hi motus differunt à conuulsione*; sunt namque motus vi, expultrice editi turbulẽti, intercisi, breues cõcussiones seu quassationes, seu iactationes potius, quàm musculorũ motiones, naturalibus siue voluntarijs similes. Absurdum

præterea eſt actionem laudabilem ab vna facultate, & morbidam ab alia. Vt ſi ſanguis bonus à naturali facultate producatur, corruptus verò ab animali. Neque verò abſurdum eſt naturam & imaginationem concurrere. Nam in epilepticis quibuſdam motus vibrantes ſunt naturæ diſtorſiones, membrorum ſunt imaginationis. In excrementorum naturali euacuatione concurrit animalis facultas aperiens muſculum ſphincterem, & naturalis excretrix inteſtinorum. Sanitas & morbus circa idem ſubiectum verſantur, à qua facultate & inſtrumento actio ſecundùm naturam propriè & per ſe editur, ab eiſdem quæ præter naturam fit, pendet, exemplum vertiginis pulchrè confirmat rem propoſitam, ſicut enim illa facultas, quæ dum valemus rectos nos ſeruat, vertigine autem correptos, in gyrum agit & ſternit; ita potentia eadem quæ in ſanis mouet muſculos. In conuulſione membra diſtorguet.

Vnde vero proficiſcatur illa praua imaginatio quæ iubet muſculos mouere deprauatè docet à ſimili. Vt enim in fame quæ contingit corrugatione tunicarum oris ventriculi: A frigiditate famis ſpecies excitatur, quæ fames reuera non eſt, non enim adeſt ſuctionis ſenſus, ſed aliquid ſuctui ſimile, nempe corrugatio. Ita in conuulſione irrationalis appetitus iubet motus, excitatus ſpecie falſa; quia vero prauè imaginatur, prauè mouet.

Verum ſi fiat conuulſio nobis inuitis non proficiſcitur ab imaginatione ſit ab imaginatione deprauata, & tamen nobis inuitis exercetur, nimirum ratione nō iubente, aut volente appetitu rationali. Maximum enim eſt diſcrimen inter appetitum

ratione

ratione carentē & facultatem rectè iudicantē, quia vna facit quod alteri displicet. Esse autē differentes & indifferentes probatur, quod ratio aliquando iubet non imaginari falsa, vt in multis melancholicis experientia docet, qui non tantùm volunt non imaginari, sed procurant deo preces fundendas, vt ab illis molestas & importunas imaginationes auocet, tamen non possunt non imaginari. Idem probat Erastus de gestis ineptis & indecoris, quos qui faciunt vellent non exercere, in eos tamen nolentes incidunt, aut quia non aduertunt, aut quia consuetudine confirmarunt. Ita contingit per morbum in phantasia ægra, aut deprauata, vt conuellantur partes corporis nobis inuitis, aut nondum aduertentibus Gal. c. 6. lib. 2. de motu musc. scribit eorum operum quæ motu voluntario fiunt, alia quidem libera esse, quæ fiunt à nobis sine impedimento, vt ire in aliquem locum; alia affectibus corporeis seruire, vt vrinam reddere. In conuulsione appetitus siue voluntas seruit affectui corporis à quo deprauatur, nec liberum illi est non facere quò imaginatio impellit, propter aliquem finem licet falsum. Si ergo conuulsio est actio iussa, sed inuitis nobis, à phantasia corrupta nascitur, quæ cùm sedem habeat in cerebro, cōcludit Erastus thesi 125. necessarium esse vt in conuulsione morbida quædam cerebri dispositio, sic fere spiritus, & per consequens phantasiam siue appetitum impellat ad malè agendum, quo modo sanitas eamdem benè dispositam ad persequendum bona & fugiendum mala naturæ congruenter excitari: vt enim appetitus moueat, excitari eum ab specie imaginationi impressa oportet, quam vel expetēdam vel fugien-

dam iudicet, etiamsi hoc adeo fiat obscurè & confusè, vt à nobis non bene percipi possit, aut eo rapiamur inuiti: vt si qui nollent imaginari terrifica, & tamen non possunt non imaginari. Modum autem huius actionis explicat thesi 126. etsi enim propter animæ vnitatem eodem prope momento illo quo percepta species est, appetitus vel repetat vel fugiat aliquid: tamen natura ipsa perceptio obiecti præcedit appetitionem & fugam. Sic eodem ferè puncto temporis & ex punctione nerui dolorem percipimus, & membrum retrahimus, priusquam scilicet ratio, aut imaginatio videatur decreuisse fugiendum. Ita vno simul tempore, & rem terribilem videmus, & concutimur. At in punctura nerui nulla videtur mala affectio cerebri, nisi per consensum, quæ licet dolorem adferret, non posset tamen corrũpere imaginationem vt representet rem impellentem appetitum irrationalem nobis inuitis ad motum edendum conuulsiuum. Aberrat imaginatio propter magnitudinem doloris repente subortі, quã eo motu se posse euitare putat, aut leniorem reddere. Aberratio autem illa contingit ex repentino ortu & magnitudine doloris, vt in timoribus magnis & falsis, in quibus fugiunt quidam nemine persequente.

His positis superest indagare ex quo genere morborum sit conuulsio. Difficilis est perquisitio, vt ex discrepantibus opinionibus colligere licet; & quod multi hanc rem inuestigare sint orsi. In quo perficiẽdo sese excusat humaniter Erastus, inquit enim, *vt maxime hic scopum perinde vt in supradictis non attingam, non tamen non debui alijs viam præstituere conari, & ad eius inquisitionem fœliciora ingenia inuitare.* Ex qui-

bus intelligi potest Erastum nullo fastu efferri ob inuentam hanc opinionem, nec sibi persuasisse in omnibus se veritatem assequutum. Si quis ergo aliquantulum deflectat ab eius decretis, puto à manibus eius facile veniam impetraturum. Inuenitur facilè genus morbi, si consideremus quales ná actiones sint læsæ imaginatio & appetitio. Si enim similares ponas, similaris erit morbus eas primò lædens. Si instrumentales statuas, ab instrumẽti vitio eas impediri statuere oportet. Participare autem naturam instrumentalium actionum, ex eo probatur quòd actionis instrumentalis, nempe motus secundùm locum sint authores. Quare conuulsio cuius authores sunt imaginatio & appetitio irrationalis est instrumentalis morbus cerebri; licet ab intemperie quoque induci possit, cùm hucusque aucta impressaque est, vt spiritus animales aut aliud quidpiam ad cerebri structuram pertinens, perturbent aut labefactent, thesi 137. fassus est illas operationes esse mixtas, vt probauit in disputationibus doctissimis contra Paracelsum.

Equidem spirituum opera præcipuè obeuntur actiones animales vniuersæ, tametsi reliquis apparatus inutilis non sit. Intelligamus verò oportet esse in cerebro morbum, aut per se aut per consensum. Nam in neruo puncto, in punctura scorpionis si statim conuellatur corpus, cerebrum nondum est affectum per se, sed solo consensu, quod scilicet aut dolor aut aura venenata communicetur cerebro. In simplici punctura nerui ab acu facta v. g. cerebrum nulla intemperie laborat, qua spiritus

perturbentur aut labefactentur ; morbus namque est in neruo puncto ; consentiens vero cerebrum , recipit sensus illius tristis speciem quæ imaginationem commouet & appetitum ad retrahendos musculos,quo fugiat aut expellat eiusmodi dolorem.Non fieri autem sine cerebri consensu argumento est quòd alij musculi conuellantur extra illum, cuius neruus punctus est , aut qui non est in musculo , vt in erosione orificij superioris ventriculi. Morbus ergo instrumentalis erit non cerebri, in quo nulla læsa sunt instrumenta dissimilaria per se,sed musculi & nerui , huius quidem in solutione continui , illius veto in figura deprauata. Cerebri vero per consensum per quem læditur cerebrum, & eius functiones deprauantur. In affectu autem cerebri proprie læditur cerebrum tum spiritus primario.

Designari autem non potest causa coniuncta conuulsionis nisi dignoscamus dispositionem cerebri & spirituum naturalem , quæ causa est rectæ imaginationis , hanc Erastus fatetur se ignorare , laudabileque esse quædam nescire velle, quòd scilicet captum humani ingenij superant. Quæ de diuinis aptè sint pronunciata. Res humanæ plurimæ ignorantur,vt proprietatum occultarum causæ.At si imaginatio sit facultas organica vt ipse fatetur, exercebitur per laudabilem constitutionem cerebri, & spirituum ; læsio autem illius pendet ab ijsdem effectis præter naturam. Causæ vero affectionum cerebri & spirituum non ignorantur sed forsan modi causarum. Scimus namque succum melancholicum causam esse imaginationis deprauationis

tæ, nimirum metus falsi & mœroris in melancholico: ignoramus tamen modum, & dissentientes ea de re medicorum grauissimorum sententiæ fidem faciunt.

Deprauatæ imaginationis causa proxima est species deprauata, id est relata modo extraordinario. Ita dolor extremus imaginationem peruertit, quæ deprauata iubet motum deprauatum, sub specie falsa vitandi aut repellendi dolorem. Neque tantùm imaginatio læsa conuulsionem excitare potest, sed etiam mortem: in fuga enim Alemanica prope Regium prouinciæ, inuente fuere circiter quadraginta milites vita functi sine vllo vulnere, solo timore perempti.

Ex his tandem concludit Erastus conuulsionem esse morbidam spirituum & cerebri dispositionem, qua imaginatio appetitui iúcta sic vitiatur, vt musculis violentam illam contractionem per quam membra inuitis nobis distorquentur, imperet: hæc vero definitio generalis de omni conuulsione intelligenda quæ nascitur extra repletionem musculi à vapore crasso.

Problemata quæ ab Erasto fuere post definitionem proposita dedita opera prætermisimus, quòd exercitationem practicam meditemur. Inhæsimus autem contemplationi causarum, & subiecti inuestigationi, quatenus illa nostro instituto erant accommodata.

Conuulsio illa quæ accidit à repletione musculorum dignoscitur cõtractione peculiari quorumdam musculorum, & potissimum suræ. In ea autem quæ vitio cerebri cõtingit vt plurimùm aut totum corpus conuellitur, aut altera eius pars. Illa verò

quæ per consensum oritur, ab ea quæ excitatur primò & per se affecto cerebro separatur, quòd illa succedat affectioni alterius partis corporis quàm cerebri, vt ventriculi, vteri, nerui, aut alterius cuiusdam; tum quod illa leuior multo existat; hæc verò grauior.

Causa conuulsionis intelligitur, aut antecedens, aut coniuncta vel procatartica. In ea quæ musculi vitio cōtingit, causa est vapor crassus, replens musculos conuulsos. In ea quæ fit vitio imaginationis, videndum an sit procatartica, vt terror vehemens, quæ ab adstantibus rescienda est, vt & refrigeratio neruorum. Aut antecedens vt erosio interna nerui, aura siue vapor malignus, aut dolor partis membraneæ vehementissimus. Coniuncta est ipsi cerebro inhærens primò. Pendet nonnunquam ex vulnere capiti inflicto. Vidi ego conuulsionem quadraginta dierum, ortam ex vulnere insigni capitis, per quod impēse refrigeratum fuit cerebrum. Vulneratus enim ille post vulnus inflictum, quò effugeret hostiū manus sine vllis remedijs peregit iter triginta leucarum, cubans sub dio seseq ue nutriēs, vuis immaturis. Cognoscitur etiam ex signis intemperiei cerebri, quæ capite de morbis cerebri recensuimus. Ea verò potissimum est frigida corrumpendi imaginationem eo pacto habens potestatem vt musculos ipsos retrahat nobis inuitis, aut non aduertentibus: frigidam suspicamur, quòd à refrigeratis neruis per consensum nascatur. Potest etiam oriri à venenato humore concepto in cerebro & afficiente illud, eodem pacto quo diximus, ab inanitione pendere ob defectum innati spiritus ac humoris cerebri, vt scribit Erastus thesi

150. dignoſcitur ex euacuationibus non propter ſiccitatem neruorum, ſed quia in phantaſia producitur ſpecies quæ concitat appetitum ad mouendos muſculos nobis inuitis, vt in ſuperpurgationibus, & vulneribus in quibus magna ſanguinis copia effunditur. Imaginatio peruertitur ab inanitione cerebri, propter ſpiritus deperditos, ad quorum abolitionem ſequitur cerebri refrigeratio, quæ cauſa eſt imaginationis deprauatæ & conuulſionis, quod doctrinæ Eraſti eſt conſentaneum. Ipſe enim theſi 141. quærit cur omnes fere ante mortem, parte aliqua corporis, maxime circa faciem conuellantur: reſpondet theſi 142. cauſa huius accidentis eſt quod cerebri temperies extinguitur & emoritur, ex qua re moleſtia quadam ſingulari afficitur, quod etiam ſpiritus naturæ congruentes affecti non ſint, admonitione opus non habet.

Magna eſt affectio ſymptomatum magnitudine, dolore nempe, vigilijs, nutrimenti, vt plurimum priuatione. Quæ ſi ortum ducat à cerebro primariò affecto, partis obſeſſæ præſtantia magna cenſebitur.

Conuulſio à repletione ſanabilis eſt materiæ euacuatione, ex cap. vlt. l. 12. meth. med. & partis læſæ corroboratione, tum febre ſuperueniente. Quam ob cauſam Hipp. aph. 26. l. 2. ſcribit, *febrem conuulſioni ſuccedere ſatius eſt quam conuulſionem febri*. Si ab inanitione naſcatur conuulſio, ſiquidem ea fuerit extrema inſanabilis putatur ob diſſipationem ſpirituum. hinc pendent multorum aphoriſmorum probationes: nimirum *conuulſio ab elleboro læthalis & à vulnere læthalis*, propter euacuationē

extremam, qua exhauriuntur spiritus. Conuulsio quæ primario cerebri vitio contingit ab inanitione & repletione indicationes suggerit ex Hipp. euacuationis & repletionis cerebri & totius corporis. Nunquam enim in conuulsione cerebrum oppletum aut inanitum est, quin totum corpus repleatur simul & inaniatur. Euacuandus humor qui repletionem parit, & cerebrum corroborandum: si plethora adsit cum virium robore, sanguis est detrahendus ex basilica dextra, quæ magis consentit cum partibus internis cerebri, quàm cephalica; deinde ℞. agarici in panno raro ligati cum pauco zinzibere ʒj. turbith electi ʒß. senæ orient. ℥j. semi. cartha. ʒiij. garioph. ʒß. betonicæ, stœchados, rorisma. añ. m̄. ß. radic. pæoniæ masculi ℥ß. semi. pæoniæ ʒjß. florum rosa. stœchados, anthos añ. p. 1. fiat decoctio, in collat. s.q. infunde rhabar. ʒjß. expressioni adde electuarij diacarth. ℥ß. syrupi de cichor. cum rhabar. ℥jß. fiat potio, capiat mane.

℞. radic. iridis ℥j. rad. eringij, pæoniæ maris, fœniculi, asparagi brusci, añ. ℥jß. foliorum stœchados, betonicæ, saluiæ, rorisma. añ. m̄. j. semi. anisi, fœniculi, ameos, amomi, garioph. añ. ʒß. seminis pæoniæ ʒj. florum rosa. anthos, saluiæ, stœcha. añ. p. 1. fiat decoctio in collat. ℔jß. dissolue sacchari ℥iij. syrupi de stœchade ℥ij. fiat aposema clarificatum & aromat. cum ʒjß. pulueris contra spasmum, fiant tres doses, cap. mane.

Quo tempore præparantur humores, suturæ coronali applicetur emplastrum pro commissura, aspergatur reliqua pars cerebri puluere sequenti.

℞ pulueris iridis florentiæ ℥ j. garyoph. ʒ vj. betonicæ ʒ j. ß. castorei ʒ iij. misceantur. Et quia cerebrum noxam suam communicat spinali medullæ.

℞. myrhridatij, ℥ ß. castorei ℥ij. vnguenti martiati ℥ ij. olei mentæ q. s. fiat linimentum quo vngatur tota spina dorsi mane & sero, quòd illi à cerebro communicetur affectus. Finitis aposematibus reiteretur potio, cap. mane hora 5. purgato corpore applicentur cucurbitulæ scapulis cum scarificatione, fiant errhina & apophlegmatismi præscripti cap de morbis cerebri. Si ab inanitione traxerit ortum conuulsio, repletione curanda, per cibos optimè nutrientes, & humectantes, per balnea calida moderatè; vnctionibus partium totius corporis emolientibus.

Quid opus est totum corpus vngere, cùm cerebrum primario affectum sit? Respondemus inanitionem in toto corpore existere, sed conuulsionem nasci ob eam quæ in cerebro est; quòd probatum sit non retrahi musculos in conuulsione, propter siccitatem neruorum aut musculorum: verùm ob læsam à siccitate imaginationem, quæ imperat motum conuulsiuum. Quoniam verò siccitas in reliquis partibus nata est præter naturam, debet curari vt morbus. Interim cerebro ea sunt applicanda & porrigenda per errhina, quæ possint eius siccitatem contemperare, modo extrema non exstiterit, quæ penitus est incurabilis.

Conuulsio quæ per consensum orta est, à pluribus causis procreatur; nimirum à refrigeratione neruorum, à distentione violenta eorumdem, ab inflammatione vulnere, venenata aura, aut vapo-

re cerebrum feriente, à morſu animalis venenati ſaniæ, & putrido humore. A frigore orta curatur calefacientibus, vt balneo calido arte confecto aut naturali, frictione vehementi ante ignem, vnctione cum oleis calefacientibus & vnguentis. Et de therebinthina per chimiam extracta; de lateribus, aqua vitæ ſæpius deſtillata. Diſtentior ſoluitur emolientibus. Ab inflammatione orta ſanatur ijs quæ ſæpius dicta ſunt & præſcripta ad inflammationes tollendas. Si vulnus nerui peperit conuulſionem, ſi exiguum fuerit dilatandum, deinde inijciatur oleum de therebinthina calidum cum pauco oleo de euphorbio. Dum venenata aura conuulſionem parit, locus vnde progreditur diligenter quærendus, qui ſi eiuſmodi eſt vt ligatura poſit intercipi via, qua fertur ad cerebrum is ſtricte eſt vinciendus. Remedia autem exhibenda quæ poſſint cauſam venenati vaporis auferre & cerebrum corroborare. Ab animalis venenati morſu excitata conuulſio, abigitur alexiterijs; parti vero demorſæ applicanda cucurbitula ad extrahendum venenum, præbeatur, itaque theriaca & alia ante dicta propria, in lib. de venenis deſcripta. Sanies & putridus humor in vulneribus præſertim contentus aliquando excitat conuulſionem; is eſt detrahendus, procurandumque vt exitum habeat ſemper ſanies quæ in vulneribus colligitur, quod fit dilatatione vulneris, ſetone, turundis & alijs remedijs.

De spamo canino seu tortura oris. CAP. XXVI.

SPASMVS Caninus seu tortura oris fit aut ob paralysim musculi antagonistę oris, aut ob conuulsionem illius, quare diligenter illud distinguendum, propterea quod curandi ratio sit varia. Signum spasmi à paralysi orti alterius antagonistæ est, quod pars contracta per tractionem manuum aut alio instrumento factam in suum pristinum locum reuertatur. Si vero musculus sit conuulsus vera conuulsione, per extensionem aliquo instrumento factam non recipit suum naturalem situm & figuram.

Omnia prognostica quæ descripta fuere in capitibus generalibus de paralysi & conuulsione conueniunt spasmo canino, quod sit species generum illorum, quæ autem conueniunt generi per se conueniunt & speciei. Remedia eadem sunt generalia & topica. In spasmo nato à paralysi singulare remedium perhibetur post generalia, si panis calidus è clibano detractus vel mica eius crusta detracta infundatur in vino puro optimo, in quo decocta fuerint medicamenta resoluentia, vt camom. aneth. absinth. origan. puleg. & similia semina item calida, quæ apponatur calidæ parti paralysi affectæ. Remedia conuulsionis fuere descripta.

De sternutamento, CAP. XXVII.

Hoc loco non est nobis agēdū de omni sternutamēto, sed de eo tantùm quod ortum à mobo curatione indiget, hoc frequēs esse solet, durabile &

molestum non euacuans causam morbificam, sed inducens metum grauioris mali aut vt prænuncians, aut ut efficiens. Quare intelligendum in morbis cerebri à repletione nonnunquam fieri sternutamentum, per concussionem humoris in cerebro contenti, quare concutiendo non tantum procreat morbos graues sed illos prænunciat.

In morbis thoracis & pulmonis sternutamentum malum, quia thoracem exagitat, & exagitando dolorem auget si antea extiterit, & pulmonem distendit, quæ illis partibus noxia sunt, nec quidquam ex ijs partibus depellit. Quare si quod tale malum timeatur, remedijs abigendum est.

Locus affectus est cerebrum, id est membrana in cerebro existens proxima ossibus cribrosis, tum etiam naribus. Sternutamentum in principio alicuius morbi, neque prauum, neque admodum bonum signum est. In progressu tamen morbi sæpius bonum est, significat enim facultatis expultricis robur, vulgoque dicitur sternutamentum esse bonum vt signum, quod significet robur expultricis cerebri. vt causa autem malum: Causa enim quæ prouocat illam expultricem mala est, Hipp. 13. aph. lib. 6. scribit, *Singultu fatigante sternutamentum superueniens liberat*. Nam in sternutamento cerebri, nerui & ventriculus vehementer concutiuntur, quare concussione illa soluitur ventriculi plenitudo, ex qua singultus ortũ ducebat. Quocirca aphorismus intelligendus de singultu à plenitudine nato non ab inanitione. Quam ob causam Erisimachus in Platone cùm Aristophani singultienti iussisset vt spiritum retineret, quo calor coactus dissiparet materiam singultus. Cúmque

singultus perseueraret, ore retinendam aquam frigidam suasit, & cùm non quiesceret, instituit postremo sternutationem, qua iterata singultu fuit liberatus.

Humores molesti & sursum repentes sunt purgandi, tum alterandi ex consilio Auicennæ. Oleum rosar. aut de salice naribus attractum modo errhini sternutamento est remedium. Oportet etiam aqua calida caput fouere, odorari poma & violas. Multi capiti raso apponunt corticem cucurbitæ mundatæ à sua pulpa. Rôdeletius iubet nares comprimi & spiritum cohiberi: eo enim pacto dilatatum cerebrum retinetur in suo situ, quare non concutitur. Adde quod vt supra dicebamus cohibito spiritu augetur calor & materia dissipatur. Si à flatu ortum duxeri, oportet errhinis discutientibus vti.

De melancholia morbo. CAP. XXVIII.

SIGNA generis communis sunt metus & tristitiæ, perseuerâtia sine causa. Quare scribit Hipp. aph. 20 l. 3. *Si metus & tristitia longo tempore sine causa perseuerauerint, melancholiam adesse testantur.* Sine causa autem sint est necesse. Nam si causa adfuerit externa, sunt affectus animi ad cor & ad iecur pertinentes. Verùm quia triplex est melancholia sede & loco ex Gal. lib. 3. loco affect. oportet signa tradere, quibus hæ tres species inter se distinguãtur, *Macri,* inquit Gal. *nigri, hirsuti & quibus lata sunt venæ aptissimi sunt, vt melancholicus humor in illis generetur.* Si hæmorrhoides fuerint suppressæ, aut alia quædam consueta, sanguinis euacuatio, si cibis fuerint

vsi melancholicis, quales sunt caprinæ carnes, bubulæ, magisque hircinæ & taurinæ, asinorum & camellorum, vulpinæ, caninæ, leporinæ, limaces, salitæ carnes, aquatilium animalium vt thunnii, balenæ, vituli marini, delphini, canis omnium testaceorum. Ex oleribus brassica, legumina omnia, & maximè lentes, panis surfuraceus, & qui ex vitiatis seminibus factus est, præterea vina crassa nigraque, vetus caseus. Quare si quis fuerit illis cibis vsus, maiorem quandam inde licet coniecturam facere humorem melancholicum in toto corpore abundare. Si verò boni succi cibis vsus considerare oportet exercitationes ipsius molestiam, vigilias, solicitudines, anni tempora; autumnus enim multum confert ad cognitionem, tum præterita & præsens anni constitutio. Item laborantis ætas frigida sicca & regio. Sunt etiam qui per febriles morbos melancholiam contraxerunt. His addere possumus ex cap. 10. l. 2. ad Glauc. cum iecur ad generandum succum melancholicum fuerit aptum, & ipse lien natura fuerit imbecillus, vt non possit repurgare sanguinem sua fæculentia; tunc enim spargitur succus melancholicus per omnes venas nec à liene attrahitur, hæc omnia sunt signa melancholiæ natæ per consensum totius corporis. Nam nullus melancholicus morbus potest suscitari sine affectione cerebri primaria aut per consensum.

Signa melancholiæ hypochondriacæ ex Diocle teste Gal. lib. de locis aff. sunt sputatio multa & frequens, humida siue liquida, ructus acidus, flatus, æstus in hypocondrijs & fluctuatio, quæ omnia sunt germina cruditatum in ventriculo &

circa hypochondria existentium; quæ nascuntur partim à præpropera iecoris attractione; nam iecur calidum cito rapit chilum imperfectum, partim à ventriculo, calore naturali destituto, ob iecoris excedentem calorem. Hæc melancholia sedem habet in venis quæ à ventriculo excipiunt alimentum sanguinemque in istis crassiorem faciunt, quippe constat has venas esse obstructas, adsunt enim cruditates multæ, proindeque alimentum corpori non distribuitur, sed in ventriculo manet sæpe crudum cùm meatus iam sint obstructi. Tum quia magna ipsius alimenti pars in ventrem imum excernatur, & ita crudum secessu reijciatur, vt pote non distributum. Quòd autem calor in hoc affectu excedat, intelligitur ab æstu qui eis accidit, tum ab ijs quæ consequuntur, siquidem iuuari videntur à refrigerantibus. Melancholia autem quæ in cerebro gignitur, primaria & per se appellata ex eodam Gal. loco cit. aut cùm aliundè humor melancholicus transfertur ad cerebrum aut in eo gignitur, cùm videlicet internus calor cerebri flauam bilem, crassum atrumque sanguinem assauerit, ex quibus adustis nascitur atra bilis. Primo modo licet melancholia sit affectus per se cerebri, non est tamen primarius, sed secundarius, & per consensum natus. Secundò verò est primarius. fit aut adustio illorum humorum in cerebro à morbis calidis siccis cerebri vt phrenitide inflammatione cerebri, dolore capitis à bile nato in febre.

Magnus est morbus partis obscessæ præstantis & symptomatum magnitudine, nimirum metu & mœstitia, vigilijs, & multis alijs symptomatis.

Tardus est proindeque longus.

Melancholia translatione facta humoris è substantia cerebri in venticulos potest conuerti in epilepsiã ex 6.epid. &. Gal. 3.loco aff. Aphorismo 21. l.6. scribitur; *Mente captis si varices vel hæmorrhoides superueniant insaniæ fit curatio.* Melancholia autem est mentis alienatio & insania. Varices quidem quia materiam melancholicam euocãt & educunt à partibus principibus ad inferiores ignobiles: hæmorrhoides autem eandem euacuant & aphorismo 53. l. 6. *Deliratio siue mentis alienatio quæ fit cum risu tutior, quæ verò cùm studio & profunda meditatione molestior*, pendet enim à melancholico humore siue atrabilario, qui parit molestiora symptomata quàm sanguis, qui delirium parit cum risu. Si cerebri frigiditas & siccitas fuerint vehementes & in habitum conuersæ, necessario melancholia vsque ad mortem comitatur.

Difficilis est curatu melancholiæ morbus per se, tum ratione morum ægroti, cùm enim remedijs aliquãdiu fuerint vsi, eaque parum profecisse conspiciant, omnis generis remedia respuunt, dequa salute desperant. In melancholia in qua vniuersum corpus sanguis melancholicus occuparit, oportet incipere curationem vt scribit Gal. loco cit. à venæ sectione præmisso clistere. Vbi vero solum cerebrum occuparit, sanguis non est detrahendus nisi ob aliam causam debeat mitti, scilicet ob plethoram & defluxum in aliquam partem.

Verùm controuertitur num sanguinis missio fiat in melancholia per consensum totius corporis aut ratione curationis aut signi. Capiuaccius censet hoc faciendum experiendi gratia non vt remedium.

dium. Quòd scilicet Gal. in lib. de locis affectis versetur circa signa locorum affectorum. Non aduertit Gapiuaccius Galenum iam tradidisse omnia signa melancholici humoris in toto corpore redundantis. Præterea mos est Galeni in omnibus suis libris agere de curatione. Quod autem iubeat Galenus sanguinem mitti vt remedium facillimum est conijcere, cùm scribat conceptis verbis curationem esse incipiendam à sanguinis missione. Quare præcipua Gal. intentio fuit curatio, licet inde trahi coniectura possit dominantis humoris, nam paulò post ait Galenus, *Cùm speraueris in vniuersi corporis venis melancholicum sanguinem cõtineri, quo certiorem habeas notitiam, cubiti venam seca, sed præcipuè mediam, tunc si fluens sanguis non videatur melancholicus statim supprimatur, nam in corpore melancholico sanguis moderatur frigiditatem & siccitatem humoris melancholici.*, *quare non est detrahendus. Si vero melancholicus appareat, vt apparet vt plurimùm, vacua quantum pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris.* Quare ita distinguendum si medicus certò cognoscat melancholicum succum in toto corpore redundare, euacuatio per sanguinis missionem erit remedium. Si verò dubitauerit, debet sanguinem mittere quò certior fiat, idque agendo si sanguis fuerit laudabilis, non est detrahendus, si melancholicus, educendus ad sufficientem quantitatem. Atque hoc modo sanguinis missio potest habere rationem signi & remedij. In melancholia hypocondriaca, si vires constent sanguinem mittere oportet, indicatione sumpta à plethora, ab æstu & ab obstructionibus; nam sanguinis missio deplet, refrigerat & obstructiones aufert. Verùm è venis inferioribus sanguis est detrahendus

ſaphena & maleoli,morbus namque infra diaphragma conſiſtit. Et cùm ſanguis ille melancholicus vapores mittat ad cerebrum, fiet reuulſio illorum ad partes inferiores.

In melancholia ergo per conſenſum totius corporis, detracto ſanguine,oportet deinde,indicatione ſumpta à cauſa morbifica coniuncta; purgare melancholicum humorem & præparare vt. ℞. fumariæ, borrag. bugloſ. cichor. agrimo. ceter.añ. m̃. ß. ſeminum frigid. maio. ʒ iij.aniſi, fœnicu.añ. ʒ ß. ſennæ orient. ℥. j. garioph. ʒ ß. in coll. f. q. diſſ. confec. hamec. ʒ vj. ſyrupi roſa. ſolu. & de cichorio cum rhabarb. añ.℥ j.fiat potio,detur mane. deinde præparentur humores ſequenti apoſemate.

℞. corticum thamarici,capparum & fraxini interioris añ. ℥ j. ß. radicum aperient. in vino albo temperatarum ℥ iiij. fumariæ, borrag. bugl. ceterac. ſummitatũ lupuli, abſynt.pont. cichor, endiu. betonij añ.m̃.j.ſeminum frigidorum maiorum ℥ß. aniſi,fœnicu.ſeſel. añ.ʒ ij.paſſul. mundat. dactylor. añ.p.iiij. pomorũ dulciũ ℥iiij.flor.violar.bug.borrag.anthos,añ.p.j.fiat decoctio.in coll.℔.j.ß.diſſolue ſacchari & ſyrupi de fuma.ſimpl. añ.℥ iij.clarificetur & aromatiſetur ʒ ij. pul. lætitiæ Galeni. Ex hoc apoſemate alterante additis quibuſdam purgatiuis poteſt præparari apoſema purgans & meritò, cùm enim multa ſit colluuies melancholici ſucci & pituitoſi,non poteſt præparari neque purgari niſi medicamento longo & ſæpius repetito. Quare ℞. præſcripta in ſuperiori apoſemate, addendo polypod. querc. ℥ j. ß. ſennæ orient. ℥ iij.ſemin.cartha. & epithymi añ. ʒ vj. garyoph. ʒ j. ß. fiat decoctio. in collat. ℔.j.ß diſſol. ſyrup.de fuma. & de epithy-

mo añ. ℥ j. ß. pro tribus dosibus. Potest & hoc aposema clarificari & aromotis. vt superius, deinde repetatur potio præscripta si fuerit necesse.

Si materia extiterit rebellis, paratur syrupus cum elleboro nigro qui vires habet mirabiles.

℞. ellebori nigri ℥ ß. ſucci pomo. dulc. ℥ x. radicis borrag. bugloſſ. polyp. querc. epithymi foliorum sennæ añ. ʒ vj. florum borrag. bugloſ. fuma. añ. p. iij. lupuli capill. ven. fuma. añ. m̄. j ß schœnanthos ℥ ß. decoquantur secundum artem ad ℔ ij. adde saccha. q. ſ. fiat syrupus magiſtralis de quo cap. ℥ iiij. cum ſ. q. aquæ bugloſſæ, idque vel bis, vel ter in menſe, vt fuerit visum medico. vel

℞. aquæ fumariæ, lupuli, absynth. pont. capill. vend. añ. ℔ iiij. in quibus decoquantur polyp. querc. ℔. ß. sennæ orient ℥ vj. florum cordialium m̄. ij. capill. vener. m̄. j. liquir. paſſul. & cinnamo. añ. ℥. ij. quatuor ſemin. frigid. maio. añ. ʒ ij. decoctioni adde ſucci borrag. bugloſ. lupu. añ. ℥ ij. mellis ℥ vj. saccha. q. ſ. fiat syrupus magiſtrat. de quo cap. ℥. iiij. cum aqua fumariȩ quoties visum erit.

℞. florum viola. bugloſ. borrag. & anthos añ. p. j. ſummitatum thymi polyp. querc. añ. ℥ ij. sennæ orient. ℥ j. paſſul. mundat. ℥ j. ß. fiat decoctio in aqua bugloſ. & fuma. in collat. ℥ iiij. diſſolue confectionis alkermes ʒ ij. diagrid. g. vj. syrupi de pomis compoſ. ℥ j. fiat potio quæ laudatur mirifice à Rondeletio. Oportet autem iisdem medicamentis præparantibus & purgantibus ſæpius vti. Michael Paschalius laudat mire sequentem pulueré. ℞. epythimi ℥ ß. lapidis lazuli, agarici trochiſ. añ. ʒ. ij. garyoph. n. xx. miſce, datur ad ʒ ij. cum ſero lactis, vel cum aqua bugloſſæ.

Ratione verò causæ antecedentis fouentis proximam, si oriatur colluuies melancholica, à suppressa aliqua euacuatione sanguinis, ea proritanda est omni artificio. Quare si hæmorrhoides fuerint suppressæ, aperiantur remedijs describendis cap. de suppress. hæmorrh. Si menstruorum suppressione cōtigerit menstrua erunt prouocanda, proprijs remedijs dicendis. Sin autem acciderit morbus ab intemperie calida sicca iecoris, vsurpanda humectantia & refrigerantia moderate mista cum temperatis sumpta & admota.

At cum contrarijs sit curandum calido & sicco iecori debentur frigida humida. Verùm illud est si possent immediate applicari iecori, verùm cùm sit necessarium medicamenta assumpta transire per ventriculum qui debilitate laborat propter dissipationem humidi & caloris radicalis factam à calore iecoris necessarium esset ventriculum noxam pati à frigidis, quare ne hoc accidat oportet miscere temperata & quædam calida moderatè, & præsertim absynthium roma. quod prodest ex Gal. ventriculo, & iecori etiam calido. Quare præparentur syrupi, aposemata, iulepia, epithemata, tum alia medicamenta quæ describentur de intemperie calida iecoris.

Cùm lien debilis est nec potest attrahere aut purgare succum melancholicum, vtendum est ijs quæ habent vim corroborandi lienem, describendis de morbis lienis.

Intemperies etiam totius corporis corrigenda est, syrupis, iulepis decoctis humectantibus & leniter calefacientibus, tum etiam balneis, quæ mirum in modum melancholicis prosunt. Ele-

ctuarijs spiritus reficientibus qualis sunt lætificans Gal. confect. alker. diamarg. frigid. conser. buglos. borrag. ceterac, fuma. hoc conditum est præstantissimum.

℞. conseruæ borrag. buglossæ, melissæ añ. ℥ ß. conseruæ florum violæ. rorisma. añ. ʒ ij. corticum citri conditi ʒ iij. electuarij de gemmis, lætitiæ Gal. diamoschi dulcis añ. ℈ j. syrupi de corticib. citri aut de pomis redolent. q. s. fiat conditum. cap. ieiuno stomacho ʒ ij. paretur & lotura capitis ad corroborandum cerebrum.

℞. florum camomil. melilo. folio. betoni, lauri, maluæ, violarum añ. m. j. seminum lini anethi añ. ʒ iij. folio. sennæ ℥ ß. coquantur in aqua communi pro lotura capitis derasi, applicanda tribus horis post prandium.

In melancholia hypochondriaca sanguinem oportet detrahere ex venis inferioribus, quia affectio est infra diaphragma, & hoc modo fit reuulsio vaporum & humorum ad internas partes. Deinde purgare humorem melancholicum & pituitosum, qui præsertim in hoc affectu cum melancholico redundat, non neglecto humore bilioso qui generatur à præcalido iecore. Ad præparandum autem vtendum aperientibus frigidis, tum calidis, propter ventriculi debilitatem, indicatione sumpta ab ardore partium affectarum, & obstructione vt.

℞. radic. gramin. & aspara. añ. ℥ ij. ß. corticum capparum & thamarisci añ. ℥. ij. folior. fuma. lupuli; ceterac, cichorij endiuiæ añ. m̄. j. centaurij minoris, pulegij, absynth. pont. añ. m̄. ß. semi frigid. maio. ℥ ß. anisi, fœnic. ℈ iiij. florum rosa. anthos violar. bugloss. añ. m̄. ß. fiat decoctio; in

collat. ℔ j ß. dissol. sacch. ℥ iiij. clarific. & aromatis. ʒ. ij. pulu. lætitiæ Gal. fiant tres doses. Cuique dosi adde sacchari & syrupi bisantini an. ℥ j.

Finitis apozematibus purgetur medicamento iam descripto. Absynth. pont. decoctum, mirè confert in hoc affectu ex Gal. & Aetio, quare eo poterit vti pluribus diebus mane in aurora ad ℥ iij. vel cum aqua fumariæ & buglossæ. Abalthomari testatur se multos post purgationem generalem & præparationem iteratam hypochondriaca melancholia affectos sanasse sequenti syrupo, quem accepit à Gueimerio. ℞. hyssopi sampsuci, serpilli, melissæ, betonicæ an. m̃. ß. borrag. lupuli, scolopendriæ, fumariæ, capillo. vener. an. p. ß. radic. cichorij, borrag. fœnicu. cappa. an. ℥ ß. absynth. pont. cortic. citri an. m̃. j. sennæ orient. epith. an. ℥ ß. puleg. florum camom. centaur. mino. an. ʒ ij. camedri. camepit. an. ʒ ij. ß. iunci odorati, spicæ, anisi, dauci, semin. fœnic. asari an. ʒ j. passula. mundat. an. ℥ j. paretur decoctum vt artis est, cuius decocti, ℞. ℔ iiij. addendo succi pomorum dulc. & acidorum, succi rosa. & malo. punico. accido. an. ℔ ß. succi borrag. fuma. depurato. an. ℔ j. addendo sacchari q. s. fiat syrupus magistr. de quo sumat æger ℥ iiij. quoties visum fuerit medico adstanti, cum aqua lupuli vel borrag. Præstans est D. Castellani quondam medici regij syrupus, ℞. succ. buglos. & borrag. ℔ j. ß. succi pomorum redolentium ℔ j. succi melissę ℥ ß. granorum kermes ʒ iij. croci ʒ ß. pulueris diamarg. frig. ʒ ß. diambræ ℈ iiij. sacchari fini ℔ ij. fiat syrupus exhilirans.

Therebintina lota in aqua buglossæ,& sola sumpta in bolo ad ʒj. vel ʒij. valde commendatur, si sumatur semel in hebdomada.

Et quia hypochondriaci sunt debiles ventriculo, nihil præstantius post purgationem quàm vngere ventriculi regionem parte sinistra, cerato confecto ex vna parte ladani purissimi & duabus ceræ, addito pauco balsamo tuletano, siue Indiarum occidentalium.

Balneum etiam maxime prodest, paratum ex aqua tepida, additis ℔ viij. vini albi odorati sine sudoris prouocatione. Postea vsurpanda corroborantia.

℞. sacchari, rosa. ʒ iij. mithrid. ʒ ß. pulu. lætitiæ Gal. ℈ ij. fiat bolus cum saccharo, addendo syrupi de pomis redolentibus q. s. cap. tribus horis ante pastum. vel fiat talis opiata.

℞ florum buglossæ borrag an̄. ʒ j. conser. viola. ℥ j. diamarg. frigid. ʒ. ij. diatraga. frigid. ʒ j. cum syrupo de pomis redolentibus, fiat opiata de qua cap. mane surgendo è lecto ʒ j. aut ij. continuet quamdiu fuerit necesse. Crato hunc puluerem præstantissimum præscribit ad cogitationes melancholicas.

℞. seminis psillij, florum buglos. borrag. meliss. an̄. ʒ j. pulueris lætitiæ Galeni, diamosci dulcis an̄. ℈ ij. ß zedoariæ, doronici. radic. tormentillæ albe, coralli rubri, margarit. rosa. rubra. fragmentorum omniū præciosiorum lapidum an̄. ʒ ß croci ℈ ij. terræ lemniæ, cornu bouis præparati an̄. ℈ j. santal. vtriusque an̄. ℈ ß. fiat puluis, detur ʒ j. post pastum immediate. Ex eodem puluere

cum saccharo dissoluto cum aqua borrag. potest fieri electus solidum vel cum syrupo pomorum redolentium, & conseruæ buglossæ opiata, de qua sumat ʒ ij. eadem hora.

Si melancholicus fuerit affectus per se, cerebri sanguis non est detrahendus ex Gal. 3. de lo. aff. danda est ergo opera vt humor genitus vaccuetur, intemperies auferatur & immutetur medicamentis & optima victus ratione, purgetur itaque succus melancholicus miti aliquo medicamento vt senna, polypodio, epithymio, syrup. rosa. folio. simpl. de polypodio compos. mirus est in hoc affectu; ℞. polypod. querc. ʒ x. meliss. buglos. añ. m̃. ß. ciperi, radic. cappa. acori veri asati añ. ℥ ß. sennæ, epithymi añ. ℥ j. semin. lactucæ, endiuiæ, scariolæ, añ. ʒ j. ß. coquantur, collat. adde mellis rosa. col. ℔ j. fiat syrupus secundum artem, de quo cap. ℥ iiij. cum aqua fumariæ bis in hebdomada. Purgato corpore fiant errhina ex succo betæ addito pauco vino albo, vsus seri caprini cum extractione ellebori nigri prodest mirifice. Masticatoria parari possunt ex masticis puluere incluso, passularum cortice. Vtendum eo tempore embrocis, oleis vel vnguentis calefacientibus & humectantibus. Decoctionibus materiam alterantibus, prout indicabitur à materia dominante in cerebro.

℞. meliss. beton. añ. m̃. ß. florum camom. melilo. añ. p. j. florum sambuci, rosa. anthos, buglos, añ. p. ß. foliorum sennæ ℥. j summita thymi ℥ ß. fiat decoctio pro fomento capitis. Post superiora remedia applicari potest cum magna vtilitate cauterium ad suturam coronalem tum terebrari cranium vtiliter, vt testatur Rondeletius,

deinde

℞. ligni aloes, nardi indicæ; Gallæ mosca. pulu. diamos. dulc. añ. ℈iiij. beton. stœchad. rorisma, camom. añ. ʒß. macis, gariophil. cubeba. sampsuci añ. ℈ij. contundantur pro cucufa interbastanda vt artis est.

Interim corroborandæ sunt illæ partes quæ potissimùm in vitio sunt, nimirum præcipuæ & officiales; fit autem illud restaurando spiritus cibis assumptis, cerebello agni, hœdi, vitulo. vino albo boni odoris; carnibus gallina. capon. alijsque generantibus sanguinem laudabilé. secundò oportet spiritibus conciliare splendorem & lucem præbendo margaritas, aurum, lapides preciosos. tertiò prohibenda est spirituum dissipatio, quod efficitur Karabe myrobal. embli. condit. & syrup. adstringentibus. quarto corrigenda est spirituum intemperies. quintò ea exhibere quæ proprietate oculta lætos eos efficiunt, qualis sunt hyacinthus, crocus. sexto separare oportet ea quæ noxia sunt spiritibus. Quod fit præsertim conser. borrag. & buglos. septimo exercendi sunt spiritus moderate, cogitationibus placidis, aspectibus lætis, sonis delectantibus octauo, prohibere à qualitatibus malignis, vt zedoaria, bézoare, diamosco, sac. buglossato, borraginato, violato, diamarg. & lætificante Galeni.

Victus ratio omnibus melancholicis communis est, vt in aëre temperato degant lucido, ad oriẽtem vergente, fiant in eo suffumigia ex solo styrace calamita, qui præstat omnibus in hoc affectu, læta loca quæri debent, vt prata virentia floribus ornata viridaria. Cibi esse debent temperati, carnes pullorum, gallinarum, capon. fasiano. turdorum,

veruec. &c. dulcia non conueniunt, quia citò à iecore rapiantur. Cùm ergo calore suo vehementi citiùs solito attrahat cibos, succrescit crudus humor, atque inter dulcia, lac maxime est noxium, quia facile corrumpitur,& in stomacho debili acescit. Tamen non prohibentur aliqua dulcia pauca quantitate ingesta, vt cerasa matura, poma, pyra pruna, vuæ passæ, ficus, amygdalæ, pinea, pistacea, cappares. Omnia austera vitāda, item flatulenta, vt rapæ, castaneæ. Acida sunt duplicia, nam quæ acrimonia prædita sunt, pessima censentūr: fermētant enim succum melancholicum terrestrem. Quæ verò acrimonia carent iuuant plurimùm, quod refrigerando aperiant obstructiones. Vitent omnes illos cibos, quos diximus ex Gal. habere vim generandi humorem melancholicum, bibant vinum fuluum benè dilutum. Carnes accipitris à proprietate conferūt & oua noctuæ, murium carnes, tum aqua destilata ex muribus. In iusculis vtatur borragine, buglossæ, hyssopo, mentha, petrosel. endiuia cucurbita. Somnus nonnunquam est conciliandus, exercentur enim vigilijs diutissimis, quare ℞. diambræ ℈ij. diamosci dul. ʒß. succini albi ℈j. ambræ grisеæ g. iij. syrupi de cortice citri q. s. fiant pilulæ 24. cap. tres hora somni. vel suffumigium capite de vigilijs descriptum, ex aqua, viuo albo & rosis. Vtatur exercitio moderato. mœrorem vitet, nam mœror vniuersum corpus refrigerat, calorem innatum destruit, appetentiam prostrat, coctionem impedit, intellectum peruertit, corpus siccat. Timor dissoluit spiritus, cor inficit appulsu prauorum humorum.

Hoc loco animaduertendum quod scribit Ætius

de venere cap. 8. sermo. 3. tetrab. 1. *duris habitibus*, inquit, *ex longioribus interuallis vsus veneris conuenit, mollit enim partes corporis, meatus dilatat, pituitam expurgat, impeditam rationis vim explicat, & maximas iras remittit. Quare atra bile affectis subtristibus & hominum consortia fugientibus velut magna quadam medella commodissimus existit, sed & iuxta animi modum furiosos ad saniorem mentem reducit.*

De Mania, CAP. XXIX.

MANIA & si communiter apud Galenum, & probatissimos authores confundatur cum melancholia; propriè tamen distinguitur. Mania ergo proprie sumpta dignoscitur mentis alienatione ferina & audaci siue febre. Galenus in aphorismum 13. l. 6. scribit maniam esse cum ferocia melancholiam cum mœrore & tristitia. Ex ijsdem symptomatis colligitur causa calida sicca & flammea, à qua ferina desipientia, & audacia nascuntur. Etsi tamen sine febre, quòd eius sedes sit in cerebro, nec cordi communicetur. Si verò ei febris adiungatur videndum ne sit symptoma ipsius febris, contingit enim tunc flammeum illum humorem in cerebro non tantùm existere, sed etiam in corde, à quo calefacto febris nascitur.

Prognostica explicata superiori capite conueniunt etiam maniæ. Curatur ijsdem febre remedijs, nisi quòd in mania curanda debent esse frigida moderatè & multùm humida: In melancholia vero calida moderatè & humida. Cauteria applicata suturæ coronali sunt maximo remedio ex Gordonio capite de mania, idque probat experientia

cuiusdam maniaci, cui cùm esset vulnus inflictum capiti cum fractura cranij, quãdiu fuit vulnus apertum, tandiu bene habuit, vulnere sanato reuersa est mania. Vnde medici per euentum didicerũt in mania & doloribus capitis applicationem cauteriorum aut trapani ad suturam coronalem.

De Catarrho, CAP. XXX

CATARRHVS dignoscitur sensu fluxionis in partes subiectas, tum symptomatis quæ solẽt in varijs partibus sequi defluxionem. Cùm enim humores fluunt in partes pectorales internas, tussis excitatur asthma, raucedo: & nonnumquã dormiendo lapsus humoris exauditur, ac si aliquid deglutiretur: tũ pharnix imbuitur humore defluẽte, qui aperto ore conspici potest. Si in stomachũ defluat, contingit dolor vẽtriculi, fluxus ventris præsertim nocturnus. Si per partes exteriores è capite fiat defluxio, cuius originẽ Fernelius posuit in externis partibus capitis sub cutę verticis, percipitur fluxus referẽs formicę deambulationẽ; vel exiguus dolor extensus in partes, per quas præterit; aut veluti perfrigeratio extẽsa, si humor fuerit frigidus, si verò calidus, calor cum acrimonia. Signa etiam sumũtur ex causis procatharticis; nam si repletio capitis, aut alterius partis præcesserit, succedat autem refrigeratio qua reprimãtur, aut calefactio qua fũdãtur humores. Aut si carnes repletæ laxæ fuerint, capitur coniectura catarrhi ex Hipp. lib. de loc. in homine, atque hæc sunt signa catarrhi.

Signa materiæ dominantis in toto corpore, aut in capite, iam descripta sunt. Qualis enim humor redundat, tales solent esse defluxiones, distinguendum autem num humores collecti in

cerebro generentur in illo per debilitatem facultatis naturalis excrementa multa producentis, quomodo contingit ab intemperie cerebri varia, quæ suis signis est detegenda. Aut an accidat per attractionem humorum ad cerebrum. fit enim plerumque vt calore cerebri attrahantur humores calidi & frigidi tenues: an verò repleatur cerebrum à vaporibus ascendentibus, ibique condensatis, vt contingit in illis qui sunt præcalido corde & iecore, quorum signa sunt exposita suo loco.

Prognostica in catarrho propria pauca sunt, multa autem morborum per catarrhum generatorum. Hipp. aph. 40. l. 2. scribit *raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt*; ob penuriam caloris innati; eæ autem affectiones generantur per catarrhum.

In curatione catarrhi habenda est ratio humorum dominantium, partis vnde fluit humor, causæ antecedentis generantis viarum per quas defluit, & partis recipientis, à quibus ducuntur indicationes curatiuæ. Nam si sanguis magna copia redundauerit simul cum alijs humoribus detrahendus. Quia sanguis in catarrho habet rationem causæ antecedentis & molestantis partem. Sanguis etiam in catarrho mittitur extra plethoram ratione reuulsionis, aut deriuationis. Nam cùm pars recipiens sit debilis leuanda est onere per reuulsionem aut deriuationem. Cuius terminus à quo est pars mandans. Deriuatur humor multis modis & reuellitur, fonticulis applicitis brachijs, occipiti, & suturæ coronali, setone, inserto collo posteriori, cucurbitulis occipiti applicitis & humeris. Deinde qui fluit hu-

mor & redundat, vacuandus medicamentis leuioribus, nam leuiora non satis purgant, validiora exagitant humores, & fluxiles suo calore efficiunt, quare catarrhos augent.

Purgando humores, & præparando oportet prospicere eodem tempore parti mittēti & recipienti, illi quidem ne amplius generet excrementa, attrahat humores fumos, & vapores emittat. Quare si cerebrum frigida intemperie laborauerit, aut calida humida contrarijs est tollenda, adhibitis semper illis, quæ vim habent corroborādi cerebrum cephatica dicta. fit autem hoc diuersis formis remediorum, nempe embrocis, foribus, vnguentis, emplastris, cucufis capiti raso applicatis. Si iecur sua caliditate, tum etiam cor vapores ad caput miserint, refrigerantibus est vtendum, de quibus suo loco. Parti etiam recipienti ea sunt adhibenda, quæ possunt eā corroborare, quocirca cognita partis temperie facile sumitur iudicatio remedij.

Quantùm spectat ad partes per quas fit fluxio, si quidem illæ fuerint externæ, possintque ferre fonticulos, vt pars posterior capitis, neque catarrhi causa extingui possit, intercipiēdus est defluxus, forasque vocandus per fonticulum, aut reuellendus, aut deriuandus. Vt si pars in qua fit defluxio ob copiam materiæ, periculo gangrænæ laborauerit, intercipiendus defluxus, aliquo medicamēto adstringente, applicato parti per quam fit fluxio, quod remedium defensorium appellant, quale est vnguentum de bolo totum cum aceto vel posca: vel mixtio facta ex farina volatili & succo vrticæ, quæ multo potērior est. Ad reprimēdos humores qui sursū ad caput feruntur; Langius hoc præscribit remedium.

℞.conseruæ rosa.℥vj.ligni aloes summach. enucleati an. ℈iiij. coriandri præparati ℈v.cinamomi, mastices gariophan.℈ij.spicæ nardi ℈j.styracis calamitæ ℈ß. rob.de ribes ℥j.cũ micca citoniorũ,fiat electuariũ, capiat post pastũ ad magnitudinem castaneæ. AureaAlexandrina mirũ prodest si sumatur eadẽ quantitate post cœnã. Ad catarrhũ salsũ, probatissimũ,est remediũ. ℞.cassiæ recentis ℥j. agarici ʒij. sacchari q.s. fiat bolus cap. duabus horis post cœnã,die sequenti remediũ hoc capiat. ℞. pil.de cinoglossa ℥ß. sumat duabus horis post cœnã. Interim paretur hoc electuariũ ℞.conseruæ buglo.betonicæ,rosa.an.℥ß.puluer. spicæ, santali diarrhod. abbat.an.ʒß.syrupi citonior.q.s.fiat elect.molle,de quo capiat ʒij. post cœnã,iterentur hęc remedia ad sanationẽ vsque. Ad catarrhũ tenuẽ in crassandum ℞.boli armenæ ʒij.ossis dactylo.℈j.diacodij ℥ß.syrupi de nym.q.s.fiat opiata de qua cap.ʒj.ter in die.

De Parotidibus, CAP. XXXI.

PAROTIS est tumor præter naturã qui sub auribus nascitur.fit autẽ iuxta aures ob loci, seu emunctorij laxitatẽ,qui facilè fluxiones à cap. descendẽtes excipit.solet vero oriri in morbis lõgis cũ febre cõtinua,nimirùm qui vigesimũ diẽ superant, quos acutos ex decidẽtis medici appellãt,idque criticè,quod iudicauit Hipp. 27. apho. l.2. *oportet*, inquit,*expectare abscessum in febribus continuis.* In acutis autem morbis apparent aliquando symptomaticè.

Vt fiant parotides hæc sunt necessaria,capitis affectio præter naturã,quantitas,& consistentia quæ debet esse crassior & copiosior quã sit in veris acutis,&minus crassa & frigida quã in valde diuturnis. Hæc autẽ est sãguinea,aut biliosa,aut pituitosa,aut melãc.à prædominãti humore sic appellata.horum

humorum signa fuere ante exposita. Requiritur præterea caloris paulo vehemētior, quò materia attenuetur, & sursum efferatur, postremò robur naturæ expellentis.

Futurarum parotidum in morbis imi ventris signa sunt, si ab hypochondrij tumore præter naturam, æger subito difficultate respirationis laborauerit, mox liberatus illa difficultate, sine euidenti causa doleat capite, vel comate, aut surditate afficiatur, modo natura cerebri robusta sit. Difficultas enim respirationis à materia ascendente ad pulmones ex ventre imo nascitur. Quos vbi est prægressa in caput effertur, in quibus excitat symptomata cataphorica siue somnifera; tandemque parotidas. Interdum sine vlla difficultate respirationis oriuntur parotides elata materia per venas, aut arterias quæ sunt extra pulmones, aut à materia in cerebro contenta, quæ cum non possit crisi perfecta excretionis depelli, detruditur ad cerebri emunctorium, ibique parotides procreat.

Parotides magnæ dicuntur, aut quantitate materiæ aut magnitudine symptomatum, aut malignitate, vt in peste. Paruæ autem quæ nec dolore, nec inflammatione cruciant, nec ex materia cruda, crassa, vel praua constant, sed ea quæ facilè dissipatur aut suppuratur: tamen omnis parotis ferè mala, primo generis ratione: Nam 1. epid. legitur *vbi multorum humorum & crudorum copia adfuerit abscessus fiunt, qui si exigui extiterint, nihil conferunt,* quia non respondent materiæ mortificæ copiæ: *si vero magni à virtute, vix sustineri possunt.* Loco mala est parotis: nam cùm materia abscessus sit quodāmodo crassa, debeatque fieri in partibus inferioribus

tibus ex 2. progn. parotis quæ fit prope cerebrum bona vix esse potest. mala item est si die critico non appareat nec antegressis signis coctionis. Si materia sit valde crassa, quæ ægrè possit superari, aut si sit cum phlegmone,& dolore,quo vires deijciantur, tum si facultates fuerint infirmæ mala est. Præterea si in febribus acutis appareat non cessante febre, ob febrem adiunctam, nam fere superueniunt viribus fractis,& videntur,nouam morbi historiam ordiri, quare non sine periculo apparent, quod morbus acutus succedat acuto. *Item in paraplecticis parotides malæ*, ait Hipp. præsertim si in partem nobilem è neruis fiat translatio. Omnis enim melistasis materiæ morbificæ à parte nobili in nobilem,mala fit etiam aliquãdo vt non oriatur translatio à neruis ad cerebrum, & ex cerebro ad emunctorium eius, sed tanta sit materia vt & paraplegiam in neruis pariat, & in cerebro præterea commoueat cataphorica symptomata, hincque expulsa à cerebro ad emũctorium parotidem suscitet. Magnæ parotides in quibus vrinæ apparent citò & parum coctæ, quia coctio illa incœpta est & non perfecta sunt fallaces. Nam coctio bona debet esse continua,& totius materiæ mortificæ. Melior autem censetur illa,quæ moderata est,sine dolore,integris viribus & erumpit die critico, antegressis signis coctionis,in toto genere venoso, tum in parte quæ ad suppurationem sine molestia deducitur, aut facilè resoluitur, aut citra hæc, superueniente excretione per aluum aut per vrinas materia morbifica expellitur. Deinde illa bona est in qua fit cita horum remissio;ex parotidum termino potest prædici. Parotides aut suppurantur aut euanescunt;

si suppurentur in morbis diuturnis pure albo vehementer sine dolore, interficiunt & maximè mulieres ex Coac. significatur enim debilitas naturæ, aut maligna putredo quæ mala sunt; mulieres maximè ob debilitaté; & licet perfecta sit suspuratio, tamen non seruantur ægri, si materia cruda sit in corpore reliquo, frustra enim fit in parte quapiam priuata coctio, morbo in corpore reliquo crudo remanente. Si suppurauerint perfecte, & materia perfectè cocta sit, liberant ægrum periculo. Si non suppurauerint perfectè, sed euanescunt, id fit tribus modis. primò resolutione materiæ per dissolutionem facta, quæ bona est. secundò per diffusionem materiæ in os, & asperam arteriam, quæ vt plurimùm soluit parotides; huius signum est excretio, aut ptielismus multus, tum etiam tussis, aut fit translatio materiæ in aluum & in vrinæ ductus, quæ salutaris esse solet. tertiò retrocedente materia ad cerebrum, per palyndromen siue recursum, quæ pessima censenda. Quod fiat motus humoris morbifici ex ignobili parte ad nobilem. Huius regressus signa sunt partim priuatius, partim positius, priuatius si sputum non exeat neque vrinæ crassæ & multæ, quæ solent liberare ab abscessu, & si aluus copiose non feratur; positius verò, symptomata cataphorica & soporifera, Coma, Carus & Apoplexia, si verò ex reuulsione parotidum ad inferiores partes non tollantur, sed symptomata imminuantur.

In curatione parotidum indicationes quædam sunt generales, sumptæ ab humore dominante & parte affecta, nempe cerebro, quare medicamenta sunt præparanda quæ à cerebro educant, vt

agaricus, turbith. carthamus. Quod ad topica remedia spectat Gal. l. 3. c. 2. secund. lo. nullis remedijs repellentibus vtendum scribit, quòd omnis motus à parte ignobili ad nobilem sit vitandus. Quare alijs remedijs vtendum dicit exhibita hac distinctione. Si quidem humor affligens ex profundo ad cutim depellatur, & præsertim si affectio in capite sit firmiter fixa, debemus vsurpare remedia attrahentia, vt cucurbitulas, emplastra vehementia, medicamenta chirotica. Item cùm citra capitis affectionem in febribus acutis natura parotides excitat, oportet naturam iuuare attrahendo. Verùm aduertenda est affluentis materiæ quantitas, nam si vehementi & magno impetu mittatur ad partem, naturæ committendum est negotium, nam si cucurbitulas aut aliud pharmacum attrahens admouerimus, vehemens excitabitur dolor, ex quo vigiliæ & flores nascuntur, viresque exoluuntur, non sine metu extinctionis caloris natiui in parte. Conuenit enim mitigare dolorem remedijs anodynis proprie dictis, & non opitulari affluxui humorum. Atque hæc sunt in principio præstanda. Demum si tumor non discutiatur, suppurantibus pharmacis est vtendum. Cùm verò suppuratæ fuerint parotides, sunt aperiendæ ferro aut caustico, aut alio medicamento, vel tentare oportet, vt per medicamenta attractoria & discussoria materiam dissipemus, bis in die mutatis remedijs. Et quia discutiendo periculum esset ne parte tenuiore discussa, crassior redderetur indurata, fomentis laxantibus, & autem remollientibus est vtendum.

Cùm durities adeſt, ea mollienda eſt: hoc tempore miſcenda ſunt remollientia cum attrahentibus. Poſtquam autem omne pus fuerit diſcuſſum, & adhuc durities perſeuerat emollientia ſunt vſurpanda. Ad diſcutiendum hoc ſingulare remedium ſcribit Galenus.

℞. adipis porcini veteris ſine ſale ℥iij. butyri ℥j. ceræ ℥ijß. oſtreorum vſtorum tenuiſſimè tritorum ℥ij. fiat emplaſtrum efficaciſſimum ad parotides diſcutiendas.

De ſanguinis fluxionibus ſiſtendis, CAP. XXXII.

SANGVIS laudabilis vitæ theſaurus retineri debet in corpore quoad fieri poteſt, tamen ſi noxius extiterit, aut futurus eſt, vt in Athlelis, permittendum eſt vt effluat. Hoc præceptum generale peculiaribus eſt determinendum. Fluxus menſtruorum naturalis nullo modo eſt prohibendus, vtilis enim eſt illa excretio, reliquos autem qui ſymptomatici ſunt & præter naturam ſiſtere oportet vt qui ſuo tempore non egrediūtur, vel maiori quantitate quàm par ſit aut inutiliter. Fluxus ſanguinis dyſentericus, qui eſt puri & laudabilis ſanguinis, quantitate ſola peccantis arcendus non eſt. Talis ſolet cōtingere in otioſis, & quibus aliquod membrum exciſum eſt: in illis enim gignitur ſuperflua ſanguinis quantitas, quæ niſi vacuetur à repletione morbum faciet. Fluxus hæmorrhoidalis non eſt cohibendus, præſertim ſi ſit vtilis corpori. huius vtilitates recenſet Hipp. 6. epid. ſect. 3. cùm inquit, *qui fluxu hæmorrhoidali laborant, pleuritidi non ſunt obnoxij, nec peripneumoniæ, nec vlceribus phagedænicis &*

therminthis, nec furunculis nec forsan lepræ: neque alijs pluribus malis ex 20. aph. l.6. *mente captis, si varices aut hæmorrhoides superueniant, insaniæ fit solutio*: si vero innutilitas spectatur sistendus. fluxus criticus cùm sit ægro salutaris, non est sistendus. fit tamen aliquando, vt nimio impetu fluat, ita vt nunquam sistatur, donec ægrum è medio tollat, tunc temporis cohibendus est. Reliqui omnes fluxus sunt cohibendi, cùm sit ad vitam simpliciter humoris necessarius: qui vt commodè & vtiliter cohibeantur, oportet causas & loca affecta, tum etiam modum cognoscere.

Sanguis effluit è venis aut arterijs tribus modis ex Gal. 3. de sympt. cau. c. 3. & lib.5. med. per anastomosim, siue per apertionem orificij venarum, aut per erosionem venarum quæ ἀνάβρωσις aut διάβρωσις; aut per ruptionem quæ ῥῆξις dicitur, multi constituunt quartum modum per διαπήδησιν, id est, ressudationem. Verùm Gal. cit. de sympt. caus. non censet esse quartum modum, sed potius referẽdum ad ἀναστόμωσιν exiguam, vel ad fluxum seri cruenti non sanguinis.

Apertionis siue ἀναστομώσεως causæ sunt aut in vase cõtinente, aut in sanguine, aut extrinsecæ. In vase causa est eius imbecillitas, ob quam nequit sanguinem continere, aut expultricis immodicus motus ab irritatione. In sanguine causæ sunt, copia eius nimis, quæ dilatando & distendendo aperit orificium vasis, sanguinis tenuitas nascitur per adiunctionem multi seri, quód fit aut à læsa sanguificatione, aut à cibis multum serum producentibus, aut ab attractrice renum debilitata, quæ serum à sanguine non separat, aut ab excretione

eorum debili, quæ non depellit ſerum. Aut ab immodica retentrice quæ non ſinit elabi ſerum, aut à denſitate cutis, quæ ſudori & exhalationi inſenſili eſt obſtaculo, aut à renum obſtructione. Cauſa externa eſt nonnunquam maligna qualitas, quæ extrinſecus accidens orificium vaſorum aperit ex Gal. lib. de ſympt. diff.

Eroſio ſi ab intrinſecis cauſis ortum duxerit vitioſi ſucci eſt ſoboles acrioris erodentis; ſi ab extrinſecis, fit aut à medicamentis violentis aut ab igne, ex 3. meth. c. 3. Item ruptionis cauſæ ſunt aut repletio nimia, & vaſis tenuitas, aut extrincecæ, lapſus, caſus, ictus.

Signa apertionis orificij ſunt doloris priuatio, & earũ cauſarum abſentia, quæ ſolent ruptionem aut eroſionem excitare. Arculanus addit, quod in principio paucus effundatur, tandem copioſior. In eroſione dolor ſentitur, propter continui ſolutionem: aut vlcus adeſt, aut ſigna erodentium humorum adſunt, adde quod magna copia fluit. In ruptione magnus adeſt dolor in principio effunditur multus ſanguis, tandem paucus.

Cauſarum antecedentium, perueſtiganda eſt cognitio quatenus diuerſam requirunt medendi rationem. Gal. c. 1. l. 1. loco. aff. ſigna vaſis affecti ita diſtinguit: *Sanguis ſaliendo eiaculatus arteriam affectam ſignificat, tum fluit calidior, magis tenuis ac flauus.* Vnde colligimus contrariorum lege ſanguinem è venis eductum, ſine ſaltu fluere, eſſe craſſum, ſubnigrum, & minùs calidum.

Auicen. fen. 4. l. 2. c. 14. lib. 4. remedia omnia quæ ſanguini ſiſtendo apta ſunt in tres diuidit claſſes, in ea quæ reuellunt aut deriuant ſanguinem: in

ea quæ impetum sanguinis cohibent, & in topica quæ parti applicantur, ex qua fluit sanguis. Ea quæ diuertunt aut reuellunt, sunt aut sine vacuatione, vt cucurbitulæ sine scarificatione, frictiones, extremitatum ligaturæ dolorificæ; aut cum euacuatione, vt sanguinis missio, obseruatis conditionibus reuulsionis, & deriuationis, descriptis suo loco. Quæ sanguinis impetum cohibent, pollent vi incrassandi, qualia sunt frigida humida viscida, partim assumpta, partim extrinsecus adhibita iuxta partem affectam: nam quæ supra partem ponuntur non semper sunt eiusmodi, sed aliquando caustica & crustam inducentia, vt vitriolum vstum. supra partem ponitur defensiuum iam descriptum ex vnguento de bolo, aut aliud simile, cum albumine oui agitato. Localia remedia varia sunt pro diuersitate affectus & loci affecti. Apertis enim vasis adstringentia, ruptis glutinantis, erosis sarcotica remedio sunt. In arteria affecta remedijs fortioribus & vehementioribus est opus. *Atque in omni adhibitatura, desperatis remedijs & auxilijs alijs*, inquit Hdl. *ad ignem & cauteria recurrendum*, quæ sunt remedia extrema, ignis namque sanat, quæ non curat ferrum, multò magis si quid putre, rodens, serpens aut vermiculosum sit. Si eiusmodi locus est qui facilè putrescat, qualis est sedes, os, genitalia: quique vim ignis sine periculo sustineat, vt qui in carne, & sine neruis est. Sed ad hæc remedia non prius recurritur inflammationis metu, quàm satis magna materia effluxerit, quàm bene purgatum & vacuum excrementis exteriori corpus. Et si sarcotica medi-

dicamenta apponenda, illa vehementius adstringere oportet, vt firmam crustam faciant, alioqui remedia profluuio vniuntur, vt excussa crusta maiori vi sanguis erumpat.

Generalis methodus est vt primò corpus purgetur, deinde cum ℨj. aut ℨjß. pilul. de bdellio sanguis sistatur, quo consistente ne refluat in partem aliquam nobilem, oportet singulis hebdomadis, aut bis in mense sanguinem mittere secundum vires ex parte commodiore quantum conuenit. In remedijs porro, vidēdum qualis esse oporteat, quæ singulis partibus medeantur. In hæmoptoicis, qui sanguinem è thorace exspuunt, atque omninò vbi longa est via & anfractuosa quo medicamentum meat, vt ad renes, ad pulmones, adstringens, quidem & viscida materia necessaria est. Verum ne quod adstringit restet in via, & quod leuosum natura sua est hæreat, aliquod medicamētum tenuium partium necessario miscendum erit. Vbi vero recta via est & non inflexa, vt ad gulam, intestinum, ventriculum, eo genere medicamentorum, quæ tenuis sunt, nihil est opus pilulæ ad sistendum sanguinē hædantur. ℞. mucilaginis gummi arabici & tragacant. extractæ in aqua fumaci, aut cornorum, aut plātaginis, aut prunorū syluestrium añ. ℨij. mumiæ, masticis añ. ℨj. sacchari rosati q. s. fiāt pilulæ vorentur ad ℨj. In hæmoptoico affectu sub lingua tenentur, vel dātur cum ouo forbili. In cruētis disenterijs dantur per clisterem dissolutæ in decocto orisæ tostæ, aut cum succo plātaginis. Omni sanguinis profusioni confert puluis cornu bouis datus cum saccharo rosa. ad ℨjß. succus stercoris asini exhibitus ad ℥ij. cum syrupo myrthillo.

decoctio consolidæ maioris & centinodiæ. Semen plantaginis capitur ad ℨ ij. infunditur in aqua plantaginis, datur expressio. ℞. lapidis hæmatitis, boli armeni, coralli rubri, mumiæ & in pulmonis affectibus, pulmonis vulpis resiccati, añ. ℨ j. ß. vrticæ ℨ ß. sacchari rosa. ℥ ß. fiant pilulæ cum mucilagine gummi tragacanthi, vel syrupi myrthill. Si quando opus sit mittere illud medicamentum ad renes dissoluendæ erunt in decocto diuretico radicum aperientium, decocto alkekengi, semin. frigid maio. vel mino: Narcotica aliquando vsurpantur, quò compescatur feruor sanguinis & defluxus. Somnus autem qui narcoticis comparatur omnes cohibet effluxus præter sudorem, verùm cautiones sunt adhibendæ cap. de dolore scriptæ.

Victus ratio debet esse refrigerans, & adstringens cibus frigidus, aër frigidus, cibus glutinosus eligatur: vt lactuca, borrago, portulaca, pedes animalium & capita, amylum, farina orisæ, caseus recens, & pinguis. Abstineat à vino & ab alijs omnibus quæ copiam sanguinis pariunt, potùs aqua chalybeata, mali citonij frustra, vel centinodia, vel bursa pastoris, quiete fruatur, fugiat omnia animi pathemata, præter metum, somno indulgeat quantùm poterit.

Si è naribus fluat sanguis & vires adfuerint, detrahendus per deriuationem à latere naris per quã fluit sanguis, sed diuersa tundenda vena: si enim pletora adfuerit, ex mediana, si verò tantùm opus sit deriuatione ex cephalica; demum si humor biliosus sua tenuitate & acrimonia, aut alius humor, vt salsus fuerint causa effluxus sanguinis, oportet purgare medicamentis benignis, nam vehementer

commouent humores, & ad fluxiones aptos reddunt. Deinde propinabimus ea quæ habent vim incrassandi sanguinem, & refrigerandi, quæ consistunt in victus ratione & farmacia. Multi probant hoc remedium chimicum.

℞. olei succini per sublimationem extracti guttas iij. aquæ plantag. ℥j. ß cap. & eodem tempore oportet hypochondrio eiusdem lateris cucurbitulas admouere, ligaturas dolorificas, tum frictiones ad reuulsionem. Perfundenda facies aqua frigida, testiculi in aqua frigida mergendi, collo admouenda lintea madefacta in oxicrato, mixto cum albumine oui, frons ijsdem circumuoluitur linteis, cucurbitulæ scapulis admoueantur cum scarificatione, aut sine. Naribus vt & cæteris locis è quibus effluit sãguis, eodem tẽpore remedia applicari possunt, quorum alia sistendi vim habeãt, alia per manifestas qualitates, alia per occultas. Manifesta qualitate sistunt frigida omnia sicca, frigida humida & viscida, quæ hærent tenacissimè partibus, vt pulueres adstringentes mixti cum albumine oui, aut gypsum cum eodem, vel puluis limacum tostarũ cum coclea. farina volatilis mixta cum succo vrticę. Occulta vero facultate id efficiunt stercus asininum & succus eiusdem, tam suillum, vrtica, porum, basilicum aut succus eorum, tum etiam mentha. Si desperata sit salus vtendum narcoticis parua quantitate, vt Philonio Roma. & pilulis de cynogl. ad ℈j. aut ʒ ß. Timor magnus incussus habet vim sistendi non exiguam, puluis florum perforatæ datur ad ʒ j. cum aqua plantaginis. Quando fluit per cauitates partium corporis concrescit aliquando in capacitatibus, in quibus corruptus ex se fundit

tetros vapores suscitantes syncopen &lipotimiam. Quare fundendus grumus sanguinis sequentibus remedijs.

℞. absynthij, summitatum fœniculi, apij, dauci, storacis, rutæ, semin. melon. foliorum raphani ãñ. p. æquales; misceantur, detur ʒ j. cum decocto radicum aperientium. Coagulum hœd. aut sperma cœti cum vino applicata eadem præstant.

De dentitione CAP. XXXIII.

In dentitione puerorum multa contingunt symptomata cerebri & ventriculi: afficitur enim cerebrum, quòd dolor natus à solutione continui gingiuarum cerebrum male afficiat, cuius consensu laborat ventriculus, propter neruos insignes quos recipit à sexta coniugatione. Laborat autem cordialgia, vomitu, & fluxu ventris: Quòd testatus est Hipp. 25. aph. lib. 3. scribit enim *aduentante dentitionis tempore, gingiuarum pruritus febres, conuulsiones, alui profluuia, maxime cùm caninos dentes emittunt & ijs præsertim qui crassissimi sunt, & qui aluo sunt dura. Pruritus* quidem à dente incidente, carnes & bellicante gingiuas, *febres* ex dolore & vigilijs, à quibus accenduntur spiritus & humores in corde. *Conuulsiones*, ex male affecto cerebro; *Alui profluuia* à debilitata retentrice intestinorũ, & ex humoribus è cerebro in vẽtriculum delatis. *Contingunt autem hæc maximè cùm emittunt caninos* quòd ex primoribus dentibus sint maiores gingiuæ duriores. Crassities autem & plenitudo corporis pueri, tum dura aluus hos

potissimum producũt effectus ob cerebri alteratio-nem & copiam humorum & excrementorum.

His symptomatum causis prospiciendum post-quam prognostica recensuerimus ex Hipp. lib. de dẽtitione. *Quibus in dentitione aluus liberiùs fluitÿ minùs conuelluntur, quàm quibus parum*, Quòd illa conuulsio proficiscatur à repletione, cuius euacuatio-nem procurat alui fluxus. Non tamẽ afirmat Hipp. omnes illos non affligi conuulsione, quibus aluus est liberior, quod denotat dictio *minus*: Nam doloris acerbitate, potest etiam in fluxu alui oriri conuulsio per consensum cerebri. *Quibus in dentitione febris acuta accidit, parùm conuelluntur à repletione*; nam febris conuulsioni à repletione remedio est. *Quicunque dentientes manent habitiores, & altiori somno corripiuntur, periculum est ne in conuulsionem incidant*. Nam habitus plenior, humorum copiam arguit: somnus verò profundior cerebrum repleri, à quo conuulsio nasci potest. Qui hyeme dentiunt cæteris paribus faciliùs liberantur. At hyems frigida egressui dentium resistit magis quàm æstas; cõtrahitur enim caro & firmior est, adde quod hyeme conuulsiones à repletione oriantur. Resp. licet hyems resistat eruptioni, dentium tamen symptomata sunt miriora, nam hyeme ob frigus aëris minùs febre infestãtur, necnon alui fluxu & vomitu propter robur facultatis naturalis. *hyeme enim & vere* (ex Hipp. 1. aph. *ventres sunt calidiores*. Non omnes dentientes conuulsione correpti moriuntur; Nam conuulsio à repletione vt plurimùm est sanabilis. Qui cùm siticula dentiunt, tardius dentes producunt, & in punctione dentis magis gracilescunt, tussicula enim signum est defluxionis è cerebro in faucea, defluxio verò

demonstrat debilitatem cerebri, à quo debilitate nascitur dentis tardior productio: Qui enim sunt debili cerebro difficilè dentes producunt facultatis expultricis vitio.

In praxi eruptio dentium iuuanda est, sedandus dolor illinitione ex butyro recenti, ex melle, vel ex ambobus mixtis, ex medullis cerebri leporis aut cuniculi: nonnunquam si res ita pôstulet scalpello incidendo carnes, quo dentes faciliùs egrediantur, purgandum præterea corpus medicamentis accommodatis, corroborandum cerebrum pulueribus inspersis, cucufis & alijs remedijs iam dictis. ventriculus corroborandus tum intestina assumptis & admotis dicendis suis capitibus.

LIBER SECVNDVS DE MORBIS MEDII VENTRIS.

Generalia ad morbos Pectorales. CAP. I.

MORBOS pectorales vocamus qui partibus respirationi dicatis accidūt, nam cordis morbi sunt in pectore, non tamen pectorales. Thoracis affectus ex Galeno lib. art. par. cognoscuntur ex respirandi difficultate, tussi, doloribus, quæ in ipso excitātur. Tum ex ijs quæ expectorantur. Sic & asperæ arteriæ ægritudines & difficiles anhelitus, & dolores in eo loco, & quæ expuuntur & vocis offensiones ostendunt: hoc loco notandus cōsensus testiū cum pectore qui scribitur ab Hipp. s. 1. l. 2. epid. his verbis. *Neque tusses diuturnæ, quoniam vbi testis intumuit, & tumor testis, suborta tussi cessat.* Arguunt etiam illum consensum variæ mutationes quæ cōtingunt exertis testibus, & in principio vsus venerei; fit autem ille consensus per venas mammarias & epigastricas arterias, & neruos sextæ coniugationis. Et propter hunc consensum nonnulli in magna tussi adhibent fomenta testibus non sine magno emolumento.

In omnibus morbis pulmonum & fere totius pectoris nihil conducibilius quàm aëris qualitas conueniens pro varia morbi natura. Vociferationes omnibus fermè morbis pectoris noxiæ; in his namque fit distentio partium vt plurimùm dolorifica, tum partes affectæ quietem potiùs requirunt quàm motum. In omnibus morbis thoracis sternutamenta mala, quia exagitant & pulmonem lacerant, quem in quiete esse conueniret. De prognosticis ductis à sputo diximus libro progn.

Pulmonum ea est conformatio vt deglutiendo liquida multa possint, in trachœam arteriam per latera epiglottidis, vt experientia probatur ab Hipp. lib. de corde. Quare linctus præscribuntur, hyppoglosses quæ cum saliua dissolutæ possunt labi in trachœam arteriam. Trachœa arteria cuti externæ, interioris partis colli ferè contigua, potest tutò discindi inter duos annulos, quò aër per eã scissuram admittatur in summa difficultate respirationis, ab angina interiora proficiscentis. Quæ operatiò à Græcis laryngothomia appellatur.

Quòd si externa remedia cordis præscribũtur malis, pulmoni possunt etiã aptari, vt linimenta, fotus: licet musculorum respitationi dicatorum densitas mediocris multùm impediat: nihilominus per eam & costarum interstitia, aliquid opis porrigunt remedia. Mollis est pulmonum caro proindeque humida, alioqui calida temperie, & cordis vicinitate, proindeque putredini & vlceribus obnoxia, quæ prolapsum ex capite in pulmones plerumque habẽt causam. vnde sumitur indicatio reuulsionum & deriuationum. Sensu exiguo prædita est,

Morbi pectorales spectoratione curantur, licet purgantibus sit vtendum ad vacuandos humores redundantes qui sunt causa antecedens illorū morborum. Cauebimus autem ne aluus nimium fluat, nam fluxu nimio vires debilitarentur & supprimeretur expectoratio, & nō purgaretur materia morbifica: Neue cùm febris adsit, adeo aluus constipetur, vt febris augeatur. quare vtendum erit purgantibus benignis vt rhabarb. thamarind. manna, cassia, syrupo rosa. solu.

Quò vero expectorantia apposite adhibeantur intelligendum est supprimi expectorationem, aut debilitate facultatis motricis, animalis, aut doloris vehementia, aut humoris contumacia, aut bronchiorum obstructione. In primò casu corroborantibus cerebrum est vtendum in secundo, iam decriptis remediis dolorem sedantibus, quæ remollientia esse debent & laxantia, vt butyrum, cùm oleo amygdalarum dulcium. In postremis iis vtendum est, quæ expectorationē promouent, & infarctum tollunt. Ex pectorantia sunt varia pro varietate materiæ, aut ratione consistentiæ, quæ aut tenuis est aut crassa, aut viscida, licet in sputis crassities à visciditate vix possit separari. Tenuis materia quod expellentia vim eludat incrassanda est, crassa & viscida incidenda, & detergenda: Nam crassæ debetur incisio, siue attenuatio, quæ fit diuisione in partes minimas viscidæ detersio, quæ fit separatione à locis quibus inhæret. Incrassari possunt adstrictione per frigida, vt per aquam & adstringentia alia, aut admixtione crassæ substātię siccæ ex puluere aliquo, veluti boli armenę, boli communis, corallorum; aut additione lentæ alicuius

substantiæ

ſubſtantiæ frigidæ, vt mucilaginis ſeminis citon. Adſtringentia non conueniunt valdè, quod pectori ſint inimica ex Aphor. 24. l. 5. & craſſæ ſubſtantiæ medicamenta ſicca non ſunt etiam accommodata, nam inepta reddunt ſputa ad excretionem: ſiccum namque difficilè mouetur. Lenta ergo ſint oportet moderatè, quo incraſſando vim habeant admixtione ſubſtantiæ, lubricandi & incraſſandi ſine tenacitate. Talia ſunt calida & humida, vt paſſulæ, iuiubæ, dactyli, hordeum, amygdalæ & omnia dulcia. Admiſcentur etiam aliquando frigida, ſed cum calidis.

Hæc autem medicamenta aut dantur forma liquida vt looch. iulapia, ſyrupi, aut vt habeant in incraſſandi vim admixtione ſubſtantiæ ſolida, vt pilulæ, electuar. Liquida autem omnia fiant oportet, quo poſſint deerrare in trachœam arteriam per libera epiglotidis. Solida etiam adhibẽtur aliquando ſaccha. cand. formul. bechicæ, ob id quod cum ſaliua, ea fundi poſſe ſperemus, quare ſi os humeſcat ſola exhiberi poſſunt; ſi ſiccum ſit os, ſola liquida, aut mixta cum ſolidis traduntur. Craſſa & viſcida ſputa incidenda & detergenda, incidunt quæ tenuium ſunt partium, talia autem exiſtunt aut frigida aut calida. Cùm febris ad eſt, frigida exhibẽda, extra febrem, calida dari poſſunt. At frigida incidentia vt plurimum ſunt acetoſa, vt ſuccus citoniorum, granat. berber. arancior. acido limon. quæ tuſſim mouent, tum frigida pectori inimica. Talia expetimus pauca quantitate mixta cum medicamentis pectoralibus dulcibus. Nam leui aciditate irritando facultatem expultricem faciliùs excluduntur, quæ in pectore continentur. Quare

modo ne pus mouendo, vt in pleuritide noceāt quò possit expectoratio permota iuuari, iis vtendum, inimicitia deletur aliquo dulci admixto, vt in oximellite factitatum experimur; mel enim dulce & calidum, acetum cum aqua mixtum frigidum, mel detersorium est. Detergunt autem tenuia & quodammodo sicca, quorum alia sunt calida, vt amara & salsa.

Alia frigida, vt hordeum, & faba. calida sicca non conueniunt, quòd nimium exsiccando inepta reddant sputa ad motum. Praeterea amara aegris sunt ingrata, quare potius frigidis detersiuis est vtendum; miscenda potissimum frigida attenuantia cum calidis dulcibus detergentibus, vel frigidis, vt de oximellite dictum est.

In crassantia admixtione substantiae sunt passulae, amigdalae dulces, amylum, tragachantum, succus liquiritiae, pinea, papaueris succus, qui est frigidus; quare condensat duplici nomine, frigiditate scilicet moderata, & admixtione substantiae; eius syrupus habet eamdem facultatem, & magis conuenit affectibus thoracis propter saccharum admixtum. Incrassant etiam eadem ratione semen portulacae, lactucae, hordeatum, cremor prisanae: Moderate calida, vt sapa vini dulcis, cassia, manna, syrupus iuiubinus, violaceus. His possunt admisceri ea, quae vim habent corroborandi pectus, & ad partes pectorales deducendi, vt pulmo vulpis praeparatus, faenugraecum, succus caulium, praesertim viridium, aristolochia, capilus veneris, hysopus, cardamomum, liquiritis, praesertim crocus, & iris. Ex ijs poterimus praeparare looch, vel ecligma. Nam compositis diu seruatis non vtendum

censeo; mucum enim in officinis vetustate, & ingratum saporem contrahunt; Quare satius est recentibus gratis vti, quàm inueteratis rancidis. Gratia enim medicamentis comparanda si fieri possit, cùm ægri omnis generis medicamenta soleant respuere. Componendo ergo medicamenta illa, quæ methodo sunt inuenta, ratio consistentiæ summa est habenda, ad quam tota præparatio compositionis referenda tanquam medium ad finem, forma siue constentia looch est liquida vtcunque, & lenta. Quo posito, si decoctio fiat ex hordeo, vel ex folijs prassij odorati, hyssopi, capillarium, vngulæ cabalinæ, passulis, dactilis, pineis. Alia admisceri debent, quæ decoctum liquidum incrassare possunt admixtione substantiæ, ergo ad incrassandum decoctum illud dictum est tanquam materia looch

℞. sacchari penudati ℥ ß. amyli ʒ ij. diatragachanti frigidi ʒ ß. syrupi de papauere, aut violarum cum decocto prædicto an. q. s. ad consistentiam looch. Vel ℞. pulpæ iuiubarum ℥ ß. amyli ʒ ij. gummi tragachanti, & arabici an. ʒ j. syrupi violacei q. s. fiat looch ad incidendam materiam crassam, & viscidam pulmonibus adhærentem, & ad eamdem detergendam vtimur sequentibus. Incidentia quidem sunt iris, acetum, caulium viridium, succus, vinum album, & alia frigida superius descripta; decoctum marrubij, hyssopi, detergentia amygdale, mel, pinea, ficus decoctum hordei, saccharum, liquiritia, medullæ seminum frigidorum, bombicis, & similia. Ex his mixtis parantur compositiones, vt si sit

detergendum, & incidendum oximellitis q. s. vtatur sæpe. vel ℞. pineorum, amigdalarum mundatarum añ. ℥ ß. ficus numero iiij. pulpæ passularum, & iuiubarum añ. ℥ ij. penidiorum ℥ j. iuris caulium viridium q.s. fiat looch vtatur cum baculo liquiritiæ, aut cocleari. Vel ℞. pulpæ passularum ℥ j. mucilaginis ficuum extractæ in decocto hordei ℥ ß. enulæ campanæ siccæ temperatæ ʒ j. specierum diaireos ʒ j. ß. cum syrupo de liquiritia, fiat looch, vt superiùs dictum est, quo vtatur sæpe.

Et quia in morbis pectoris summa sæpè contingit respirandi difficultas, remedia ad illud symptoma efficacissima sunt. Applicentur cucurbitulæ lumborum regioni paulò supra renes, quo diaphragma peruenit, & pulmonis portio, quòd humores ascendentes ad tracheam arteriam promptissimè retrahant, oportet autem vt æger sedeat, ℞. aquæ hordei ℥ iij. sacchari ℥ j. croci g̃ iiij. misceantur, contineat parum ore, ℞. oximellitis ℥ ij. gummi ammoniaci ℈ j. croci g̃ iij. capiat. Conueniunt ligaturæ, & frictiones extremitatum m̃. j. millepedum infundatur nodo inclusus, in vino albo exprimatur, & dentur guttæ iij. aut iiij. olei sulphuris dati cum iusculo mire conferunt. Præstantissimum etiam est, ℞. mannæ calabrinæ ℥ ij. syrupi capillorum veneris ℥ ij. ß. aquæ tussilaginis, aut alteriùs pectoralis quantitatẽ sufficientem, capiat cum cocleari. præstantius fit ex aqua vitæ, melle, & anizo destillatis simul. Ex eo datur coclear. ℞. asellorum sub hydrijs nascentium ℥ xviij. in vas fictile conijcito, & ad prunas dealbatos terito, melle coctis accipito, & ante cibum

dato ʒ v. Ad ſputum prouocandum ℞. aquæ vitæ rectificatæ ℔ ß. mellis ℥ iiij. miſceantur, deinde reſideat, poſtea colentur.

Ad affectus pulmonum calidos, ℞. liquiritiæ raſæ & parum contuſæ ℥ j. radicis conſolidæ maioris ℥ ß. endiuiæ, ſcariolæ, borrhaginis, bugloſſæ, pini, pinellæ, capillorum veneris, cicorij an. m̄. j. vngulæ caballinæ m̄. ß. ſeminum maluarũ, bombacis, quatuor ſeminum frigidorum maiorum, endiuiæ, & portulacæ an. ʒ ij. papaueris albi ʒ j ß prunorum dulcium, paſſularum mũdatarum, iuiubarũ ſebeſten. an. p. ij. trium florum cordialium an. p. j. fiat decoctio, in collatura. ℔. j. ß. diſſoue ſacchar. ℥ iij aromatiſetur ʒ j. ß. pulueris aromatici roſati, adde ſyrupi de lactuca ℥ iij. fiant tres doſes, capiat. ad affectus pulmonum frigidos quando in his affectibus leuis & nonnunquam ferina eſt diſtillatio in partes pectorales. Langius incraſſans remedium tale præſcribit, ℞. vngulæ cabalinæ, florũ nympheæ, anthos an. m̄. j. endiuiæ, aniſi, liquiritiæ ʒ ß hordei, paſſularũ an. m̄ ß. radicum ireos ʒ j. ß. decoquantur in ℔. iij. aquæ fontis ad tertiæ partis conſumptionem. In collatura adde ſacchari candi. ℥ ij. decoquantur rurſus & clarificentur, capiat lambendo in cocleari, ℞. boli armeni ʒ ij ſpodii vel ſandali rubri ℈ j. diarhodij in forma ſolida ʒ ij. miſce cum ſyrupo de nenuphare ſ. q. fiant pillulæ, capiat vnam ad magnitudinem auellanæ, teneat in ore donec fundatur. ℞. liquiritiæ raſæ parum contuſæ ℥ ß. radicis cardui fulonum ℥ j. radic. enulæ campanæ ℥ j. ß. praſſij, tuſſilaginis cum radice borraginis, bugloſſæ cum toto, herbarum capillarium, bethonicæ an. m̄. j. ſummita-

tum thymi m̃. ß. ſeminum vrticæ, fœniculi, & aniſi an̄ ℥ ij. ſeminis maluæ, bombacis an̄. ℥ j. ß. cicerum rubeorum, prunorum dulcium, & paſſularum an̄. p. j. dactylorum, & ficuum pinguium an̄. p. iij. florum roriſmarini, ſtecados an̄. p. j. trium florum cordialium an̄. p. 1. ß. fiat decoctio in aqua hordei in collaturæ ℔ j. ß. diſſolue ſacchari candi ℥ j. ß. ſacchari penidiati ℥ ij. clarificentur, & aromatizentur ʒ ij. pulueris diaireos ſimplicis, cinnamomi electi ʒ j. ß. adde ſyrupi capillorum veneris ℥ ij. ad expectorationem maxime confert ſyrupus ſequens, ℞. tuſſilaginis recentis m̃ vj. capill. veneris m̃. ij. hyſſopi ſiccæ m̃ j. glycyrrhizæ contuſæ ℥ ij. coquantur in aquæ pluuiæ, expreſſo clarificato, & colato, adde ſacchari albi ℔ iij. coquantur in ſyrupum.

De angina. CAP. II.

ANGINAM ſignificat in vniuerſum difficultas reſpirandi nullo exiſtente vitio in pulmonibus, vel in thorace, compreſſionis ſenſus, in gutture difficultas deglutiendi cum febre continua.

A ſanguine pendere ſignificant facies rubore perfuſa, oculi rubicundi, lingua rubeſcens ſapore dulci perfuſa, dolor tenſiuus faucium.

Bilem redundare denotant inflammatio magna, ſitis vehemens, dolor gutturis pungens, amaror, ſiccitas linguæ bile tinctæ. In hoc affectu, vt in ſuperiori inflammatio magis occupat internas partes laringis ob materiæ tenuitatem, qua faciliùs penetrat ad illas.

Si à pituita pendeat, ſapor percipitur aut ſalſus

à pituita salsa, aut dulcis & insipidus; humores viscidi ore contenti, color linguæ albicans, sitis parua aut nulla, leuis inflammatio.

Succum melancholicum detegunt durities tumoris, sapor acetosus: quæ duæ causæ raro apparent in partibus fauciũ interioribus ob crassitiẽ materiæ.

Est & alia species anginæ à luxata colli vertebra intrò versus, quam ostendit colli cauitas in ea parte, qua vertebra luxata est. Verùm ab apparentia, vel occultatione tumoris sumitur coniectura quædam externæ, vel internæ anginæ, sed illa coniectura est leuis.

Magnitudinem anginæ, patefaciunt magna difficultas respirationis, & degluriendi exclusio, potus per nares, ortopnæa, linguæ exertio, spuma ore prodiens, oculorum ad exteriora prominentia. Magna est si sputa fuerint subarida multam tussim mouentia cum lateris dolore, difficili expiratione propter magnam vim compressionis. Mitis erit, si cita, & facilis fuerit materiæ benignæ expectoratio.

Acutus est morbus, eóque acutior, quo maior & malignior. Illa extremè acuta est, quæ nec in ceruice, nec in collo quidquam edit conspicuum, cum difficili spiritu; minùs est acuta, si in ceruice tumor adest, aut in pectore, & quo magis materia fertur foras, eo creditur tardior, & mitior.

Prędictio in angina, aut spectat ad salutem, aut ad mortem, aut ad translationẽ materiæ in aliam partem. Nulla fere angina periculo vacat, & quo maior & malignior, eo periculosior existimatur. Ea quæ à laxata colli vertebra ortum ducit, quia non potest illa vertebra reponi in suum

locum desperata est. Angina est partium gutturis inflammatio, ergo oportet tumores primum apparere aut in ceruice, aut in faucibus manifestos. Si non appareant, nulla præcedente dissipatione, aut excretione materiæ, aut eiusdem translatione in aliam partem: si strangulatus adsit fortis, mors aduenit eo ipso die, quòd fiat ab humore tenui calidissimo musculos laryngis internos occupante. Si primùm euaserint diem, tertio moriuntur, quocirca vera est Hippocratis sententia Coac. progno. *Ea demum angina, quæ nec in ceruice, nec in faucibus quidquam manifestũ exhibet, sed fortem, & magnũ strangulatum infert, eodem die, aut tertio interimit, quæ verò (ait idem) similiter vt illæ sunt dolorificæ, nimirum cum strangulatu forti, & difficultate respirationis, sed intumecunt, ruboremque faucibus inferunt, pestiferæ quidem admodum*; nempe propter illa grauia incõmoda, & respirationis symptomata, *sed longiores prædictis*, quòd scilicet multo sputo purulento, & materiæ morbũ committentis translatione ad ceruicem, & ad pectus, multi anginosi periculo liberãtur. Adde quòd remedijs facilior locus relinquatur, maiorque inde salutis spes eluceat. *At verò quibus vnà rubent fauces ceruix, & pectus* non per ἐπιγένεσιν, sed per μετάστασιν scilicet per expulsionem, & translationem materiæ intus, foras: *longiores quidẽ sunt* propter eam translationẽ, *maximeq; ex ijs euadunt, nisi rubores intrò recurrant*. Nam omnis palindrome siue recursus materiæ mortificæ, quæ fit foris intrò, malus est. *Si verò synanche faucium euanescat nullo erisipelate foris, aut excreato pure, facile, & indolenter, nec diebus criticis mortifera est cum forti strangulatu* per transla-

translationem humoris è faucibus ad laryngem, quo intrò recessu spes in angusto est. Quod autem sperari potest, existit translatio materiæ in pulmones,& in empyema ex Aph. Hipp. 10. lib. 5. & etiam ex Coac.cap. de angina. Ait enim, *qui anginæ periculo defunguntur, ijs conuertitur ad pulmones, & intra septem dies emoriuntur, quos si euaserint purulenti fiunt.* Cognoscitur autem conuersio intro ad pectus, cùm angina euanescente, pectus opprimitur, ac difficiliùs spirat æger. *quibus à forti strangulatu repentè stercus excernitur per aluum, desperatio est.* Repentina illa excretio contingit ex compressione diaphragmatis, & musculorum abdominis ob difficilem respirationem, accedente infirmitate retentricis facultatis, ex quibus cita mors prædici potest. Deficienti enim respirationi adiungitur facultatis naturalis labefactatio, vnde mors consequitur. *Anginosi in lingua tumores clam euanescentes,* id est, sine expurgatione propria, quæ fit excreatu, aut translatione materiæ intus, foras, aut citra remediorum conuenientium vsum, *mortiferi,* quòd facta sit translatio, & palyndrome in laryngem, vnde vehemens nascitur strangulatus, & difficultas respirationis, quibus symptomatis nihil peius ad ægri perniciem fingi potest. *Eodem pacto dolores sine causa sedati, mortem subesse testantur.* Nam symptomata mala, quæ sine ratione quiescunt, mortifera sunt. fit autem hoc, quia mens laborat, & sensus deperditur in parte affecta vnde licet dolendi causa adsit, tamen dolorem non percipiunt. *Inter anginosos qui cocta citò non expuunt desperati,* quòd in morbis acutissimis, aut cita mors eueniat, aut læta victoria: quare cùm angina sit morbus peracutissimus in eo de-

bent cocta citò expui : si secus contigerit, mors est in procinctu respirationis difficultate, aut priuatione, cuius vsu ne momento quidem temporis carere possumus. *In angina qui sine causa prorepunt ad caput dolores cum febre*, id sine leuatione doloris gutturis, strangulatus, & ortopnææ, superstite nimirum priore foco, prorumpunt ad caput dolores, cum febre delato; & compulso ad cerebrum humore morbifico per venas iugulares & arterias carotidas, à quo excitatur febris per inflammationem, manente semper, aut variè increscente angina, *hi sunt desperatæ salutis.* Nam morbus acutus acuto non tantum succedit, sed cum illo permanet; tum quò plures partes in vitio sunt, eo res ægri peiores sunt loco. Si illa contigerint cessante angina in bonis duci possunt. *Ex angina sputa glutinosa, crassa, multum alba, vi expurgata malum. Atque omnis pepasmus eiusmodi malus.* Nam omnis materia cocta est æqualis, nulla glutinosa est æqualis, ergò nulla glutinosa cocta: & quæ multum crassa est, incocta etiam censetur, alterata tamen est, quod verò alba sit, significat incruditatem pituitæ puræ, quare hæc alteratio sputi pepasmus dicitur malus, quippe non est perfectus. Quod autem vi expurgetur, significatur debilitas facultatis expultricis, siue motricis voluntariæ, quod signum malum est. *Ex angina subarida sputa, crebra, tußifera, dolorifica costis, mortifera*, quoniam hæc symptomata significant malum pepasmum, facultatis irritationem à copia maligni humoris, à qua irritatione sæpius repetita, debilitatur facultas, vnde desperata salus: *quinetiam expotione tußis expressa*,

omnisque violenta deglutitio pestifera, interceptione ductus cibi, & potus, ex qua maior fit strangulatus, & respirandi difficultas, quæ mortifera sunt. Angina minus acuta salutaris esse solet, & in qua liberalis est expectoratio spes est ægrum euasurum. Atque hæc pertinent ad mortem vel salutem in angina prædicendam.

Conuertitur verò angina in capitis dolorem, in dolores crurum, & in dolorem hypocundriorum. Conuersio in dolorem capitis fit duobus modis, primò cessante angina, & tunc in bonis duci potest. Secundò nihil concedente, aut cessante faucium inflammatione, quod exitiosum est: omnis enim epigenesis materiæ morbificæ damnatur. Idcircò inquit Hipp. in Coac. *In angina sine signis in capitis doloris conuersio cum febre., lethalis.* Nonnumquam conuertitur in dolores crurum cum febre remanente, quod si sit anginæ remedio, bonum est: si verum ægrum angeat, incomodis malũ. Quare Hipp. ait, *Jn anginá dolores in crura incumbentes cum febre, lætales*; siquidem id contingat, sine bonis signis, quibus ostendatur materiæ committentis anginam, perfecta translatio. Plerúmque etiam solet mutari angina in dolorem hypochondriorum cum impotentia, & torpore, tuncque insidiosè occidit, licet ægri moderatè se habere videantur, vt scribit Hipp. loco citato. Nã omnis translatio humoris morbifici, quæ fit per epigenesim, superstite nẽpe priore foco, & morbo, adhuc vigente mala est, significat enim materiæ morbificæ copiã, & partis expellentis imbecillitatem, potest enim pares affecta portionẽ oneris extrudere nõ tamẽ totã, vnde propagatio morb. seq. & incremẽtũ

Poteſt etiam transferri in pectus, de qua tranſlatione ſuperius diximus.

Viribus conſtantibus ſanguis eſt detrahendus ad deriuationem è varijs partibus, & reuulſionem. Quidam exiſtimant in magna repletione primo detrahendum ſanguinem è venis tibiæ, vel pedis: deinde ex baſilica, vel cephalica. horum opinio ex eo refelli poteſt, quod è venis inferioribus detractus non poteſt reuellere à laryngis partibus, niſi tarde & conſequutione quadam, at ſi è baſilica, aut cephalica ducatur, quia magis communicẽt, aptior fit euacuatio per deriuationem. Non negamus tamen in angina aliquando, ducendum ſanguinem è venis inferiorum partium, ſed non ratione quantitatis, & magnitudinis plethoræ.

Verùm ex Tralliani decreto vbi muliebris angina naſcitur ex retentis menſibus, aut ſi hæmorrhoidum ſuppreſſione contigerit, venæ poterunt inferiores tundi ad reuulſionem.

Ambigunt multi, an cephalica, aut baſilica ſit aperienda. Quò hæc difficultas ſoluatur, aduertendum eſt anatomicorum conſenſu venas, muſculorum laryngis ab externa iugulari ortum ducere, hanc verò à trunco magno axillari naſci cum cephalica, & baſilica, quare vtramuis percuſſeris, ſemper iuuabis: licet ſit opinio multorum in partium ſuperiorum affectibus internis, vtiliùs baſilicam tundi, in externis cephalicam. Admonent nos interim authores, ne in detrahendo ſanguine audaciores ſimus, quàm par ſit. Nam cùm angina correpti nihil, aut parum alimenti ſumere poſſint, viriũ maxima eſt habẽda ratio. Quocirca cenſent, vt ſæpius repetatur, quàm vt ſemel magna copia cele-

bretur. Verùm hæc nō ſunt exercitationis iudicialis, ſed particularis iudicij. *Neque conuenit* (inquit Ætius) *anguſtiorem habere venæ ſectionem, ne ſanguis velut percoletur, & craßior eius pars intus remaneat.*

Cùm vero angina tumor ſit præter naturam. In tumoribus autem illis, vt in reliquis morbis quatuor obſeruentur tempora, tempus fluxionis, materiæ ſuppuratio perfecta, & illud quod ſequitur ſuppurationem. In primo competunt repercutientia: in ſecundo diſcutientia. Verùm quia ſemper adeſt aliquis motus fluxionis, oportet ſemper diſcutientibus admiſcere repercutientia, ſiquidem poſſet diſſolui, nam diſſolutio eſt potior ſuppuratione, & ægro vtilior. Diſſoluendo verò aduertendum eſt, ne tenuis pars humoris præter naturam diſcutiatur, craſſa remanente, quare leuiora ſint diſcutientis oportet. Vt diſſipando leuiter videndum num natura vergat ad ſuppurationem, quod dignoſcitur ex febris, & doloris incremento. Ait enim Hipp. *dum pus fit, dolores & febres accenduntur magis, quam cùm factum:* Tum ex ſpecie materiæ, bilis enim facilè diſſoluitur; poſt illam ſanguis, rarò pituita, niſi tenuis fuerit, numquam ferè ſuccus melancholicus. ſuppurat omnium facilè ſanguis, quare ad ſuppurandum omnes alias materias ſanguis à peritis chirurgis trahitur ad locū affectum, ergò eodem, tempore quo ſanguis detrahitur, & in principio imflammationis gargariſmata repercutientia exhibenda ſunt. vt oxicratum, & plantaginis aqua, aut alterius ſimilis, mixta cum melle roſaceo aut diamoro. vel fiat decoctio ex medicamentis aſtringentibus frigidis, plantagine, pentaphilo, & centinodia. Gargariſma ex decocto Iacobeæ ſiue

ſenecionis Iacobeæ, mirè confert ex Pena, habet enim vim aſtringentem, diſcuſſoriam in quo ad ſufficientem quantitatem diſſoluatur ſyrupi myrthillorum, & cythoniorum. ana ℥ ij. quo vtatur ſæpiſſimè ad repellendum humorem ad partem confluentem. Multa à Gal. lib. 6. de medicamentis ſecundum loca, hac de re ex veterum ſententia ſunt deſcripta.

Deinde aperiendæ ſunt venæ ſub lingua. Nonnulli verò cenſent non eſſe illas aperiendas, niſi fluxione conſiſtente. Tamen authoritas clariſſimorum virorum, & ratio huic opinioni reluctatur. Alexander enim ſcribit, *eas quoque venas incidere conuenit, quæ ſub lingua ſunt, neque multum differendum, ſed eodem die id facito, aut ſaltem ſequenti.* Id quod etiam legitur quarto de victus ratione: tum lib. de curatione per ſanguinis miſſionē. Ratione etiam comprobatur; nam cum ex anatomica hiſtoria venæ ſub lingua originem trahant à iugulari externa, à qua etiam ducuntur illæ, quæ inſeruntur muſculis ſub lingua; ſanguis qui detrahitur ex Hyppogotridibus efficiet deriuationem, aut reuulſionem. Adde quod eo auxilio partes interiores oris, quæ defluxu humoris tument, euacuabuntur.

Cucurbitulæ affixæ humeris cum ſcarificatione iuuant ad reuellendum: Item clyſteres clementes oportet exhibere redundante ſanguine, aut bile: fortiores verò craſſis dominantibus ſuccis, in quibus Hollelius laudat hyeram, picram, quæ ad præcautionem huius calamitoſi morbi Romæ fuit probata, quo tempore multi angina ſuffocabantur. Repetatur autē ſæpius clyſter, quòd angina omnis alui profluuium deſideret, ex doctiſſimo Dureto,

tum quia non liceat ad votum purgare per superiora. At in morbis pectoralibus fluxus alui timendus ex iam dictis. Respondemus anginam propriè non esse morbum pectoralem: secundo intelligi illam sententiam in principio fluxionis ad reuulsionem postquam videbitur repressa quodammodo fluxio remedijs supradictis adduntur discutientia. Tandemque resoluentia sola non tantùm internis gutturis partibus, sed externis.

Si tumoris suppuratio sit iuuanda, gargarismata fiant suppurantia, tum etiam cataplasmata foris adhibenda; oportet autem semper admiscere pectoralia, & detergentia ratione sputorum, vt, ℞ liquiritiæ rasæ ℥iij. mellis rosati ℥j. aquæ capillorum veneris q. s. coquantur ad crassitudinem mediocrem, ex collatura fiat gargarisma, ℞. amigdalarum mundatarum ℥ iiij. ficus n. 4. bdellij mollis ʒ ß. sacchari candi, & succi porrorum in vase duplici dissolutorum, & coctorum ad syrupi consistentiam q. s. liquiritiæ ʒ ij. vtatur. ℞. carabæ paludatæ ʒ ij. fiat suffumigium, quod excipiatur cum emboto. Vel ℞. ficuum pinguium ℥ iij. Hyssopi pug. ij. fiat decoctio ex colatura os colluatur. Vel ℞. radicum liliorum, althææ añ ℥ iiij. ficus pingues, n. xij. coquantur in s. q. aquæ, pistentur addendo buthyri recẽtis ℥iij. farinę lini ℔ß, olei liliorũ q. s. ad cõsistentiã cataplasmatis, gutturi externo applicetur, aut fiat cataplasma ex mica panis & lacte, parentur discutientia gargarismatis ex medicamentis discutientibus; inter quæ apprimè laudatur puluis indi hyrũdinum: stercus verò album canis cribratum, & mixtum cum melle ad instar looch, si degluriatur optimũ est remedium, vt Galenus scribit ex Musa lib. 6. secundum loca.

Quando maturuit aperienda eſt ferro, aut alio inſtrumento, quo pus excludatur: deinde oportet detergere vlcus proprijs medicamentis. Aliquando tanta eſt ſuffocatio vt neceſſum ſit, cucurbitulas apponere ſub mento, aut applicare maxillis, & ſuturæ coronali. Rhaſis vtitur ſynapiſmo initio ceruicis, & gargariſmatis acrioribus cùm materia craſſior eſt, vt hydromellite, in quo coxerint radices gentianæ, aut cucumeris aſinini, aut iridis. hoc caſu crudus tumor rumpitur quo poſſumus artificio. Beneuenius doctor medicus iuſſit cuidam locum affectum altioribus plagis, ſub ipſis maxillis ex trinſeſe, ac ſupra locum etiam ſcarificari, ex quo cùm ſanis multa prærupiſſet, adeò morbus ſedatus eſt, vt æger conualuerit Hollelius recenſet hiſtoriam, ægri qui iuſſit ſibi gurgulionis finem abſente medico, & inſcio abſcindi, cùm iam ſuffocaretur, & ſanatus eſt. Hinc ita licet argumentari, ſi forte fortuna ille ſeruatus fuit, qui curabitur artificio tutius euadere poterit. Dominus Iulianus Laurentius domini Andrææ medici regij frater, paſſus eſt vlcus tracheam arteriam perforans ſpatio multorum annorum ſine vllo incommodo, quare laryngotomiam non ſpernimus, cum multi authores graues hoc remedij genus fuerint fœliciter experti; huius faciendæ modus legitur apud Paulum Æginetam cap. 33. lib. 6.

De pleuritide ſeu dolore lateris, CAP. III.

LATVS communi appellatione eſt tota coſtarum regio dextra & ſiniſtra, à clauibus ad hypochõdria. Lateris ergo dolor dicitur à parte quã occupat

occupat & à symptomate. Is multiplex est: alius namque generis appellationem retinet, & lateris dolor appellatur; Alius simpliciter pleuritis à parte affecta. Est namque vera pleuritis inflammatio membranæ costas succingentis, pleura appellatæ. Quæ quidem detegitur lateris dolore spunctorio, quo distinguitur à peripneumonia, febre cõtinua, tussi, & respirationis difficultate, & pulsu duro. Pungitur pleura ab humore illi infixo. febris producitur symptomatica ob vicinitatem cordis, tussis pendet à molestia humoris solicitantis, & stimulantis partem, affectam ad expulsionem. Difficultas respirationis nascitur à læsione spiritalium instrumentorum: duricies pulsus manat à membranæ affectu inflammatorio.

Pleuritis nota febrem vt plurimum non habet comitem, vt quæ ortum ducat à flatibus, qui è parte in partem facilè mutantur.

Vera pleuritis, licet sit semper affectio pleuræ, tamen, ratione situs; & loci materiæ dicitur aut interna, idest, impacta pleuræ, aut externa, quæ est in musculis intercostalibus.

In ea quæ est interna, præsertim cum ingens fuerit, ægri non possunt decumbere in latus aduersum, quia inflammatio pendula, distentione dolorem auget. In externa verò non possunt cubare in latus affectum, & contactum externum ægrè ferunt.

Potest etiam concipi pleuritis aut in superiore parte pectoris, in qua dolor pertingit ad clauiculas, aut in inferiore in qua ád diaphragma porrigitur. Duretus doctissimus comm. in primum aph. cap. de pleuritide Coacarum prognos. aliam in-

ſtituit diuiſionem pleuritidis ductam à venis per quas concitatur fluxio, nimirum intercoſtali, mammaria. Azygo & thoracica. Harum ratione pleuritis dicitur ſuperior, inferior, antica, poſtica, & dorſalis.

Pleuritis alia eſt primaria, alia alteri morbo ſuccedit:& ratione materiæ diuiditur in ſanguineam, & bilioſam:nam à pituita, & ſucco melancholico rarò naſci ſolet. Inquit enim Hipp. in aph. 33. lib. 6. *qui acidum eructant rarò pleuritide tentantur*. Hi autem ſunt melancholici, & pituitoſi, qui quidem duo humores ſunt craſſi: quare ægrè poſſunt delabi in locum in quo pleuritis fit, & concipitur.

Diuiditur etiam pleuritis, vt & multi alij morbi;in ſiccam,in qua nihil expuitur: & in humidam, in qua expectoratur aliquid.

Item in pleuritidem dextri,& ſiniſtri lateris. Hæ diuiſiones faciunt partim ad remediorum applicationem: partim ad prædictionem, vt paulo poſt dicetur: quocirca logicæ diuiſiones dici non debent.

Signa materiæ morbificæ vt plurimum trahuntur à ſputis, quia ſputa ſunt ſigna epigenomena, ſiue ſymptomata poſt morbi ſpeciem nata,in pleuritide,nec ſtatim apparent. In principio itaque venari conuenit indicia ex alijs, nimirum, ætatæ, temperamento,excrementis alui, vrinis, victus ratione,anni tempore, & alijs, vt ex febris ſpecie, & eius accidentibus.

Magnitudo huius affectus ducitur ex magnitudine doloris febris, & difficultatis reſpirationis Gal. lib. de conſtitut. artis, pleuritidem magnam

esse scribit, quæ & clauiculæ,& diaphragmati dolorem communicat.

Mos eius dignoscitur ex epigenomenis, quæ consistunt potissimùm in sputi colore, odore, & consistentia, de quibus egimus cap. de sputis in prognosticis, Stillicidium sanguinis in pleuritide malignitatis signum est. Significat enim irritationem naturæ non potentis expellere id totum quod noxium est, propter eius malignitatem. Item *bulla sublivida initio morbi in lingua nata, qualis à ferro in oleo intincto*, in Coacis prænot. *Si molles fuerint dolores in principio, quinto verò, vel sexto die exacerbantur, pleuritis maligna est.* Significatur enim fluxio noua, quam vires debiles ferre non possunt.

Motus signa in specie petuntur à gradu magnitudinis,& malignitatis: quo enim morbi sunt maiores, & maligniores, eo sunt breuiores, & acutiores,ab exortu sputi, nam quo citiùs sputa prodeunt, eo citiùs morbus finitur. Scribit enim Hippo. aph. 12. lib.1.*In pleuritide si statim initio sputum appareat, breuem ferè denunciat. Si verò posterius, longam. Huius etiam consideranda coctio & cruditas.*

Signa salutis sunt facilitas expectorationis, quæ contingit robore facultatis motricis, & materiæ sputi præparatione, & ductuum libertate: tum expectorationis celeritas: denique mixtio sputi ex flauo & purulento, quæ significant robur naturæ pellentis,coquẽtis,& miscentis,ex prognost. & Coac.

Pleuritides biliosæ, & sanguineæ simul maximè sunt salutares, quòd hæ materiæ facilè à natura

ſubiugantur,& expellantur ſubactæ:*taleſque vt plurimum nono, aut vndeſimo die iudicantur*, ex Hippocrate.

Quibus pleuriticis initio interior pars linguæ intro ſuffuſa eſt, ſeptimo die indicantur. Quibus autem tertio, aut quarto, ad nonum circiter. Lingua verò bile tincta, bilioſam eſſe pleuritidem oſtēdit, atque ideo acutam, & celerem.

Gal. comm. 3. ad vlt. ſentent. lib. 6. epidemion, ſcribit *moderatiſſimas eſſe pluritides in quibus cruentum expuitur*, ob materiæ benignitatem.

Nonnunquam pleuritis ſolutione finitur, per inſenſilem perſpirationem, nulla facta tranſlatione materiæ morbificæ in aliam partem: cuins ſigna exiſtunt virium robur, tenuitas materiæ, loci affecti raritas, vt in gracilibus, dolor externus muſculis infixus; doloris imminutio citra expectorationem, reliquorúmque ſymptomatum, nullo ſuborto malo.

Sputum in pleuriticis, ſiquidem tertio die incipiat coqui vtqunque album, expuique celerius abſoluitur morbus: ſi verò poſt diem tertium, tardiùs: ex Coac. Conuertitur nonnunquam pleuritis in empyema, cuius conuerſionis ſigna à materiæ quantitate, & tempore deſcribuntur ab Hip. in aph. 8. lib. 5. & in Coac. prænotionibus, cum inquit, *Pleuritici qui 14. die non repurgantur ſupernè, fiunt empÿ.*

Et quibus in principio morbi pleuriticis ſputationes totæ purulentæ fiunt, ſi quintum diem euaſerint, nec tamē multo lenius habeant ſeptimo, aut nono, purulenti fieri incipiūt. Dixit autem, ſi quintum diem euaſerint: nam in ſuperiore ſententiæ parte dixerat, *quibus pleuriticis initio totæ ſputationes purulentæ ſunt, hi vt plurimum tertio,*

aut quinto die moriuntur, ob vehementem humorum corruptionem quæ parit malignitatem, ex qua mors ſequitur.

Commutatur etiam in peripneumoniam ex aph. 11. lib. 7. tranſlata materia è loco priore in pulmones, ibíque inflammationem cõmittente, quæ cognoſcitur priuatione doloris pungentis in latere, præſentia doloris grauantis in pulmone, quæ trãſlatio funeſta eſt: cũ morbus acutus ſuccedens acuto ſit læthalis.

Phthiſis poteſt pleuritidi ſuccedere, ſiquidem praua ſit pleuritis, in qua abſceſſus ruptus ſit, indéque natum empyema: cùm enim diu æger ſaniem excrearit, iámque quadraginta dies exceſſerit: tranſitu ſaniei virulentæ per pulmonem, exulceratur pulmo, vnde phthiſis.

Quibus pleuriticis ſupra aures excitatur rubor, ita vt ſit parotidis metus, *& ſimiliter incaleſcunt, ventérque turbatur bilioſis excrementis, & grauiter olentibus*, à putredine, *vigeſimo, aut quadrageſimo die periclitantur*, facta epigene ſi materiæ morbificæ ad caput, tum ad aluum, ſuperſtite priore foco, ideſt, empyemate: ſuperſtes autem eſt empyema ob perennem materiæ morbificæ generationem. *At ſi diem quadrageſimum ſuperauerint, ſeruantur.*

Siccæ pleuritides, inquit Hipp. *& ſputi expertes, grauiſsimæ*: ſputi quidem expertes dicuntur quando debent illius eſſe participes, non in principio, ſed in alijs temporibus: ſunt autem ſiccæ, aut quia cruda eſt materia, & firmiter partibus impacta, vel tenuis: aut quia pleuriticus eſt puſillanimus, qui metu doloris acerbioris, non audet commouere thoracem ad promouendum ſputum: aut quia mo-

trix animalis infirma est. Sunt autem grauissimæ, quæ propter cruditatem tales existunt: grauiores quæ à debili facultate motrice ortum ducunt. Cardiacis autem remedijs animus pusillanimi potest facilè excitari: viscida materia extenuari, tenuis incrassari. At facultas animalis ægrè restitui potest. Ratio autem periculi est, quia à suppressione, aut vacuitate sputi fit maior tensio, & repletio, à qua augetur respirandi difficultas quæ auget contumaciam humoris expurgandi.

Spes tamen nonnunquam videtur elucere ex permutatione in alios morbos, vt in abscessus partium extremarum. Nam si fiat mutatio in peripneumoniá, & in parotidas, periculum vitare potest æger ad tempus, non tamen euadere.

Terrificæ sunt pleuritides in quibus dolorifica sursum sublata sunt mala, idest, symptomata nobilissimarum partium vicinarũ, tum metu successionis, & transmutationis in phrenitidem, quæ funesta esse solet.

Corpora densa, & coacta celerius à pleuritide, & peripneumonia intereunt quàm quæ perspirabilia sunt. Nam magna commoditas exoluendæ pleuritidis, & peripneumoniæ consistit in expiratione corporis rari, & meabilis. Non tantùm hoc animaduertendum in his morbis, sed ferè in omnibus. Quamobrem Hipp. in aph. 44. l. 2. pronuntiauit *natura crassos & obesos citiùs interire quàm graciles*, perspirationis priuatione.

Subliuida bulla in lingua intumescens qualis est ferri candentis in oleum immersi, difficulter exolutum iri morbum ostendit. Atque ipsa crisis 14 die venit, ac fere sanguis expuitur. Hac bulla significatur humorum feruor,

& quia subliuida est, feruore mutatur in atram bilem, quæ difficiles morbos parit, & sæuos: & quia crassus, retardatur crisis: nec potest fere nisi funesta in malignitate humorum esse, quorum dominatur, tenetur corpus.

Inter pleuriticos quibus initio variæ sunt exputationes secundo, tertio die, aut quinto moriuntur. Varias intelligit Hipp. colore, & consistentia, vt cruentas, liuidas, flauas, nigras, fœtidas, quæ in principio morbi nascuntur ex ruptione venæ in qua continebantur tales humores qui effusi separantur, & distinguntur. Moriuntur autem citò ob diuersas causas. Nam cruditas, & corruptio materiæ sputi varietate significatur. At illa sunt desperatæ salutis. Adde quod adest significatio diuersorum affectuum: natura autem pluribus vincendis par esse non potest. Ad perniciem etiam ægri faciunt febris maligna, & summa respirationis difficultas. *Si verò excesserint hos dies, necdum illis sit melius, septimo aut nono aut decimo incipiūt suppurari.* Suppuratio quippe fit rupta vomica illa, & effuso pure per pacitatem thoracis, ex quo tabes oritur: nisi pus intra quadraginta dies ab eruptione repurgetur, vt explicauimus capite de empyemate.

In vniuersum, si ad desperationem curationis per priuationem anacatharseos, & expectorationis accesserint signa trium principum facultatum, collapsarum, nulla superest spes salutis. *Atqui quibus pleuriticis multum in pectore sputum perstrepit, vnaque facies est plena mœroris, & oculus icteritius atque caliginosus sunt eiusmodi.* Ergo tales moriuntur.

Minor probatur, nam ijs quibus in pectore multum sputum perstrepit, nulla adest expectoratio, quod sputi materia ferueat,& agitetur tantùm,non excludatur. Hoc autem incommodum pendet ex facultatis animalis debilitate, cuius est officium mouere musculos respiratorios ad expectorationem. Item facies plena mœroris nimirum cadauerosa à dissipato calore natiuo, & oculus ictéritius, & caliginosus à bile quæ toto corpori dominatur,& ardet: tum à deperdito nitore,propter extinctionem caloris,& spirituum à quibus oculi nitent: quæ omnia significant collapsionem, & interitum omnium principum facultatum. Ergo, *quibuscunque pleuriticis, &c.* Potest etiam curari pleuritis & peripneumonia facta trāslatione & metastasi ad ductus vrinæ, & ad intestina. Eas translationes sæpius conspeximus. Prima ex Gal. fit per metastasin in venam arteriosam, à qua fertur per sinistrum cordis ventriculum in arteriam magnam: & hinc in arterias emulgētes. Secūda verò per easdem arterias in lienem, & à liene deponitur sanguis in intestina, per venam splenicam, & hæmorrhoidalem. Quærit Veiga cur pus non feratur per dextrum ventriculum cordis. Respondet quoniam per eam venam trahitur ad pulmonem sanguinis impetus, non pellitur à pulmone, quod locus arteriæ facit. Sed leuis est responsio: Nam in angina & alijs multis inflammationibus retrocedit aliquando materia per easdem venas, per quas fuit detrusus, vt in parotidibus retrocedentibus sæpius vidimus. Vera dubij solutio forsan est naturam ideo id non moliri propter valuulas dextri ventriculi, quæ non patiun-

tur quidquam egredi eorum quæ ingressa sunt, propter constructionem earum.

Victus ratio instituenda est ductis indicationibus à parte, & à causa morbifica ex generalibus, & specialibus. Generalia explicata sunt suo loco, Si primis diebus nulla fiat anacharsis, parum est dandum. Augenda autem est quantitas alimenti pro quantitate eorum quæ expectorantur, vt explicatum fuit, cap. de victus ratione. Præbeantur autem ea quæ expectorationi sunt vtilia, qualia perhibentur, pectoralia moderatè calida humida, vtcunque lenientia. Vinum nullum exhibendum est, nisi vires sint debiles, idque album quod sputum educat. Hauriat omnia tepida, nulla frigida, nam frigida pectori sunt inimica.

Somnus, quandiu dolor adest, non est expectandus: nam qui dormiunt parum respirant: at pleuritici magna egent respiratione ob incendium ab inflammatione natum aut saltem celeri, & frequenti, quam cum dormiendo exercere nō possint, subito euigilantur, ac si suffocarentur. Quare sedandus dolor quouis artificio, antequam somnus remedijs procuretur. Animi pathemata omnia vitet præter letitiam.

In pleuritide curanda Hipp. lib. 2. de victus ratione in morbis acutis ita scribit. *Dolorem autem lateris, siue in principio fiat, siue postea, calidis fomentis experiri, soluere absurdum quidem non est*, in verbo experiri tota est sita difficultas quam volumus proponere. Num scilicet in omni pleuritide tentanda sit eius curatio per fomenta calida? Hoc non est rationi consentaneum. Nam ex Gal. in comm. illius loci, *phlegmone aut est sine redundantia totius corporis, &*

tunc fomentis calidis, non tantum sanguinis aliquid euacuatur per verum halitum: verumetiam affectæ partes minimè distenduntur. Quare partes minùs dolebunt. At cum sanguis in phlegmone, vel etiam spiritus vaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit: sanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore est, humorum redundantiam, nam pars quæ calore afficitur, nimirum fomentis calidis, plus trahit quam euaporet. Certe si nulla esset methodus inueniendi, & cognoscendi pletoram ipsam per signa id fomentis esset tentandum; & quia vt plurimum non dignoscitur, iubet Hipp. tunc temporis tentandum esse priùs curare fomentis, quàm alijs remedis: quod itellexit Gal. in cõmetario illius loci cùm inquit, *Cum igitur fomenta calida dolorem non soluerunt, corpus totum insigni aliqua euacuatione curabis.* Hippo. paulo post scribit. *Verum si fomentis dolor non soluatur, nec diutius calefacito: siccat enim illud pulmones, atque ad suppurationem promouet* Verùm ante omnem euacuationem dolor sedandus est, ex Auicen. cap. 20. Fen. 4. lib. 1. Quarè in omni pleuritide erit priùs dolor sedandus fomentis quàm euacuandum. Tamen Galen. comm. in aph. 23. lib. 1. scribit, In doloribus vehementissimis maximum est remedium vsque ad lipothimiam vacuare: nulla facta mentione sedationis doloris. Auicennas est intelligendus de purgatione, non de sanguinis missione: nam purgantia medicamenta, præsertim si fuerint vehementia, humores commouent, & fluxiones, ex quibus doloris causa augetur. At sanguinis missio euacuatione humoris sine commotione dolores sedat. Quare cum sanguis est detrahendus priùs non sunt sedandi dolores: sed tan-

tùm quando est purgandum; aut saltem benignis medicamentis, vel remedijs euacuare oportet.

Sequitur vt disquiramus num vena secanda sit, vel dandum in principio catharticum. Hipp. hac de re ita scribit loco citato de victus ratione in morbis acutis. *Si dolor significationem sui præbuerit ad clauiculam, aut grauitas in brachium, aut circa mammam, aut supra septum transuersum, secare iuuat venam cubiti internam, & non cunctari auferre sanguinem vsque dum multo magis fluat rubicundus, aut pro puro, &, rubro liuidus.* Et rursus paulo post, *si dolor sursum penetrauerit ad clauiculam vel ad mammam, & brachium, secare oportet venam internam in brachio, quacunque parte dolor affligat. Auferre verò secundum corporis habitum, & tempus & ætatem, & colorem, ampliusque confidenter, si acutus sit dolor, vel ducere oportet vsque ad animi deliquium.*

Sin autem sub Diaphragmate sit dolor: non præstat autem sui significationem ad clauiculam mollire oportet aluum, aut helleboro nigro, aut peplio. At quo pacto hæc consiliari possunt cum ijs quæ paulo post tradit? nimirum, *quicunque inflammationes statim per initia morbi medicamento purgante soluere conantur, ij. à distenta inflammataque parte nõn solùm nihil adimunt (cùm non cedat quæ cruda adhuc est inflammatio) verùm etiam quæ morbo resistunt, & sana sunt absumunt, & contabefaciunt, ductoque ad imbecillitatem corpore morbus superior euadit, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet.*

Galenus in comm. in eum locum ab Anatome rationẽ rimatur, quòd scilicet venę in posteriori pleuritide maiorem habeant communitatem cum in-

testinis quàm cum venis cubiti: in priore maior est communicatio cum venis brachij. Hoc certè verum est.

Sed manet dubitatio quod helleborus, & peplium violenta medicamenta educant, è partibus longinquis, quare symptomata mouent, & producunt quæ recensuit Hipp.

Valeriola soluit hæc argumenta, quia medicamenta illa deducunt, & trahunt à partibus inflammationi proximis, & non à parte affecta. Ergo non debebat Hippocrates peplium, & helleborũ præscribere, cum sint violenta. Puto ego, inquit, illum vsurpasse exempli gratia: cum reprehendat illos qui id tẽtabãt perficere, quod medicamẽto fortiori poterãt præstare. Leue ergo primum catharticũ est exhibẽdũ, quo fiat diuersio, & trãslatio per intestina.

Doctissimus Duretus in Coacis cõm. in sent. 19. capitis de pleuritide, scribit ista medicamenta mixta consocialia esse ad bene conuenienterque purgandum, veratrum quidem vacuando, hoc verò peplium discutiendo spiritus flatulentos: quæ dotes perspectæ, & cognitæ ab Hip. præceptore ipsum mouerunt, vt ea medicamenta præscribenda putarit, quod præstantissima essent omnium pharmaca, quæ ipse nouisset: nouerat autem plurima, vt non inopia, nec ignorantia meliorum (quod vulgus Medicorum existimauit) sed singulari prudentia atque delectu ipsa præscripsisse videatur.

Verùm est ne secanda vena in omni vera pleuritide? Hipp. sent. 31. sect. 3. lib. 6. Epidemion scribit, *impeditio phlebotomiæ ijs qui cruenta expuunt pleuriticis*, ac si disceret, vbi in pleuritide expuuntr cruenta, vena secari non debet. Sed non tantùm oportet ad

excusationem phlebotomiæ adesse cruentam expectorationem: sed præterea est necessarium, vt citò in principio, & liberaliter, id est, quantitate magna fiat: tum careat omni defluxu, aut excursu, quem febris ciet, omnique corisæ, & vrinarum bona sit coloratio, vt scribit Duretus doctissimus comm. in Coac. prænotiones.

Quæritur præterea, cum sanguis est detrahendus, cuius lateris vena seccanda sit? Hipp. & Gal. & tota Græcorum schola eiusdem lateris venam tundunt. Auicennas autem cap. 1. Fen. 10. tract. 5. lib. 3. in omni tumore præter naturam in principio iubet venam lateris oppositi secari, *& magis festinare ad auxiliandum, vt aperiatur vena saphena opposita secundum longitudinem, & deinde detrahandum sanguinem ex basilica oppositi lateris secundum latitudinem. Et post aliquod dies poterit detrahi ex eodem latere.* Hanc sententiam sequitur Scaliger comm. in lib. Hipp. de insomnijs. Cum Auicenn. tot celebrandas imperet sanguinis missiones, supponit pleuriticum valde plethoricum Quod Rhasis significauit 9. ad Almansorem c. de pleuritide ijs verbis, *sanguis detrahatur ex basilica eiusdem partis, nisi totum corpus sit valde plethoricum, tunc enim ex lateris oppositi basilica est sanguis deducendus.* Deinde aliam distinctionem constituit ratione temporis. *Si verò ægritudo iam per aliquod dies ægrum infestauerit, à parte dolente est detrahendus sanguis.* Ad illud autem quod ab Auicenna scribitur de saphæna, intelligi potest de principio fluxionis in valde plethoricis, vt explicat Mesue cap. de pleuritide. Auicennas ergo noluit tundi venam eiusdem lateris, nisi post aliquod dies, nimirum postquam fluxio facta est, quòd putet hanc sanguinis

missionem non posse vllo modo reuellere. In quo errauit. Primò quòd licet vera sit eius sententia, cum dixit reuulsionem fieri debere per contrarias partes, addendum erat propositioni per contrarias magis commodas, ex qua nimirum maior vtilitas deducitur. At inscidendo venam brachij eiusdem lateris fit detractio sanguinis per eandem partem: nam idem latus est. Hoc verum est. Sed venæ incisio, siue vulnus ex quo elicitur sanguis, est oppositum parti cui insidet inflammatio, licet non multum distans: neque enim semper maxima requiritur distantia in reuulsione, vt probatum fuit cap. de reuulsione. Ergo oppositio in illa sectione venæ adest.

At si æger sit valde plethoricus trahetur sanguis versus partem affectam. Respondeo trahere quidem in principio cum in locum vacuum succedit sanguis, tamen si fiat larga sanguinis euacuatio, vt facienda est in magna plethora, euacuabitur is qui attractus est propè inflammationẽ, & in principio inflammationis etiam his qui extra vasa est exclusus, quòd liquidus, & calidus sit. Neque metus est nouæ fluxionis ab attracto sanguine ex alio latere: nam venæ lateris oppositi exinanitæ larga sanguinis detractione, tum partes nutiendæ, ad se alliciunt sanguinem, & hac ratione quodam modo reuellunt. Adde quòd, si Auicennam sequamur, maior erit detrahẽda sanguinis copia, cum maiore dissipatione virium, quia à longinquiori parte, neque tam celeriter occuremus dolori. Postremò experientia, & omnium consensus doctiorum, multis seculis, probauit sanguinem ex vena brachij eiusdem lateris esse detrahendum.

Vesalius tamen, vt refert Hollerius, in sua praxi, detrahendum semper curabat ex basilica brachij dextri licet inflammatio latus sinistrum affligeret, quod vena azygos quæ nutrit octo, aut nouem spatia inferiorum costarum, nascatur ex dextra lateris venæ cauæ. Hollerius nititur refutare eius sententiam, experientia ad id præstandum impulsus, quadam imaginatione, valuulæ ipsius venæ azygos foris intrò clausæ, qua prohibetur sãguinis exitus. Satius erat detegere communicationem venæ thoracicæ, & intercostalis, cum ramis azygos, qua communicatione fit, vt dextra dextris, & sinistra sinistris magis consentiant, sitque breuior via. Quare cum adsit in tali sanguinis missione oppositio, rectitudo, & consensus corruunt omnia argumenta aduersariorum: quæ cum ratione probata sint, habent fautricem experientiam multorum seculorum contra vnius Scaligeri experientiam imaginariã. Erigo ex basilica eiusdẽ lateris sanguis detrahendus est.

Quantitas sanguinis præfinitur ab Hipp. varia lib. 4. de victus ratione in morbis acutis: in illo enim mutationem sanguinis instituit terminum euacuationis, quod perinde est, ac si diceret eo vsque est detrahendus sanguis, quo ad ex affecta parte educatur. Nam incipiente phlegmone rubicundior est qui prope phlegmonem est, & in ipsa inflammatione, quàm in venis: iam verò inflammatione progressa, cùm sanguis extra vasa corrumpatur, liuidus ex ipsa phlegmone trahitur. Verùm ista mutatio difficilè à Medico percipitur, quòd liuiditas illa statim nõ appareat, sed postquam sanguis refrixerit. Quocirca si non appareat refrigeratio sanguine, rursum erit demendũ, si vires ferant. Sed hic terminus nõ potest

ſemper animaduerti, præſertim quando tota ſanguinis maſſa ferè corrupta eſt, tunc æquè liuidus eſt, aut corruptus qui primus fluit, atque poſtremus: quare alia eſt ſuggerenda nota, nimirum virium lapſus. Nam quoad vires ferunt detrahere oportet: cum incipiunt deficere, ceſſare conuenit. Nonnulli ſanguinis miſſionis terminum ſibi præſtiterunt doloris ſedationem: quocirca toties repetunt venæ ſectionem: quoad ſedetur dolor. Verùm in quibuſdam præſertim pituitoſis, & melancholicis, & ſi rarò contingat, vitam potiùs detraheres, quam auferres dolorem. Quare virium robur obſeruandum potiùs, & mutatio notanda, vti conuenit.

Secta vena in principio, & quandiu fluxio perſeuerat, remedia quæ parantur ex floribus papaueris rubri, optima cenſentur, vt ℞. florum papaueris rubri m̄ ß. aquæ pimpinellæ ℔ ß. decoquantur ad ℥ iiij. & propinetur. Datur autem ex Rondeletio decoctum ex aqua pimpinellæ cum floribus ſupradictis ad ℥. iiij. paratur & ab allijs ex aqua ſcabioſæ eodem modo, & ſaccharo cando: verum ſaccharum candum attenuat, quare ſatius eſſet adiungere ſaccharum roſatum. Mathiolus meminit ſyrupi facti ex ſucco florum papaueris rubri valde vtilis, vtilior erit, ſi pareтur cum ſaccharo roſato, quòd habeat vim ſiſtendi fluxiones vt

℞. ſucci papaueris rubri depurati ℥. ij. ſacch. roſati q. ſ. fiat ſyrupus vt artis eſt, detur ℥ j. cum ℥. iii. aquæ ſcabioſæ, vel pimpinelle. Hoc omnibus præſtantius habetur ex Pena & Lobello ℞. radicum graminis canini ℥. iij. acetoſæ cum radicibus m̄. iij.
medullæ

medullæ cardui fullonum m̃. ij. cardui benedicti, ſcabioſæ, herbarum capillarium an̄. m̃. j. paſſularum mundatarũ ℥. j. Glycyrrhizæ. ℥ ß. anizi ʒ. ij. ficus. n. 4. quatuor ſeminũ frigidorum maiorum an̄. ʒ ij. florum cordialium & hyperici an̄. m̃. ß. fiat decoctio in aqua borraginis ad ℔. j. ß. cui infunde fermenti panis cibarij ℥. iij. coaguli ℥. ij. ß. thamarindorum ℥ j. expreſſioni diſſolue ſyrupi è ſucco vel infuſionibus papaueris rheadis ℥ vj. pro v. doſibus.

Hæc remedia inſpiſſando retinet fluxionem, & quod in parte eſt digerunt. Rondeletius in hoc affectu curando meminit raſuræ dentis apri, & priapi tauri quæ exiccant quod defluxit. Quare in principio non ſunt exhibenda, neque cum eſt expectorandum: illa enim nimium ſiccando retinerent ſputum: ſed in declinatione. Nicolaus Myrepſius Alexandrinus præſcribit antidotum quam vocat myſterium ad pleuritidem, cum dolor vehementiſſimus eſt, nec ſedari poteſt alijs remedijs, quòd ſemel data, promiſſis reſpondeat, nimirum dolorem ſedat, & regio morbo correptis, ſtomachicis, & iecinoroſis ſuccurat.

℞. ſtyracis calamitæ, caſtorei, piperis, croſci, hyoſciami an̄. ʒ. j. formentur paſtilli cum aqua calida, dentur nucis ponticæ magnitudine. Dantur etiam cum aqua mulſa calida. Præſcribi ergo debet ʒ j. cum melicrati ℥ ij.

Si præ debilitate vena ſecari nequit, cucurbitulæ ſcapulis admoueantur cum ſcarificatione. Vel ſi repetenda eſſet venæ ſectio, & vires non ferrent, cucurbitulæ ſunt applicandæ. Vena ſecta, ſi fluxio quieuerit, dolor verò perſeuerer, cum non amplius

adsit pletora, consilio Gal. fomenta, aut alia remedia conuenientia possunt adhiberi, si quidem spes fuerit dissolutionis materiæ, quæ potissimùm concipienda est in pleuritide externa, exigua, in corpore meabili, & raro: tamen metu nouæ fluxionis fortia attenuantia sunt vitanda in principio, quæ tamen in declinatione sunt vsurpanda. Sin procuranda materiæ concoctio, nam concacta dolorem non mouent meliusque excernuntur. Eodem ergo tempore parabitur materia ad expectorationem.

Ad materiam discutiendam vtitur Hipp. lib. 2. de victus ratione in morbis acutis, aqua calida in vtre, aut in vesica vase æneo vel testaceo adhibita. Item spongia molli magnâque ex aqua calida expressa. Optimum autem esset aquæ incoquere quæ discutiendi vim habent vt origanum, hysopum, chamedrim, chamæpitim, anisum, fœniculum, flores chamomillæ, rorismarini, stæchados. *Contegere autem oportet fotum linteo: ne vapor ad ægrotantis spiratum deferatur: nisi videatur hoc etiam vtile ad aliquid esse*, nimirum cùm iuuat expectorationem, aut alio modo conferat. Fomenta alia sicca adhiberi possunt ex milio, & auena, quæ in sartagine parum calefacienda, deinde aspergenda vino, sacculóque includenda, & applicanda.

Linimenta possunt ad eumdem scopum parari ex dialthæa, & resumptiuo, Cataplasma præparatur à montano, tale. ℞. cimini puluerati ℥ iiij. pinguedinis porci ℥. ij. succi caulium q. s. fiat cataplasma, & applicetur. Medici Auenionenses ad eundem effectum præstandum sequentibus vtuntur emplastris attrahentibus, & dissoluentibus, præsertim in pleuritide externa: quorum vnum

rubrum pro latere: alterum nigrum appellant. Rubri huiusmodi est compositio.

℞. Storacis calamitæ ℥. j. Iridis florentiæ ℥. ß. thuris ʒ. vj. macis, nucis moschatæ, cyperi, calami aromatici an̄. ℥j. cariophil. ʒ ij. resinæ ℥. j. ß. ceræ rubræ gummatæ ℥. xij. terebinthinæ ℥. iij. fiat emplastrum. Nigri verò talis.

℞. Picis naualis ℥. vj. resinæ ℥. iiij. sulphuris ℥ j. ß ceræ nouæ ℔. j florum camomillæ ℥. ß. olei liliorum ℥. j. ß. pulueris cimini ℥. ij. ß. misce: fiat emplastrum. Miscent illa emplastra, & lateri apponunt, cum volunt attrahere materiam & dissoluere in externa pleuritide: pollent etiam facultate dolorem sedandi. In interna autem non æquè conuenit, quare ea quæ possunt coquere materiam potiora sunt, quale est.

℞. radicum altheæ, liliorum an̄. ℥. ij. maluarum, violariæ, florum hyperici, chamæmelli: an̄. m̄. ij. coque, contere & cribra, commixtis fermenti panis cibarij. ℥. v. farinæ seminis lini, & fœnugræci an̄. ℥. j. ß. olei amygdalini, olei violati an̄. ℥. ij. fiat cataplasma parti dolenti applicandum. Præterea sunt quædam remedia quæ proprietate occulta iuuant, vt cinis priapi tauri datus ad ʒ. j. si febris remittatur, cum vino, vel cum aqua mellita, aut hordei. Aqua cardui benedicti à proprietate mirè cōfert.

Cùm autem materia morbifica varia sit, diuersa etiam parantur remedia. Biliosa materia paratur incrassantibus non frigidis, sed substantię lentore. Nā refrigerantia pectori sunt inimica. Quare decoctum pectorale exhibeatur in potu, quod vulgò ptisana appellatur, confectum ex passulis, iuiubis, liquiritia. Syrupus violatus, capillorum veneris,

vngulæ cabalinæ, iuiubinus, de papauere cum aquis conuenientibus misceantur vt

℞. Syrupi violati, & capillorum veneris añ. ℥ j. ß. aquæ vngulæ cabalinæ, aut hordei ℥ v. fiat iulep. capiat bis in die. vel ℞. passulas, pruna dulcia, iuiubas añ. numero 20. quatuor seminum frigid. maiorum, bombacis, & maluæ añ. ʒ. ij. anisi, & liquiritiæ rasæ añ. ℥. j. florum violarum, borraginis, buglossi añ. pug. j. fiat decoctio in ℔. j. dissolue syrupi violati ℔. ß. misce pro tribus dosibus.

Looch paratur ad eundem scopum, præsertim quando materia biliosa incipit expectorari, vt,

℞. Electuarij diatragacanti frigidi ℥. ß. sacch. penidiati ʒ. 10. syrupi iuiubini q. s. fiat eclegma. vel ℞. conseruæ violarum ℥. iij. pulueris diatragacanti frigidi ʒ. iij. penidiorum ℥. j. ß cum syrupo iuiubino: fiat mixtura qua vtatur sæpe.

In declinatione, ℞. conseruæ capill. veneris ℥ j. ß. pulueris diatragacanti frigidi, & diairidis simplicis añ ʒ. iij. sacchari candi ℥ ij. syrupi de hysopo q. ß. fiat Looch.

In pleuritide à materia frigida, ℞. foliorum capilli veneris, adianti, linguæ ceruinæ, vngulæ cabalinæ, hysopi, & enulæ cãpanæ añ. m̃. j. seminis anisi, & fœniculi añ. ʒ ij. passularum, iuiubarum, añ. ℥. j. florum rosarum, anthos, buglossi añ. pug. ij. fiat decoctio: in collaturæ clarificatæ ℔. ij. dissolue syrupi de prassio ℥. iij. aut syrupi capillorum veneris, & de prassio añ. ℥. j. ß. vel syrupi iuiubini ℥. iij. fiãt tres doses. Iidem syrupi possunt vsurpari cum aquis pectoralibus calidis de hyso-

po, enulæ campanæ, capillorum veneris, vngulæ caballinæ, & fieri iulepia, vt artis eſt. Ex eiſdem ſyrupis fit looch cum electuarijs, & pulueribus accommodatis. vt ℞. Diairidis ſimpl. ℥. j. pulueris marrubij exſiccati, aut hærbæ reginæ, vel enulæ campanæ ʒ. iij. ſacchari candi ʒ. ij. ſyrupi de praſſio q. ß. fiat looch. capiat lingendo. In omni pleuritidis ſpecie linimenta pectoralia conueniunt, quæ parantur ex butyro recenti, pulueribus, & oleis: vt ℞. butyri recentis ℥ iiij. pulueris iridis florentiæ ℥ j. ß. croci ʒ ß. olei amygdalarum dulcium aut violati. q. ſ. fiat linimentum quo vngatur totum pectus; hoc lenit dolorem, materiam præparat, reſpirationem faciliorem reddit.

Si cacochymum ſit corpus poſt ſedationem doloris, & nulla ſit ſuſpicio nouæ fluxionis, poterimus medicamenta benigna præbere cum decocto pectorali: vt manna, lenitiuum Nicolai, ſyrupum roſatum ſolutiuum. vt

℞. elect. Nicolai ʒ vj. ſyrupi roſati ſolutiui ℥ ij. vel iij. mannæ ℥ j. fiat potio cum decocto pectorali. Si metus ſit fluxionis ventris, à catharticis abſtinebimus & vtemur tantùm clyſteribus emolientibus. vt

℞. Decocti clyſteris remollientis ℔. j. in qua diſſolue caſſiæ cum ſaccharo, & catholici añ. ℥. j. mellis, & olei violati añ. ℥ iiij. fiat clyſter. Atque hæc de pleuritide mitiori: in qua ſpes eſt concoctionis, & expectorationis. Sunt verò quædam malignæ, & mortiferæ, quales vidimus in Prouincia anno 1598. & alijs temporibus, quæ generabantur ex humore tenui vireſcente, in latere collecto, aut eo defluente ex alijs partibus. Qui

eo genere pleuritidis rapiebantur, omnes interierunt. Hoc deprehendimus dissectis cadaueribus, & præsertim Berræ, in cadauere demortui iuuenis D. de Montamar Pedemontani, qui cum pleuritide vtriusque lateris affligeretur, obiit crudeliter quinto morbi dissecto cadauere, sub mammis vtrinque reperta est vomica plena virescente liquido humore: Quod etiam sum expertus in alijs. Huic pleuritidi sectio vnicum est remedium: Cùm enim nulla supersit coctionis & mitigationis spes; materia sectione extrahatur necesse est.

De Peripneumonia. CAP. IIII.

IN hoc morbo apparet difficilis respiratio, febris continua, dolor pectoris grauans, genarum rubor saturatus, quæ omnia signa pathognomonica nascuntur ex pulmonis inflammatione: nam quia tumor præter naturam est in pulmonibus impediuntur illi quò minùs possint respirationi aptè seruire, hinc difficultas respirationis: proxima autem cordi inflammatio, ad illud calidos vapores mittit à quibus excitatur febris continua: naturalis autem pulmonum constitutio talis est, vt nullum dolorem præter grauantem sentiant: nisi in ipsa membrana eos conuestiente sit affectus dolorem excitans. Rubor autem genarum apparet propter exhalationes calidas sanguineas, ab ipso pulmone delatas in faciem & genas.

Peripneumonia triplex est ortu, aut enim primaria est & manat à catarrho prolabente in pulmones, aut alteri morbo succedit, pleuritidi, anginæ, asthmati, febri ardenti ex Hipp. 30.

de morbis. Hæc diuisio facit ad curationem & prognosim: nam si fiat à defluxu humorum diuersio, aut deriuatio in principio necessaria est: ea vero quæ succedit alteri morbo acuto periculosa censetur.

Afficitur aliquando totus pulmo, nonnunquam pars illius quod aduertendum est ad magnitudinem remediorum & ad periculum cognoscendum quocirca Hippocrates in Coac. ad hunc modum signa affecti pulmonis describit. *Lingua tota alba & aspera, totius pulmonis affectiones significat, dolor ad clauiculam vnam protensus, vnius alæ pulmonis, in superiori parte affectum ostendit: si ad vtramque feratur, vtraque superior affligitur: si sternum doleat media pars pulmonis afficitur: si ad septum transuersum vergat inferior pars læditur.*

Causæ eius cognoscuntur ex sputorum natura & qualitate; si nihil expuat æger, ex alijs conijcere licet, nempe ex maiore vel minore calore seu incendio in parte percepto, ex maiori minoriue difficultate respirationis & grauitate, ab excrementis, temperamento ægri, victus ratione præcedente, regione, anni tempore & reliquis.

Magnus est morbus partis obcessæ necessitate ad vitam, magnitudine symptomatum, doloris grauitate, difficultate respirationis & febre.

Acutissimus est morbus quia continuus & cum periculo. Ad cognoscendam eius malignitatem spectanda sunt epigenomena symptomata quæ trahuntur potissimùm ex sputorum

qualitate de quibus in prognoſtico. Salutis ſigna ſunt in omni morbo pectorali inflammatorio, vacuitas doloris, bona reſpiratio nec valde læſa, facilitas expectorationis, ſputum dolorem ſedans: ſignificant enim materiam morbificam coctam expelli, nulla ſitis aut pauca, remiſſio & diminutio febris, item ſputum mixtum ex flauo & pituitoſo humore vel ſanguineo bonum eſt. Periculi ſigna exiſtunt ſputum ſyncerum quod denotetur naturæ infirmitas, color ſputi flauus, puruſque deterrimus, albus item cum virore, pallidus, liuidus; nigrum ſputum malum, viſcida ſputa mala, item ſpumoſa, figura ſputi rotunda mala, quia rotunditas illa naſcitur à febrili calore conſumente partes tenuiores.

In morbis pulmonis ſupra modum rubræ ſanguinis ſtillæ malum ex Coac. quòd materia morbifica non expurgetur, nulla enim eſt patens via à pulmonibus ad nares: vnde poſſumus conijcere ſtillicidium ſanguinis ſua ſola natura prauum, à vehementi inflammatione & totius corporis quod prauum eſt.

Mortis ſigna ſunt ſputum bilioſum purulentum, aut ſeparatum à purulento oſtendit ægrum moriturum die 14. & maxime ſi à die 7. contingat ob malignitatem materiæ quæ ſubigi nequiuit à natura, tum quia quæ apparent diebus criticis firma & ſtabilia ſunt ad mortem aut ad ſalutem, atque dies ſeptimus eſt perfectiſſimus inter omnes dies criticos, ergo ſi tunc ſigna magna appareant & noſcantur, ſpes nulla ſalutis reliqua eſt. *Quibus totus pulmo vna cum corde inflammatur vt inflammatio*

procedat in latus, ægrotus resoluitur, iacet frigidus, aut sine sensu, moritur ante secundum aut tertium diem; propter vehementem dissipationem caloris innati & spirituum: si autem sine cordis affectu contigerit diu viuere possunt, quidam etiam seruantur per expectorationem, *timendum his est*, inquit Hipp. in Coac.) *qui in peripneumonia sicca pauca cocta expuunt*, quia hoc arguit vitalis & motricis imbecillitatem cum summa pulmonis angustia, quæ læthalia sunt.

Potest conuerti peripneumonia in empyema, parotidas, in abscessum partium inferiorum coxarum scilicet & in phrenitidē: sunt qui putant posse & in pleuritidē conuerti, sed Gal. com. in apho. 11. lib. 7. ait *vix pleuritis sequitur peripneumoniam, quoniam si mitior fuerit inflāmatio omnis humor noxius sputo purgatur, si perniciosa, aut quod costæ patiantur, suffocat ægrum*, quoquomodo vertatur in morbum acutum periculo non vacat, nam morbus acutus acuto succedens periculosus est & læthalis, præsertim si è pulmonibus fiat translatio in caput, partem nobiliorem, & quando phrenitis succedit peripneumoniæ, tunc enim læthalis est successione & partis secundariò affectæ præstantia. Conuersionis in empyema signa sunt ex Coac. *si dolor non quiescit nec sputi expurgatione, nec sanguinis missione nec ratione victus in suppurationem conuertitur.*

Peripneumonici si non repurgentur criticis diebus, sed vbi delirauerint, & diem 14. effugerint, periculum est ne purulenti fiant: ratio vtriusque apho. est quod pus diutius cunctando in pulmone exedit carnem ipsam pulmonis, fitque effusio illius puris in capacitatem thoracis, in quo loco pus effusum empyema dicitur aut suppuratio. Conuersio autem in em-

pyema licet mala sit,non tamen est omninò læthalis quod ei possint remedia multa applicari eaque salutaria dicenda suo capite.

Abscessus futuri signa sunt febris perseuerantia, dolor non conquiescens, screatio morbo soluendo non respondens, alui deiectiones nec biliosæ nec sinceriores solutiores liquidiores nec vrina admodum crassa. nam *vrina crassa* ex Hipp. in aph. *liberat ab abscessu*, percipiturque dolor in parte in qua futurus est abscessus & Hipp. aphor. 67. lib. progn. scribit. *Jn peripneumonia multum periculosa si abscessus ad crura descendāt vtiles quidem omnes*,quia omnis motus humoris morbifici à parte nobili ad ignobilem est vtilis,modo fiat per metastasim. *sed optimi demum illi qui purulento iam sputo pro flauo fiunt*, id est in quibus est facta mutatio flaui sputi in purulentum,iudicium enim est naturæ vincentis, *sin autem fiat abscessus sputo non edito conuenienter primo sputo existente crudo,nec vrina bonam hypostasim habente*,vt significetur naturæ supra morbum victoria. *periculum est ne vel homo claudicet si quidem in articulum procumbat coxarum vel multum facessat negotium gangrenam* inducēs & graues dolores, sin autem recurrerint abcessus propter partis priùs affectæ inflammationem qua exclusus semel retrahitur humor, tum propter vim expultricem facultatis partis abscessū obsessæ, quæ cū vellicetur ab humore acri excitatur ad expulsionem,& febris consectaria fit propter nouam inflammationem pulmonum excitatam; nec sputum foras exeat,quo materia morbum committēs repurgetur, hinc mortis & delirij metus impēdet: mortis quidem per suffocationem caloris, delirij autem per propagationem humoris maligni in ce-

rebrum à quo delirium procrearur.

Conuersionis vero in parotidas signa sunt, *si hypocundrium fuerit molle indolens difficilisque spiritus ad tempus qui citra causam manifestam quiescit & supprimitur*: nam quæ respiratio difficilis cessat citra manifestam excretionem, significat translationem materiæ in alias partes, nõ ad inferiores, quia hypocundrium esset durum & humoribus transfluentibus, at molle supponitur: coniectura ergo ducitur humores ferri ad superiores partes. At posset ad latera transferri, posset quidem sed non cessaret difficilis respiratio nimirum læsis musculis respirationis.

Si vires fuerint robustæ sanguis detrahendus ex basilica brachij dextri, iterãda autẽ non est sanguinis missio nisi corpus magna plethora laborauerit, aut à iecore ad pulmones mittatur magna sãguinis copia, aut solita euacuatio suppressa fuerit, securior que existimatur sãguinis detractio quàm purgatio ex Auicen. Fen.10.lib.3. quod purgatio nisi magna sit interdum non soluit; & si vehemens extiterit superflue, purgat quòd euitandum in omni pectoris morbo. quare primo optimè præparandus est humor qui dominatur. si sanguis aut bilis redundauerit vtendũ erit syrupo violato, iuiubino cũ decocto hordei, aut syrupo de papauere, de hyssopo, oximellite simplici cum decocto pectorali, si pituita, syrupo de liquiritia, de hyssopo, oximellite simplici cum decocto pectorali. si succus melãcholicus præparatur cum ijsdẽ, eodẽ tẽpore topica sunt exhibenda quæ tendunt ad sputi prouocationẽ & dissipationẽ materię in pulmonib⁹ cõceptæ. prouocãt sputa ea quæ præparãt materiã in toto & in parte. partẽ respiciũt quæ lingendo sumũtur, qualia sunt looch, syrup. iulep. aũt quæ applicãtur. extrinsecus

vt vnguenta, linimenta reliqua remedia, capite de pleuritide descripsimus, quod sint vtrique comunia. Arist. probl. 4. lib. 27. scribit in quibus pulmo efferuet, vini desiderium excitatur similitudine qualitatis, & quia magis sitim sedat quam aqua penetrandi vix quòd nutriat proindeque humectet.

De phthisi, CAP. V.

EXSICCATIO corporis quæ tabes appellatur commune symptoma est, phthisi, hecticæ dispositioni atrophiæ, hecticæ senectuti, tabi dorsali ex Hipp. 2. de morbis de tabi renali lib. de inter. affect. c. de morbis renum. Tabes autem siue exsiccatio aut est totius corporis aut partis vt atrophia brachij.

Hectica dispositio aut est cum febre quæ solidas partes occupat, cuius extremus gradus marasmus appellatur, aut sine febre quę hectica senectus dicitur, nimirum tabes vel exsiccatio totius corporis à frigore labori præter naturam succedente, aut nato sua sponte; tum frigidorum vsu & dissipatione à nimio exercitio & venere.

Atrophia est corporis exsiccatio orta ex nutritionis priuatione.

Phthisis proprie dicta multiplex est origine, alia nãque renalis, alia dorsalis, alia ab intemperie calida sicca pulmonum, alia denique ab vlcere pulmonum pẽdet, quæ per anthonomasiã phthisis appellatur, quòd vi tabifica omnibus morbis antecellat, primò edacitate siue consumptione qua exhaurit fontem humidi radicalis: secũdò febre hectica, quæ humores corrumpis, ipsamque solidarum partium

ſubſtantiam labefactat. tertiò tabifica aëris inſpirati qualitate, qui cum afficiatur malignitate vlceris, inſpiratus, deinde tabificam vim auget. nō deſunt qui iſtis adiungāt exſiccationem proficiſcentem ab vlcere partium aliarum pectoris, vt diaphragmatis & mediaſtini. hoc loco phthiſis ſumitur pro exſiccatione totius corporis, orta ab vlcere pulmonum: vel definiri poteſt vlcus pulmonum ex quo febris continua excitatur cum totius corporis extenuatione.

Duretus com. in Coac. prog. cap. de phthiſi ſcribit eſſe vlcus malignum pulmonis, quod vi tabifica omnibus morbis antecellit. pulmonis autē ambitu comprehendimus tracheam arteriam.

Vlcus pulmonis aut tracheæ arteriæ manat ex ruptione, roſione & apertione vaſis, vel ex catarrho ſalſo, acri prolabente in pulmones per tracheam arteriā, eoſq; exulcerātc, aut ſuccedit alteri morbo pleuritidi, peripneumoniæ, aut contagione contrahitur, de qua Fracaſtorius c. 11. lib. 2. de morb. contag. pleuritidi quidem quod tāta ſit aliquando acrimonia puris & ſputorum in pleuritide: vt per pulmones tranſeundo aut in his ſtabulādo ipſos exulceret. peripneumoniæ autem quoniam pus quod ab inflammatione ſuppurata reijcitur, vlcus vt primū generat. Solet etiam empyemati ſuccedere, primo ſi intra 40. diem non repurgetur perfectè à vomica rupta quæ pleuritidem aut peripneumoniam cōmittebat, tum ante 40. diem ſi excretione puris concepti erodantur pulmones.

Signa morbi ſunt complicata cum ſignis partis affectæ febris commune ſymptoma eſt, ab excretis autem locus detegitur ex 1. loco. affect. nam ſi ca-

runcula excludatur per ſputum aut paruum bronchium ſignificatur læſio ſubſtantiæ pulmonis. ſi magnum bronchium tracheæ arteriæ, ſi nullus in prædictis partibus ſentiatur affectus nec aliquod ſignorum iam dictorum adſit, verùm cum purulento ſputo in thoracis parte aliqua manifeſtè sẽſus doloris adſit, thoracem affectum eſſe certum eſt.

Vt autem diuerſæ ſunt cauſæ: ita illarum diuerſa ſunt indicia. Catarrhus ſalſus aut acris ſuo ſe ſapore prodit, cui ſuccedit puris ſputum. In vaſe rupto, eroſo, aperto, à ſanguinis ſputo puris ſputũ, à puris ſputo phthiſis dũmodo ſanguis è pulmone expurgetur & ex pulmone; poteſt enim fieri vt ex cerebro labatur in pulmones & expuatur, qui tamẽ ex pulmone non dicitur expelli. In pleuritide ſanguis per ſputũ reijcitur à quo tamẽ nõ ſequitur phthiſis. Illa autẽ quæ ſuccedit morbis enumeratis ſuperiùs indicatur, ſi iſtis affectionibus ſucceſſerit febris continua ex puris ſputum copioſum. fit etiã pus citra ſanguinis ſputũ, ait enim ſup. lib. de locis in homine *quod in pulmone colligitur & defluit in pus vertitur* nimirum pituitoſum. at ſuperius in Coac. ſcribit, *qui ſuppurati fiunt maxime ex pleuritide & peripneumonia eos calores comitantur interdiu tenues, noctu vehemẽtes.*

Quo pacto ergo poterimus diſtinguere quando phthiſis ſuccedit empiemati cũ febris cõtinua ſit in empyemate & puris ſputa? Diſtinctio ſumenda eſt à quãtitate ſputi, 1ã in phthiſi ſputum eſt multum, in empyemate paucũ & ferè nullũ, quamobrem in eodem aphor. ait *nihil memoratu dignum exſpuunt empÿ*. præparatio ad phthiſim auget cõiecturam illius, præſertim in ea quæ pendet à catarrho. Cõſiſtit autem illa præparatio ex Hipp. in epid. *in capitis debilitate, collo gracili, oblongo, anguſto thorace*, ita vt tales ha-

beāt humeros alis vespertilionū similes, quos Hipp. appellat pterigodes, incidūt autem illi facillime in phthisim, quòd cerebrum debile oppleatur multis excrementis quæ cùm ad perpendiculū è cerebro delabātur in pulmones propter illā dispositionem partiū fit, vt pulmones facilè exulcerēt. nam si gutta cauat lapidem, dicam sæpe cadendo, faciliùs multò excauatur pulmo mollis. aliud indicium trahitur illius dispositionis ab ætate, ea nimirum quæ est ab anno 18. ad annū 35. quod hęc ætas sit potissimū obnoxia ruptioni venarū ex se, propter repletionē, & ex euētu ob labores & victus rationē intemperatā.

Phthisis magnus est morbus partis obsessæ necessitate ad vitā coniuncta cum morbi magnitudine, nēpe vlceris, cuius magnitudo percipi potest ex quantitate excrementorū, difficultate magna respirandi, tū quò maior exstiterit morbus cui succedit phthisis, eo maior censebitur & si quis minus ad phthisim pronus ea corripiatur magna phthisi laborat; magna enim causa est.

Phthisis malignus morbus est tardus semper.

Signa futuræ phthiseos capiūtur ex dispositione & præparatione ad eā phthisis cōfirmata ad mortē ægrū præcipitat. Cōfirmata autē existimatur quādo hectica febris quæ vlcus pulmonū comitat. 3. speciei gradū attigit, & vlcus sanationē recipere nō potest ob magnitudinē & cacoëthiā vlceris, Hipp. in coacis c. de phthisi scribit. *Pustulata corpora velut ambusta phthisim confectā ostēdunt.* Illæ vero pustulæ significāt ichorū venenatorū & acriū abundantiā quæ habitū occuparūt, nā ex Hip. libello de arte, *vt sanitatis tēpore interstitia musc. replētur flatu, ita in aduersa valetudine ichoribus obfarciūtur à quibus nascūtur pustulæ illæ cōburētes.* Cū hæc apparēt nulla vitæ spes superest: signi-

ficant enim totum corpus cacoethicum vnde magis exulcerantur pulmones.

Quibus tabidis ſputum iniectum in ignem celeriter grauem odorem edit, modo è pulmone educatur, nullaque ſit excuſatio exulcerationis oris, vnde grauẽ odorem ſputum mutuet. grauis nãque ille odor ſignificat corruptelam magnam pulmonis, ex morbi malignitate. *Ad hæc ſi capilli à capite defluant citra peculiarem capitis χαχεξίαν hi pereant*. quod ad ſummam exſiccationem ventum ſit. *quibus tabidis capilli è capite defluunt ob magnam exciccationem, alui profluuio moriũtur*, quod debilitata ſit naturalis retentrix facultas. *& quibus tabidis alui profluuium ſuperuenerit*, deficiente natura nõ ex cõuerſa diſtillatione è cerebro in ſtomachũ, *moriũtur. quibus tabidis exſpuentibus in aquam marinam, aut ſalſam denſam ob terreum admixtum in fundum deſcendit ſputum lethale, in breui:* quod ſpiritu omni priuatum ſit ſputum, quare maxime põderoſum, & ideo fundum petit.

Deſperatæ & confirmatæ nulla remedia ſunt adhibenda niſi aliqua læuia, quæ ægro tollerandi aliquam facilitatem afferant, & ſpe illum conſolari poſſint. Eius autẽ quæ aliquid ſpei habent reliquũ curatio eſt ſuſcipiẽda. atq; ne medicus in ea curãda ſit negligẽs difficultas curationis eſt obiicienda illi quæ pẽdet ex pulmonis motu perpetuo vlceris cõſolidationẽ prohibẽte, raritas ipſius pulmonis retinet ſanguinẽ, vnde putret mollis ſubſtãtia, facilius putreſit, tum remedia difficilè applicantur ob loci diſtantiam: niſi lambendo ſumatur: motu vero ipſo continuo ſanata recrudeſcunt vlcera facile. In curanda phthiſi ratio habenda eſt cauſæ antecedentis & coniunctæ, ſi ruptum fuerit

vas

vas apertum, vel cerosum, generalibus remediis curabitur, quæ ante dicta sunt capite de sanguinis fluxu. si catharrhus fuerit in causa, pars mittens est roboranda diuersionibus & deriuationibus, vtẽdum & aliis remediis cap. de Catarrho explicatis. Diuertentia in catarrho labente in pulmonem sequentia adhiberi possunt cucurbitulæ appositæ scalpulis, lumbis, natibus, & sub mammis cum scarificatione: ligaturæ extremitatum, frictiones, sinapismus: capiti, cauteria siue fonticuli, brachiis, ceruici, & coronali suturæ applicanda. Seto est iuserendus collo, per hæmorrhoidas & menses in mulierib. sanguis educendus per basilicam, saphænam, & malcoli venas. Vlcus verò quod rationem habet coniunctæ causæ multis curatur remediis. Gal. c. 8. lib. meth. medendi scribit de vlcere pulmonis recenti vlcere laboranti iniungendum esse, vt nec magno vtatur respiratu ac semper agat silentium, præterea venam cubiti internam protinus esse incidendam, ex qua bis, terque postea sanguis est detrahendus. reuellendi causa tum artus omnes fricandos postea poscant dilutam tepidam potui esse offerendam, vti si quis in viscere sanguinis grumus latitet, dissolutus expuatur, atque hoc nihil vetat bis, terue, ternis horis facere, ab his vero etiam aliquod eorum quæ tum emplasticam vim habent, tũ astringens medicamentum exhibere, idque aut ex poscia diluta primum, aut ex malorum punicorum myrti vel alicuius huiusmodi astringentium decocto. Rursusque vesperi repetendum diminuto, si valentior sit omni alimẽto, sin aliter sorbitionis quod satis est exhibendum: maximè verò ad rem pertinebit, si etiam postea die septimo modò robustus sit

æger parum sanguinis ab incisa iam vena rursum detrahatur; tum victu, medicamētisque eodem pacto in quartum vsque diem vtatur. pectore interim si æstus adsit mellino rosaceove oleo madefacto: sin hiems nardino vnguento. quod si emplactico vti medicamento placet, vtere diacalcitide vel diapalma: hac nos ratione multos, inquit Gal. ad quos initio morbi accessimus percurauimus, quippe hoc maximum esse cuique magnopere attentum te esse oportet, vt videlicet statim à ruptura vasis facta cicatrisationem incipias, quo cruētum adhuc vulnus priusquam phlegmonē cōcipiunt, glutines: nā si ea semel inuaserit exigua spes est eius postea aglutinādi. In lōgiùs tamē trahere potest tempus; quòd verò huiusmodi vlceres vel difficulter, vel plane numquā curari possunt hoc in causa est, quia flegmone soluitur, pus & sanies sunt eluendæ atq; ex vtero quidem & vesica sua sponte excernuntur, quoniam videlicet pronis delabi licet tam elui, præterea à nobis possunt: in pulmone autem neutrum fieri omninò potest, quare omnibus quæ huic loco hærent vlceribus, vna reliqua est purgatio illa quæ per tusses fit; at si recte his quietem omnem imperauimus, nempe vt sensim respirarent nec loquerentur, quò vulnus posset glutinari, quæ potest esse tussientibus sanationis spes? At quæ ex pectore ducuntur triplex cōpendium siue vtilitatem præ iis quę ex pulmone extrahuntur habent. nam vasa multò sunt minora, & sanies in spatium interius effluit & in summa magis carnosum est pectus quàm pulmo: Nam asperæ arteriæ substantia quemadmodum carnis expers siccaque nulla alia animalis in parte reperitur, quæ etiam ipsa in huiusmodi reiectione erūpi solet, tum si quā

reliqua vena vel arteria sit rupta, ipsis asperis illæsis manentibus per solas osculorum apertiones transfertur sanguis. Itaque nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus sanguis emittitur. At videntur quidem prima saltem fronte tenuiores huiusmodi affectus vt qui copia vacuationis minimè terreant, sunt verò vel ob hoc ipsum grauiores quippe concretus circa ruptum vas, cruor, cui facilis transitus in asperas arterias non est, glutinationem prohibet. In septo transuerso fiunt & vlcera nempe aut in parte eius carnosa aut membranosa, in carnosa sanantur si phlegmone non occuparit, tunc enim difficilè sanantur: in membranosa sanari non possunt, nec in carnosa si penetrauerunt totam diaphragmatis substantiam.

In eo vt & in veteri vlcere victus ratio talis esse debet, aër eligatur siccus, quòd vlcera exsiccari postulent, sed controuersia est num calidus & siccus esse debeat, an frigidus siccus. Gal. In libro de sanitate tuenda elegit calidum siccum, at vt siccus est sanando vlceri accommodatus, ita calidus hecticæ febri fauet; quare Gal. eo loco non moliebatur phthisicos curare: sed eorum desperatam vitã protrahere. Verùm si curatio sit possibilis oportet eligere aërem parum frigidum ratione hecticæ, qui sit temperatus in humiditate & siccitate, nam siccitas vehemens hecticæ febri fauet, natiuus autem sit oportet, aut non multum à natiuo remotus. Verùm aër frigidus tussim mouet, nocetque pectoralibus partibus, quare cùm humectari possit corpus aliis rebus, suaderem eligendum potius calidum quàm frigidum; maior enim sequitur noxa ex frigido quàm ex calido: possunt enim faciliùs dãna calidi resarciri quàm

frigidi aëris, mutatio aëris salubris multis phthisicis extitit. Verùm qualisnam aër requiratur, indagandum, idque facilè poterimus ediscere ex præceptore Gal. qui capite 12. lib. 5. methodi medendi loquitur de aëris mutatione in phthisi, in quo loco proponit tabiarum monticulos qui huic instituto maximè accommodati videbantur, eosque præfert reliquis omnibus totius orbis. Licet tamen reperire aliquos qui ad illos montes proximè accedãt, quare illorum dispositio diligenter cõtemplanda, quæ talis depingitur à Gal. *Collis altitudo est mediocris via à mari ad ipsum 30. stadia ampliusque aliquid, sed non multò. locus autem ipse versus mare inflectitur, ille leuiter ad occasum nec in meridiem in totum plane procurrit*, ergo hic collis à vẽtis illis qui ab ortu flant Euro subsolano & Borea tutum defendit; nam hi venti sunt frigidi, frigidum autem pectori inimicum. *coniungitur illi in imo sinu alter collis non paruus vesuuius nominatus ex quo ignis egreditur, quæ res non parum mihi ad ambientis aëris siccitatem cõducere videtur, neque prope illos stagnum neque palus nec fluuius alicuius momenti vsquam in sinu illo habetur, omnibus vero ventis qui ab ortu ad æstiuum occasum perflant vesuuius collis obijcitur, multúmque cineris ab eo vsque ad mare peruenit*; omnia hæc aërem efficiũt siccum. Licet porro & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum scilicet, nec longè à mari, nec adeo magnum vt ventorum impetui sit expositus, nec adeo humilem vt subiectorum camporum halitum promptè recipiat. Caueatur autem ne versus Septentrionem vergat, propter dictam causam & quòd aduersus esset à sole. *Hoc in colle sunt herbæ agrestes, lotus, poligonum, melissophilum; fructices verò lentiscus, arbutus, rubus, hedera, & alij similes his.* Verùm

cùm talis situs sit quodammodo meridionalis cauendum est à defluxu qui solet excitari à vento meridionali, quare cum flat ille ventus æger in loco tenendus in quo vim illius non sentiat, qui Tabias nõ habent ad quas se conferant, habere correctum igne quoquomodo aërem poterunt; *qui si ex resinosarum præterea arborum lignis succenditur vtique facturus melius ad rem hanc sit quando inter pinos quoque pisteasque abietes domicilia parasse sic affectis vtilissimum esse prodiderunt, non postremi nominis medici*, vt scribit Iulius Alexander.

In tota victus ratione & curatione, reliquæ præcipuæ indicationes sumuntur ex vlcere, & hectica febre. Vlcus varia indicat sed potissimum detergentia & consolidantia: febris refrigerantia & humectantia. Minus præcipuæ indicationes sumuntur ab accidentibus, sputo sanguinis, tussi, macie, & aliis. sint ergo alimenta in primis boni succi. Ad abstergẽdum vlcus prodest ius ciceruṁ rubeorum coctorum in aqua hordei. Item farina illorum cicerum cum lacte decocta, mira censetur ptisana, cum saccharo rosato; panis tostus factus cum seminibus frigidis, spinacea, blitum, petrocelinum, borrago decoquuntur vtiliter in iure galli decrepiti, cum saccharo. Ad consolidandum si sputum sanguinis adfuerit dantur portulaca, lentes, abiecta prima decoctione ptisana ex farina amyli orizæ. Item carnes viscidæ, vt pedes animalium, partes cartilagineæ & mẽbranosæ. Ratione hecticæ prosunt multùm portulaca, cucurbita, iuscula pullorum, cerebellum hedorum, hepar gallinaceum, limaces, testudinum carnes, canceorum fluuiatilium, ranarum coxæ. Lac autem omnibus illis institutis satisfacere potest: parte

namque serosa abstergit; caseosa consolidat, butyrosa emollit, & humectat. si ergo habeatur maior ratio hecticæ febris quàm vlceris humectantibus, & refrigerantibus alimentis nutriendum est animal cuius lacte vti constituimus: si verò abstergendi sit intentio agglutinandi & consolidandi, alimentis ad id facientibus. Cum intentio est consolidandi, infundunt, in eo lacte panis bis coctus, aut chalybs in eo ignitus extinguatur, vel lapides igniti. fit autem hoc modo. Quinta pars aquæ pluuialis lacti admiscetur deinde chalybs feruens pluries extinguatur in eo ad consumptionem aquæ vel lapides igniti, sine fumo, donec aqua consumatur. vtimur lacte asinæ & capræ nutritis alimentis instituto nostro, accommodatis, nimirum astringentibus, ex Gal. cap. 12. lib. 5. metho. med. quorum illud frigidius est & humidius, hoc autem humidum quidem est & frigidũ, astringendi tamen vi pollet maiori quàm asininum, ob siccitatem aliquam admixtam. Dari ergo debent recenter emulta ne amittant suum calorem naturaralẽ admixto saccharo rosato, aut melle rosato prout medico videbitur; primò parua quãtitate, quò paulatim assuescat ventriculus, deinde augeatur pedetentim quoad peruentum sit ad ℥ vj. aut viij. Post sumptum lac nihil comedat per 4. aut 5. horas. Multa autem admiscentur lacti ratione diuersa ne concrescat, vt saccharum aut mel ad ℥ ß. in fluxu ventris chalybæri debet, aut apponi aliquod astringens, vt corallum, hypochistis aut aliud simile. Si tussis ægrum exerceat tracagantus admiscetur, in debilitate stomachi cinamomum. Verum in exhibitione lactis oportet aph. 64. lib. 5. Conditiones animaduertere. Quarum prima est *ne lac capite dolentibus exhibeatur:*

Nam ſubſtantia caſeoſa flatulenta eſt, butiroſa item, flatus autem auget capitis dolores.

Secunda ne *febricitantibus detur*, phthiſici verò laborant febre hectica. Rondeletius hanc conditionem intelligit de febre acuta humorali, hectica autem longa eſt, & partium ſolidarum. Itaque prodeſt humectando & refrigerando, tum ſua ſeroſitate detergit vlcera & ſua craſſitie, & butyroſa portione membris nudis acies humores effluentes non ſinit occurrere, vlcus quoque glutinat caſeoſa parte.

Tertia, *ne præbeatur ijs quibus hypochondria elata aut murmurantia ſunt*, quod lac flatuoſum ſit, flatuum autem præſentia augetur murmur hypochondriorum & tumor.

Quarta, *ſitibundis propinari non debet*; nam cùm ſatis oriatur ex immodico vẽtriculi calore & partium circunſtantium, ab eo lac nidorem contrahit, ac in malos fumos conuertitur.

Quinta *non eſt offerendum ijs quibus adſunt biliosæ deiectiones*; nam in iis denotatur maximus viſcerum calor, à quo in nidorem cõuertitur lac, & fumum malum: adde quod lac in aluo billioſa bileſcit. Verùm metus eſt ne deiectio billioſa in dyſenteriam mutetur. At Hipp. 7. epid. homini febrienti, & alui fluxiones billioſas habenti nouem heminas lactis præbendas iubet. Reſpondet ex Gal. lib. de ſimpli. lac præberi, aut vt alimentum, aut vt medicamentum. In epidemiis exhibet Hipp. vt medicamentum in billioſis deiectionibus, cùm illi non ſuppeterent alia remedia quàm excalefacientia valde quibus augebatur in corpore copia bilis.

Sexta eſt ne iis detur in quibus facta eſt copioſa ſanguinis euacuatio: quòd ventriculus ſit refrigera-

tus, lacque in eo acescat frigore: his animaduersis Hipp. scribit eodem aph. *Competere tabidis non admodum febrientibus*: nam etsi vlceri pulmonis lac conferat, tamen magna febri lac corrumperetur, adeout vlceri opem ferre non posset. Nomine autem magnæ febris intelligitur febris vehemens humoralis, à putredine nata, hectica enim quæ solet comitari phthisim, licet magna sit, lac tamen corrumpendi vim non habet, sed potius lactis vt contrarij vsu contemperatur.

Caseus recens salis expers conuenit Phthisicis ad consolidandum. butyrum solum valde non quadrat quod facile inflammetur.

Commendantur carnes pullorum & animalium recens natorum, ob vim glutinandi qua pollent; & præsertim eorum animalium pulmones propter similitudinem substantiæ, item pisces saxatiles, & alii laudabilis alimenti elixi; refrigerant namque, humectant, & aglutinant. oua sorbilia in aqua cocta conueniunt, passulæ, pineæ in sero lactis infusæ. Rhasis multùm in hoc morbo lacti attribuit. Quare eo pro potu vtitur cùm febris putrida abest, cùm vero adest, aut aqua hordei exhibenda, aut ptisana, aut hidromel.

Commedatur maxime decoctio chinæ cum iusculis pullorum, veruecis, caponum, galinarum; aut decoctio cancrorum fluuiatilium, vt chinæ radius ℥ ij. bulliant cum iusculo: si sputum sanguinis adfuerit, conuenit aqua chalybeata cum syrupo myrthillorum.

Vinum conceditur debilibus, sed rubrum, austerum.

Sommus nocturnus longus prodest, sed inter-

rumpitur, tuſſi, & expectoratione. meridianus eſt omnino vitandus.

Coïtus fugiendus, motus magnus, iracundia, & mœror abigenda ſunt.

Sed quia hic morbus eſſe ſolet longus, ſtudendũ eſt ſemper virium reſtaurationi, fit autem ex analepticis reficientibus, & corroborantibus. Ea autem in genere debent eſſe frigida, aut ſaltem temperata viſcida ſemper, quod ſubſtantia corporis à calore acri attenuetur, diſſipetur, fundatur & abeat in ſudorem. Talia autem ſunt caro teſtudinis nemoralis, carnes caponum iuuenum, vituli, & limacum, caro cancrorum fluuiatilium pręſertim colli, & pedum, tum caro coxarum ranarum, dactyli, pineæ, paſſulæ, iuiubæ, vngulæ caballinæ, borrago, bugloſſa, penidia, hordeum, ſuccus liquiritiæ, tragagantum amylum, amigdalæ dulces, ſemina frigida maiora, & minora, citoniorum, gummi arabicum, aqua diſtillata limacum.

Ex teſtudine fit teſtudinetum hoc modo: lauentur carnes teſtudinis aqua mixta cum cineribus, ſale, & ſulphure, ad eluendam craſſam viſcoſitatẽ, & quodammodo attenuandam quæ coctu eſt difficilis, & obſtructionum parens: deinde cum aqua dulci ad auferendam ſalſuginem impreſſam carnibus, coquantur cum hordeo mundato, & aqua.

Carnes cancrorum eodem modo lauandæ, non ob viſciditatem, ſed propter craſſitiem. Et quoniam carnes teſtudinis ſunt molliores, carnibus cancrorum ius etiam illarum faciliùs coquitur.

Limaces debent eligi montani, & præſertim illius loci in quo thymus & ſatureia naſcuntur, aliæque plantæ odoratæ. Diu verò ſunt retinendi ſine

alimento, inedia namque pinguescunt, cum crudum alimentum eo tempore coquant melius à ieiunio miscendum saccharum cum farina,& ea miscella nutriendi aliquot diebus, deinde coquendi in aqua cum turionibus thymi, & pauco sale,ad viscidítatem & crassitiem attenuandam, tandem coqui cum iure galinæ,veruecis,aut vituli,aut potius cum lacte.

Ranarum caro est elixanda & ita comedenda. Ex carnibus caponum fit pistum hoc modo, pistentur carnes semicoctæ in mortario marmoreo, deinde adde sacchari quantùm sufficit, coquantur cum iusculo carnium caponis, vel vituli ad modum cocturæ orizæ paulatim infundendo iusculum.

℞. Carnium testudinis extremitatibus ablatis ℔ ß. carnium pedum, & colli cancrorum fluuiatilium ℥ ij. carnium coxarum ranarum ℥ j. florum violarum, nenupharis an. ℥ j. quatuor seminum frigidorum maiorum,maluarum,bombacis,cichorij papaueris albi,liquiritiæ rasæ, an.℥ j.ß.graminis tracaganthi & arabici an. ℥ j. hordei mundati, passulæ, pineorum,pistaceorum, iuiubarum, dachylorum an. ℥ ij. penidiorum ℥ iiij. sacchari ℔ j. ß. fiat syrupus vt artis est vel

℞. carnis testudinis præparatæ ℥ iiij. passularũ, pineorum, iuiub. dactyl. an. ℥ j. vngulæ caballinæ, seminũ lactucæ,scariolæ, cucurbitæ, an.ʒ ß.florum rosarum buglossæ,maluarum an.pug. j. decoquantur ad ℔ ij.addendo sacchari penidiati q.s.fiat syrupus de quo capiat mane ℥ iij. ieiuno stomacho, vel ℥ iiij. vel,Ioan.Paschalius omnibus præfert sequẽs.
℞.foliorum lactucæ m̃.iij. capill. ven. m̃.j. hyssopi m̃.j.liquiritiæ recentis ℥ iij. pulmones hirci ij. pul-

monem vulpis. j. carnis cãcrorum præparatæ ℥ iiij. testudinis nemoralis, limacum añ. ℔ ß. ranarum ℥ iiij. facchari candi ℥ viij. pulueris diatragac. frig. ℥ iij. boli arme. puluer. ℥ ij. fiat distillatio lento igne, sumat mane ℥ iiij. cum pauco saccharo, continuet.

℞. carnium testudinum nemoralium præparat. ℥ ij. pulpæ passularum & amygdalarum dulcium excorticatarum añ. ℥ j. granorum pineorum, aqua rosarum frigida priùs infusorum ℥ ß. pulueris electuarii triassantali, aut diatragaganti ʒ iij. seminis papaueris albi ʒ j. pulpæ, seminum cucurbitæ ʒ ij. cum saccharo dissoluto in aqua borraginis, fiat electuarium solidum vt manus Christi & vtatur.

℞. carnis testudinum præparatarũ & cancrorum fluuiatilium præparatorum añ. ℥ j. pineorum maceratorum in aqua rosacea ℥ j. & ß. pulueris diatragaganti frigidi ʒ j. diairis simplicis ʒ ß. facchar. albi dissoluti in eadem perfecte q. s. fiat ad formam pineolati remanentibus integris pineolis vel adde amigdalarum contusarum q. s. fiat tarta vel marcipanis.

℞. Carnium caponis iuuenis mediocriter coctarum ℔ j. seminum quatuor frigidorum ℥ j. ß. pineorum infusorum 24. horis in aqua violarum ℥ iij. sacchari albi ℔ j. seminis endiuiæ, scariolæ, lactucæ, añ. ℥. j. amyli, hordei añ. ℥ iij. saccharum leuiter coquatur cum ℔ ß. aquæ violatæ, deinde misceantur pinea cùm refrixerit saccharum, terãtur in mortario addendo carnes vehementer contusas triturentur perfecte; addantur postremo pulueres præscripti, fiat confectio solida per frustula ℥ j. capiat vnum ante, & post pastum.

℞. Penidiorum ℥. ß. ſucci liquiritiæ amyli, ſeminum papaueris albi, portulacæ, lactucæ, ſcariolæ añ. ʒ. iij. gummi arabici, tragaganti añ. ʒ. ij. roſarum rubearum, liquiritiæ añ. ʒ. ij. g̃. v. ſeminum quatuor frigidorum mõdotatum, citoniorum, maluæ, bombacis, violarum, nucleorum pini, piſtaciorum recentium, amigdalarum dulcium, pulpæ ſebeſten. añ. ʒ. ij. ſandali albi, & rubri añ. ℈. iiij. gariophilorũ, ſpodij aut loco illius, ex Dioſcoride cap. de polma, nucleorũ dactylorum præparatorũ, aut ſandali rubri, cinamomi añ. ʒ. j. croci grana v. fiat puluis ad vſum vel excipiẽdus triplo ſyrupi violati, electuarium fiat molle.

Paſta regia ex iiſdem poteſt fieri, ſi cum puluere admiſceatur ſufficiens quantitas ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua roſarum. ℞. pulpæ pectoris caponis ac perdicum filo ſerico cremeſino tranſmiſſarum ponatur in vaſe vitreo, it aut fundum vaſis non attingant, adde margaritas, gariophil. corallum rubrum, puluerata tenuiſſimè, diſtilentur in balneo mariæ, capiat mane ex eo diſtillato ℥. iiij. vel v. Puluis reſumptiuus eſt admirabilis in hoc affectu.

℞. Papaueris albi ʒ. x. gummi arabici, amili, tragacanti añ. ʒ. ij. ſeminis portulacæ, altheæ, maluæ añ. ʒ. v. ſeminis cucumeris, melonum, citruli, citoniorum mundatorum añ. ʒ. vij. ſpodii, ſucci liquiritiæ añ. ʒ. iij. penidiorum ad pondus fiat puluis, dentur ʒ. ij. cum ʒ. v. ſyrupi papaueris, ℥. vi. æquæ vngulæ cabalinæ, capiat mane.

Hæ medicamentorum diuerſæ formulæ deſcribuntur eo fine vt diuerſis temporibus vſurpentur: cùm enim phthiſici longo tempore ægrotent, faſtidioſi ſunt; oportet ergo ſæpe mutare remedia, noua namque remedii forma oblectantur & medici cu-

ram diligentiam & sagacitatem suspiciunt & admirantur non sine eorũ qui ęgrotant cõmodo insigni.

Ad detergendum vlcus melicratum vel hydromel laudatur maximè ex ℔. j. mellis & aquæ pluuiæ ℔. viij. Si æger sit frigido stomacho.

℞. aquæ pluuiæ ℥.x.cinamomi electi ℥.ß. mellis ℥.ij.fiat melicrotum,eo vtatur in potu.

Si vlcus ortum duxerit à sanguinis sputo leuia esse debent adstergentia, ne venæ rursus aperiantur vt aqua hordei, mulsa cum maiore aquæ copia facta quemadmodũ solet præscribi. vel in decocto hyssopi saccharum soluatur, aut succus caulium viridium coquatur cum pauco melle,& lingatur.

Sequentes pillulæ detersioni inseruiunt. ℞.gũmi ammoniaci ℥.j.succi liquiritiæ ʒ. ij. pulueris iridis florentiæ ʒ.j. summitatum hyssopi ℈. ij. croci g̃.v. macerentur cum oximellite scillitico formentur pillulæ tres pro dragma, detur vna duabus horis à cœna. ℞.syrupi hederæ terrestris ℥. j.florum sulphuris q.s.ad consistẽtiam looch capiat per interualla,syrupus componitur à Quercetano in Pharm.dogm.restituta,item ℞. butiri recentis ℥.ij. resinæ pini ℥.iij. therebinthina ℥. j.gummi elenii ℥.ß. fiat vnguentũ exteriori parte apponendũ qua dolor percipitur. Cũ vlcus detersũ est quod dignoscitur sputi copia perexigua cõsolidationi studẽdum est,ad id præstandũ.

℞. Radicum labri veneris cocti & cubellati ℥. iij.mellis despumati ℥.iiij.misce,vtatur sæpe,vel ℞. gummi cedri & mellis añ. partes æquales,misceantur, vtatur sæpe conserua rosarum, mira est in hoc affectu, nam præter quòd sistit defluxiones in pulmones prolabentes,prodest mirum in modum consolidationi vlcerum pulmonis.

℞. Sanguinis draconis lachrimæ terræ lemniæ, boli armeni, lapidis hæmatithis, añ. q.s. dissoluantur cum lacte, aut aqua hordei, aut syrupo citoniorum cupiat sæpe ex cocleari. ℞. pulueris corticum ouorum ℥ ß. terræ lemniæ, sanguinis draconis añ. ʒ i. syrupi citoniorum aut mirthyllorum q.s. fiant formulæ rotundæ teneantur sub lingua.

Ad extremum consolidandi gratia Lāgius vsurpat aquā stillatitiam hederæ terrestris per 14. dies mixtā cum saccharo rosa. vel ℞. succi depurati hederæ terrestris ℔ ß. sacchari fini. ℥ iiii. & ß. decoquantur ad spissitudinem syrupi detur ℥ j. cōseruæ rosarum, fumi ex rebus aromaticis & siccantibus, aut aliis, vt ex herba reginæ exsiccata, hyssopo, possunt valde prodesse si sæpius aër in quo phtisicus habitat suffimigetur, inspiratur, namque & qualitatibus suis pulmonem afficit. ℞. farinæ hordei, includatur olla, respergatur aqua symphiti maioris aut eius decocto, torrentur in furno, cuius accipe partem vnam, panis triti alteram. Coquantur in iusculo: vel paretur polenta ex farina illa sola, & perseueret longo tempore. Ad eundem scopum confert sanguis hædi distillati in B. M. ℞. aquæ rosa. ℥ j. ß. sacchari ʒ iij. olei calcanthi gutt. iij. aut iiij. capiat longo tempore singulis diebus mane. Ad dolorem lateris in phthisi. ℞. Florum camomillæ m̄. j. seminis cumini ℥ j. ß. fiat decoctio pro fomento, residuum includatur sacculo & applicetur.

De Marcore & tabe. CAP. VI.

Ex Gal. Marcor est corruptio viuentis corporis ex siccitate diuiditur corruptio in eam quę fit &

in eam quæ facta eſt; Marcor in prima ſpecie eſt intelligẽdus. Alia diuiſio, marcor vel eſt proprius vel improprius. Proprius à ſubiecto cum ſit viuentis corporis, triplex erit animalis, ſtirpis, ſeminum improprie ignis eſt alia diuiſio; Marcor ſi fiat à ſola ſiccitate, ſimplex marcor appellatur, at ſi cum ſiccitate iungatur aut calor aut frigus compoſitus erit à ſiccitate ſola contingit in fame extrema à ſiccitate & frigiditate hectica ſenectus, ſi à calore & ſiccitate in corde animalis, hectica febris, marcor retorridus. Alia diuiſio. Marcor vel eſt partis vt atrophia aut totius de marcore totius diſputatio inſtituitur, totum autem nõ poteſt marceſcere, niſi principium animalis affectum fuerit, à quo deſcẽdit in reliquas partes. Quare marcor erit exſiccatio cordis, alia diuiſio; marcor quidam eſt naturalis, alius violentus naturalis, vt ſenectus; naturale enim dicitur duobus modis aut quod eſt opus naturæ, veluti nutritio aut incrementum, aut quod ſequitur ad rei naturaliter agẽtis actionem & effectus illius exiſtit, vt ſenectus & mors naturalis quæ euitari non poſſunt propter neceſſariam caloris innati in humorem radicalem operationem. Neque calor innatus diſſipat humorem radicalem eo modo quo flamma materiam cremabilem. Nam trahit alimentum, materiam præparat, apponit, agglutinat, aſſimilat, flamma autem diſſipat, quare ſimilitudo peccat in modo vt ſcribit Gal. c.3. lib. huius, neque etiam in ſimilitudine quærenda perfecta identitas, veréque dicitur ſimilitudines claudicare altero pede, veram tamen eſſe conſumptionem humoris radicalis à calore innato demonſtrat Gal. c.4. huius; argumento primùm ducto à naturæ progreſſu in generatione, quæ cum pro-

creet omnia ex aliqua materia in generatione sibi proponit finẽ,finis vero in procreatione naturę propositus est perfectũ reddere id quod fit, quod tũdemum perfectum existimatur cum nulla propriarum actionũ desit,at multę sunt in actionibus,quæ duris indigent instrumentis, quare oportet illas duriores fieri:nõ poterunt tamẽ in principio ortus tales esse, nam quod efformandum est, molle existat oportet, oportebat ergo prius molle esse corpus: sed mollia membra perfectas edere actiones nequeũt: indurari ergo erat necesse,quare si est necesse vt generatio animalis,principiũ habeat ex molli materia,quę vt perfecta euadat durescat oportet, necessariũ in ortu & prima elementorũ temperatione humidum & siccũ exuperare mole & quãtitate humidũ illud,est aqueũ: nam aëreum non est commodum vinculũ partium siccarum, vinculum est namque laxum & minimè compactum.Siccum verò duplicis naturæ,vel enim terreum est,vel igneum,fieri autẽ nõ poterat, vt ex terreo plus misceretur, quia humidũ debet esse animalis principium : relinquitur ergo igneum exuperans,à quo tractu temporis humidum , à quo molle nascitur, indurari & exsiccari,non à siccitate tãtùm sed magis à calore. Quare senectus quæ genere eadem est cum marcore, quantitate sola differens ineuitabilis est.Cuius principium dignoscitur humidorum excrementorum prouentu quorum præsentia multi decepti,iudicarunt humidam esse senectutem certè excrementis senectus est humida,partibus solidis sicca & frigida. Cruditates & penuria caloris magnam excremẽtorum copiam producunt. Partes autẽ solidæ, quia minùs quàm par sit aluntur,exsiccantur & frigescunt.Vitari ergo nõ potest senectus.

Quæra-

Quæramus num retardari poſſit. Senectus ſiccitas eſt & marcor partium ſolidarum, & præſertim cordis, atqui illa ſiccitas retardari poteſt à contrario, ergo & ſenectus tardari. Ars quæ illud procurat eſt ſenum mitiorum ἐγγηροκομική: humectant autem corpus balneum, ſomnus, nutrimentum. Quare Homerus ſcribit de ſene vt lauit, ſumpſitque cibum, dat membra ſopori. Alimentum enim efficitur pars corporis nutriendi, quocirca eam humectat, balneum autem & reliqua humectare dicuntur, quia prohibent ne partes exſiccentur, vel quia cum ſint humida, quia humiditatem contentam in eorum capacitatibus adaugent & irrigant. vltima autem quæ exſiccantur in corpore membra ſunt iecur, & cor: illud quidem quòd ſit officina ſanguinis, hoc vero quia attractrice maxime pollet facultate, ergo vltimum areſcit. hoc confirmatur inſpectione partium in animalibus marcore interemptis. A fame qui interimuntur proxime accedunt ad marcorem. Nam omnes corporis particulæ non æque exſiccantur. Cor namque & iecur poſt mortem fere ſe habent ſecundum naturam, neque moriuntur niſi penuria ſpirituum. At in vero marcore omnes æquabiliter ſecundùm proportionem partes marceſcunt, vt in ſenectute, febre maraſinode, in hectica ſenectute, in ſincopolo marcore, quando à ſyncope euaſerunt, nonnihil tamen illius affectionis eſt relictum quod marcore inuehit. hectica autem ſenectus contingit poſt febres ſanatas nimis refrigerantibus, vt aquæ frigidiſſimæ potu, aut medicamentis frigidis. Marcor retorridus eſt quidam qui ex ardentibus febribus originem habet. Atque cum hæ ſint ſpecies marcoris quærendum quinam ex

illis ſanari poſſint.

Omnes qui extenuantur marcore non ſunt affecti, quare extenuatio eſt duplex, ratione materiæ conſumptæ: vna eſt quando ſolidorum corporum humiditas, quæ eſt proprium eorum inſtrumẽtum, diſſipatur, & tenere carnes fundũtur. Altera quando corpora ſimilaria exſiccantur. Illa curabilis, licet periculoſa, ideo Hipp. pronunciauit *quæ ſubito extenuata ſunt corpora, cito referre oportet, & quæ ſenſim pedetentim*; hæc verò inſanabilis.

Senectus hectica calefacientibus & humectantibus curatur, marcor retorridus licet ſit incurabilis ad vitæ productionẽ petit humida frigida. Syncopoſis marcor quodammodo curationem miſtam intelligendo de eo qui fit non de facto & abſoluto, cui remedium nullum ſuccurrit. Dicamus de remedijs marcoris, hecticis febribus ſolitarijs. balneum maxime conuenit omni tempore. Si autem ſit coniuncta cum humorali putrida, nũquam conuenit niſi cocta materia. eadem eſt ratio exhibitionis aquæ frigidæ, quæ vt balneum debet exhiberi conſtantibus viribus nunquam imbecillis, quare in principijs illis eſt vtendum, cum vires adſint; nam cum prægræſſæ ſunt febres, imbecilles exiſtunt. eodem tempore regioni cordis ſunt applicanda remedia frigida de quibus paulo poſt, neque tamen adhuc balnei vſus eſt commodus, ſed etiam in hectica ſenectute, hoc namque admirabile habent balnea quod calidis & frigidis ſiccitatibus iuuent, & hoc etiam quod ſitiẽtibus ſitim tollunt non ſitientibus conciliant. Si verò Eryſipelatoſa affectio ſit coniuncta cùm febrè hectica à balneo abſtinendum. ſed aqua frigida in ſtatu morbi

eſt vtendum multa & frigidiſſima. In principio autem nō exhibēda niſi nos cogat æger, vt qui potioni frigidæ ſit aſſuetus & ſitim tolerare non poſſit. Quæ verò danda ſunt & applicanda hæc cēſentur; humidæ & nouellæ lactucæ præbendæ, in aqua tamen prius frigida abluendæ atque ita edēdæ ad ſaporis comendationē, poſſunt comedi cum aqua frigida & aceto extrinſecus animalis regioni cordis applicatis ſuccū lactucæ intybi ſemperuiui, & alia refrigerantia, omphacium etiam. fit autem medicamentum tale. Vuarum immaturatarum ſuccus expreſſus vna cum portulacis, in pilū conijcitur, poſtea contuſus vna exprimitur, vnaque illud in frigidā aquam immergitur. vbi autem, vti volumus, parum albæ farinæ admiſcemus, deinde excipientibus duplicato linteo extrinſecus ſupra hypochondria applicamus ſiuimus morari quoad calefieri incipiat, pergentes vſque dum refrigerari ſe ſentiat æger, & ſitis eius extinguatur oleum roſatum, omphacinū prodeſt huiuſmodi affectibus, præſertim phlegmonoſis his præſcriptis agit Gal. de victus ratione in marcoribus præſcribenda.

Marcor retorridus, qui ex ardētibus febribus ortum ducit refrigerātibus prohibetur remedijs tum extrinſecus impoſitis, tum initio aſſumptis; ſenium ex morbo natum, ſi factum fuerit non curatur ſi in fieri adhuc conſiſtat, curatur analepticis & reficientibus alimentis præſertim: quæ alimenta cum debeant attrahi à partibus, in marcore facultas attractrix eſt imbecilla, propter ſiccitatem, cui ſi adiuncta ſit frigiditas parum ab interitu abſunt. Oportet ergo vt alimētum eius ſit diſpoſitionis vt facilè trahatur; attrahitur verò facilè alimentum

tenue & calidum. at tale parum nutrit, nutriunt enim ea quæ sunt firmæ consistentiæ, quæ dissipari facilè non possunt, tale autem difficile attrahitur, mediæ ergo consistentiæ alimentum est excogitandum: quale est lac, præsertim si muliebre è mamma sugatur, aut saltem asinium adhuc calidum exhibeatur. Conueniunt itaque huiusmodi alimenta herticæ senectuti, marcori, syncoposo, & marcori retorrido, quibus etiam conueniunt lac, ptisana alica, cui debet addi acetum ad faciliorem distributionem, vt & ptissanæ. mel vero frigidis affectionibus vtilissimum est, calidis autem est maxime noxium. Balnei verò vsus opportunus tum ad ea quæ dicta sunt, tum ad cibi distributioné peragendam præstantissimum est remedium, quia attrahit ad superficiem. Verùm illud cibo iam cocto assumendum, non tamen post mediam longiorem si namque ei qui nuper comederit balneum adhibeamus, crudis humoribus replebitur, si vero illi qui diutius à cibo abstinuerit, vires diminuet vini vsus sicut in frigido marcore magnopere iuuat, ita in retorrido fugiendus, medio autem se habet modo in syncoposo marcore, quia affectio est mixta. Quare vinum & alimenta temperata offeremus, tum corpus vniuersum densabimus.

De tabe dorsali, CAP. VII.

TABES dorsalis fit à medulla, inquit Hipp. lib. 2. de morbis. Intelligit autem medullam dorsalem, & spinam dorsi: defluit namque in eã humor siccans, quod cõijcere licet ex ijs quæ Hipp. subdit. *Et si interroges*, inquit, *ita affectum dicet sibi supernè de*

capite in spinā veluti formicas descendere, videri. quæ significant defluxus materiæ acas è cerebro in spinalem medullam. Lomnius addit. *in caput vehemens & acutus incidit dolor*, atq; hæc sunt signa principij morbi, progreditur autem, ad aias partes defluxio, quare addit, *dolent etiā lumbi, crurumque musculi, & crurum articuli, sit vt inflecti etiā non possint.* quæ pertinent ad incrementū morbi, vt & sequētia, *aluus pigra*, debilitate intestinorum & sphinteris tum fœcū siccitate. Cùm autē aluus, vel vrina reddūtur profluit genitale semē multum & liquidum: idēque fit per somnium siue aliqui vtatur fœminæ cōsuetudine, siue careat, ad confirmationē huius signi potest adduci historia Hipp. sect. 8. l. 6. epid. sententia 42. *Satyrus in Tharso qui cognomento Gripalopex vocabatur, annos 25. natus sæpius per somnū genitale semen excreuit, sed & per diē illi multotiē promanauit. Cum autē iam annū trigesimum attigisset, tabe correptus mortuus est.* Semen etiā in vtero non manet. per vehementes itineris labores maximeque si altior locus superandus sit, corpus summe labefactatur, respiratio fit difficilis, caputque graue est & aures sonāt, qui sic laborat febre caret, & quāquam nullo vrgeatur cibi fastidio, eius tamen nullam fructū sentit, penitusque cōsumitur, quò magis ipse morbus inueterascit, eò magis homini omnia dolēt. Et crura veluti ab aqua inter cutē intumescunt, nonnullis vlcera à tumbis emergunt, quorum alia sanescūt, alia rursus nascuntur, tandem orta graui suffusione homo penitus obcæcatur.

Præparationem huius morbi exprimit Hipp. cum ait, *corripit autem hic morbus maxime recenter sponsos, tum alios qui nimiū veneri indulgent. reuertitur nonnunquam sanatus per septenarios annorum.*

Verum cur exsiccata medulla, spinali totum contabescit corpus? An quia omniũ partium præsertim principum mutua est symmetria,& consensus. Quare cum in hoc morbo exsiccetur cerebrum sequitur vt ex eo ortæ siccentur,& reliquæ partes.

Hipp.de exitu huius morbi hoc modo loquitur *hunc ægrũ temporis progressu perdunt febres lipiriæ*,in quibus interna vruntur ab incendio intus concepto exteriora vero frigent.

Hipp.curationem huius morbi ita præscribit, *ab initio fomentũ per totum corpus adhibito.* balneum aquæ tepẽtis,possumus nos,loco fomenti applicare, optimum autẽ fuerit si vere hãc curationẽ agrediamur. *Postea vero serũ,aut lac asininum bidenti dato, deinde bubulum.* Lac per quadraginta dies bibendum intellige mane,& vt decet ad vesperam vero quādiu lac potat alicã sorbendã dato. Alica autem fit ex zeæ mixto cum farina zoæ siue spiltæ. A cibis crassioribus abstineat. postquàm vero lac bibere cessauerit cibis delicatioribus ipsum reficito, ex modico initiũ sumens, & quàm maxime crassum ac pinguem facere studeto, tum per annum ab ebrietatibus, venere & laboribus abstineat,exceptis deambulationibus,in quibus vitet frigus,& solem. tepida autem sæpe se lauet.

De empyemate, CAP. VIII.

EMPYEMA, communi significatione est collectio puris in aliqua parte corporis, præcipuè tamen sumitur pro puris collectione facta in thoracis capacitate. Duretus cõmento in trigesimum tertium aphorismũ, capitis de empyemate Coac.prog. scribit inter empyema, & empyon hoc interesse. quod empyematis nomen omni cuiusque

parti ſuppurato apponatur, empyō autem non niſi purulento, à pleuritide & peripneumonia, ob collectionem puris in capacitate thoracis.

Naſcitur empyema ex varijs cauſis, nempe ex vomica rupta in pleuritide peripneumonia, & angina, aut ex ſeroſo & pituitoſo humore è cerebro aut reliquo corpore in capacitatem thoracis irruente; vel ex rupto aut erroſo in iſtis partibus vaſa aliquo, à quo effunditur ſanguis in illam capacitatem, tandemque putreſcit, vt videre eſt, in vulneribus pectoris.

Magnitudinis ſigna ſunt magna & quæ vix ferri poſſit grauitas in diaphragmate percepta, cum anxietate, frequens reſpiratio, ſermo velox, & interceptus, narium contractio quæ inſpirando contingat.

Gradus illius per quos in tabem extremam dilabuntur empij ab Hippocrat. deſcribuntur in Coac. prænotionibus capite, de empyemate & in prognoſticis.

Qui ſuppurati fiunt, inquit Hipp. *maxime ex pleuritide, & peripneumonia, eos labores, id eſt, febres comitantur interdum exiguæ, noctu vehementes nihil memoratu dignum expuunt, ſudantque circa collum & clauiculas*, quæ ad primum gradum pertinent & principium morbi oſtendunt; *ijs oculi canantur, maxillæ verò rubēt*, quæ ſunt ſecundi gradus & incrementum ſignificant. *Peius autem calent digiti extremi & exaſperantur*, quæ ſunt tertij gradus, *curuātur vngues, & refrigeſcunt circa pedes, tumores excitantur, & circa corpus puſtulæ ab Ichoribus, abhorrent cibos.* quæ ſunt ſigna extremæ maliciæ & conſumptionis.

Quātitatis autē puris cōtenti in capacitate thora-

cis signa scribit Hipp. in Coacis, *inter empÿcos, quibus concussis humoris multus fit strepitus: parcius illi pus habent quàm quibus exiguus modo spirent facilùs & melius sint collorati: At quibus ne minimus quidem excitatur strepitus: sed fortis dipsnea liuidique vngues, pleni sunt illi pure & desperati.* Aph.7.Coac.progn.capite de pleuritide futuri empiematis signa sunt, & præsagia *si angina peripneumoniæ succedat nisi septimo die intereant ægri, aut fiat pituitæ eductio, id est spumosæ substantiæ, suppurati fiunt.*

Si pleurıticis initio sputationes totæ purulẽtæ sunt, hi tertio aut quinto die moriuntur, quos si effugerint neque leuius habeant purulenti fieri incipient.

Quicunque dolor in pulmonibus aut latere non cõquiescit neque expurgationẽ sputi neq; venæ sectione, neq; ratione vitæ in supurationẽ cõuertitur.

Et in Coac.capiti de pleuritide *qui è pleuriticis, facti sunt suppurati quadrag. diebus erupta vomica expurgãtur.*

Quoniam vero diuersis tẽporibus rumpũtur ababscessus ex quibus nascitur empiema. Hipp.34.aph. capitis de pleuritide peripneumonia, & empyemate Coac. prog. ostendit ex quibus desumenda sit signatio temporis his verbis.

At vero quæ grauè rumpuntur, signantur ex his quæ superueniunt, & ÿs quæ initio apparuerũt signis, simul autem & si quid difficiliùs spiret æger. superueniunt autem rigor qui ante non fuit, & grauitas loco doloris. hi autem rigor commouetur non cacochymia vasis in partes sensibiles expressa, sed à pure in vomica concepto & effuso in capacitatem thoracis.

Celeritas etiam ruptionis conijcitur ex celeritate confectionis puris abineunte inflãmatione: nã cita puris confectio, citiam quoque habet rupturam,

nisi alio cursum inflectat, & per expectorationem euacuetur. Initio verò apparent signa pleuritidis, & peripneumonia. Duretius ex Hipp. scribit alia signa his verbis, *Accidere necesse est dolorem dipsneam & Phtirtismum ante puris eruptionem.*

Coniectura etiã sumi potest ruptionis ex diebus criticis; Qure inquit, *plurimæ autẽ suppurationes rumpuntur, aliæ quidem vigesimo die, aliæ quadragesimo nonnullæ* 60. vigesimo quidẽ die rumpuntur numerãdo à principio inflãmationis. Quare *qui inflammatione planctæ, & pulmonum laborant, nisi intra decimum quartum diem ceperint expurgare, fiunt empyi.* ex aph. 8. lib. quinti & 27. huius capitis. Non fient ergo empij statim: sed post septem dies qui erit vigesimus. Quare si quis ab horrore statim nouos labores experiatur, inquit Duretus, partium afflictarum in respiratione sublimi, in tussi, in ptielismo, idque cõtinẽter & fortiter vomicæ ruptionẽ habebit, quoad longissima esse potest, intra septimum horroris diem quibusdam enim fit & celerius.

Signa autem celeritatis aut tarditatis ruptionis sumuntur ex calore humoris & partis obcessæ, aut eórum frigore, non prætermittẽdo ægri vires ætatem, naturam, anni tempus, regionem quod ita explicat Hipp. *Quibus itaque dolor est fixus & antiquus difficultas respirandi tussis cum sputatione frequenti, ad diem vigesimum eruptionem aut citius spectat. Quibus autem ea leniora pro ratione & proportione*, seriùs contingent verùm numerandi diuersa ratio est, quam explicat Hip, hoc aph.

Sed ratio ineunda tẽporis à quo primùm fuit sæuus dolor aut grauitas, aut febris exacerbata, si forte tũ rigor inuadit: Nam, *cùm pus fit, dolores ac febres magis accendentur quàm*

cum factum est. Accedere autē est necesse dolorem dipsneam & ptyelismū ante eruptionē. Causa doloris & dipsenæ clara est, ptyelismi autē hæc est, quòd resudet ichor serosus & mēbrana qui ptyelismum & sputationem promouet, atque hæc de signis futuræ ruptionis vt captemus occasionem remediorum adhibēdorum, nam nisi citò succurratur Empio illi, in tabem labitur in eam autem incidere quosdam ostendit *Quibus in pulmone fit empyema hi quadraginta diebus à ruptione pus expurgant sed his frustra exactis tabidi fere redduntur*, quia puris diu stabulantis acrimonia, quam ipsa putredo peperit, errosi pulmones vlcerantur, ex quorum vlcere nascitur phthisis.

His itaque positis oportet deinde signa percurrere quibus dignoscamus eos qui euasuri sunt, & qui perituri. Quare inquit Hipp. *Quibus igitur & ipsa febris statim à ruptione vomicæ discedit, & concuspicunt cibos, ipsum verò pus educitur facilè, album, nihil olens, læne & æquale, nec feruidū, atque tum aluus pauca, & figurata exierint, hi ferè cō festim seruātur.* Hæc enim sunt effectus naturalis facultatis, & animalis robustæ qua expellitur pus optime coctum, & excrementa alui, tum robusta est appetens facultas quæ omnia in bonis ducenda. Sequuntur signa desperatæ salutis.

Quibus autem inquit, *veniunt inde febres, & cibi fastidium atque pus exit liuidum aut viride, spumans, feruidum, aluusque liquida est, moriuntur*, febres quidem ex maligna putredine puris effusi, sitis ab ardore pulmonum, cibi fastidium ab ichore maligno, qui in aluum delatus vim appetendi labefactat, pus liuidum ab emortua parte, & per extinctionem caloris innati, viride, nondum emortua sed incendio con-

flagrante, ſpumans, & feruidum vi caloris contra naturam plurimùm humórem agitantis, aluus liquida debilitata coctrice naturali & retentrice ex quibus neceſſariò moriuntur. Et quia inter hos quidam ambigunt, ſcribit Hipp. *Quibus autem ſigna quædam prædicta adſunt, quædam verò abſunt, alij moriuntur, alij poſt longum temporis ſpatium ſeruantur.* Impendet verò nonnumquam recidiua de qua Hipp. *Quibus purulentis mitiora ſunt omnia, ſi poſtea pus edant fœtidum, ijs recidiua mortifera.* Recidiuæ huius aſſignantur cauſæ, vetus cacochimia, aut perennis generatiō puris ab vlcere pulmonum, ſi autem pus fuerit fœtidum, à corruptione quæ naſcitur ab extinctione caloris innati partis vnde manat, ex qua fiet reuerſio ſymptomatum enumeratorum, doloris, ſebris, difficultatis reſpirationis, & grauitatis; mortifera quidē erit hæc recidiua, quia morbi diuturnitate, & malignitate vires effectæ languēt cum acceſſione maioris infirmitatis & ſympathiæ partium omnium ſociarum, & vicinarum cordis ſcilicet & pulmonum.

Curatur empyema medicamentis, pus educentibus deſcriptis capite de pleuritide, alijſque remedijs ibi explicatis, aliquando tamen vbi magna copia puris adeſt, itaut ſuffocatio timeatur; inciſio facienda eſt, poſtquam magna remedia fuerint adhibita. Satiùs namque eſt eos cum incommoditatibus diu viuere quàm ſtatim mori. Hec autem ideo fit quia natura faciliùs vitium quàm inopiam patiatur. Inopia autem, & priuatio caloris naſcitur ex vacuatione facta per inciſionem, ſimul enim cum pure effunduntur ſpiritus & calor. Inopia

enim nullo modo resarsiri potest in illis. vitium vero emendari, aut saltem ne peius fiat longo temtempore cohiberi. Ante sectionem & vstionem inuestigandum est, quo in loco pus sit collectum, & qua parte pectoris, nam spatium thoracis per mediastinum est diuisum in duas partes. Ex quo fit, vt nonnunquam pus alteram tantum capacitatem occupet sinistram, vel dextram nonnunquam vtramque. Id cognoscitur tumore partis, dolore, calore, pondere puris strepitu. Tumet enim & latius quodammodo cernitur latus, in cuius capacitate pus est collectum, tum cutis exterior afficitur calore præter naturam ab euaporatione corrupti puris calidum efficitur latus à putredine, & halitu puris contenti, dolor quoque augetur ex decubitu in sanum latus, quia pendens tumor magis onerat partem læsam, strepitus manifestus dum agitatur corpus, in affecto latere auditur grauitas adest & pondus, à copia humoris contenti in illa capacitate Hipp. lib. 3. de morbis experimento quodam inquirit latus affectum, iubet enim creta liquida, ac tepida linteum tenus imbui eoque totum thoracem obuolui, in qua parte illud linteum primum resiccari ceperit in ea sectio aut vstio facienda est.

Vbi signis de loco in quo pus residet constiterit non statim tentanda sectio, aut vstio lateris, sed ex consilio Hipp. In Coacis proferenda in decimum quintum diem à ruptione vomicæ, donec iterum pus illud coquatur, quòd semper post eruptioné rarescere soleat, propter maius spatiũ in quod labitur. Interea lacte cibisque euchimis nutriendus æger, omniq; remediorũ genere iuuandus præteritis

quindecim diebus celeriter ſecandū, aut vrendū latus antequā pus corrūpatur, viſcera interna labefactantur, & vires corruant. Sectio fieri debet inter quartam & quintam coſtàm, numerando à notis coſtis ſurſum; nouacula quæ obtuſa ſit ſuperna parte, ne ſcilicet, vis inferatur neruo venæ, aut arteriæ quæ ſunt in inferiori parte ſuperioris. Sectio quoque debet fieri non recta ſed ſequenda fibras muſculorum, intercoſtalium internorum potius quam externorum, quia hæ facilius quàm illæ reparari ac vniri poſſint appoſitione medicamentorū. Item verſus ſpinam ad poſteriorem potius, quàm ad interiorem thoracis partem, quòd diaphragma cui incumbit pus parte thoracis poſteriore verſus ſpinam ſit decliuius, quàm interiore.

Sectione facta præſcribit Hipp. modum eductionis puris aph. 17. libri ſexti, *quicunque*, inquit *empij aut hydropici vruntur, aut ſecantur ſi pus aut aqua vniuerſim & ſimul effluxerint omninò moriuntur*, diſſipatis viribus per effluxum ſpirituum vitalium, qui vna cum pure, aut aqua effunduntur, Si ergo ſit inciſio facienda, & educendum pus primum robuſtæ requiruntur vires. ſecundò vt æger ſit ſine febræ, aut ſi febricitauerit ſecari debet in febris intermiſſione, vel remiſſione: præterea hæc præſtari debent, antequam pus multùm corrumpatur & viſcera labefactentur vt diximus.

Perperam autem, aut probe factæ ſectionis coniectura ſumitur, ex qualitate puris, ex ſectione promanentis, inquit enim Hipp. aph. 34. libri 7. *Si empiematis cum vruntur, aut ſecantur pus effluat album & purum, euadunt. Si verò ſubcruentum, faculentumque, & fætidum pereunt.* Pus enim album, &

purum naturam victricem & viscera integra ostendit. Contraria patefaciunt naturam vinci, & viscera corrumpi.

De reiectione sanguinis per os. CAP. XIX.

SANGVIS cùm per os excluditur è varijs partibus deduci potest, è cerebro, pectoris partibus, stomacho, vtero, iecore, liene: cùm è capite labitur id fit cum tussi; aut sine tussi: si cum tussi sanguis excreatur, ob id quòd dilabatur in fauces, difficile indicatu est vnde effluxerit, ob similitudinem symptomatis quam retinet cum egressu sanguinis è pectore, nimirum tussi distinguitur, tamen absentia signorum quæ primario effectum pectus demonstrant, tum & titillatione palati, qualis per catarrhos euenit, crebro & repetito excreatu, cruento palato & sordido, capitis grauitate, præcedente aurium sonitu, rubore faciei, venarum, frontis tumore, vertiginosa affectione, & ex Auic. leuitate capitis post sanguinis excretionem, antegressa frequenti è naribus hæmorrhagia, id quod è naribus stillet; si cum non sit spumosus multus est, & repentè inuadit citra rupturæ occasionem. Si verò extra tussim excludatur, facillimum est internoscere, sputando enim eijcitur sine motu aut excreatu.

Si ab stomacho eductio fiat, videndum num ab eo primario, aut aliunde per stomachum exeat, si ab stomacho primario: præterquàm quòd vomitu excluditur, non magna est sanguinis copia, paruæ namque sunt ventriculi venæ, nisi paullatim colligatur, & postea magna copia vomatur, sed tunc téporis sanguis est glutinosus, præterea è vẽtriculo cum nausea educitur.

Cùm verò à capite fertur in ventriculum & vomitu reijcitur difficilem loci affecti coniecturam facit, ab Ætio tamen distinguitur, quia non sit adeo crassus, colore nigro, æqualis & læuis & immixtus alicui materiæ, vt puri & pituitæ; adde quòd lapsus illius sanguinis è cerebro in ventriculum sentitur, & disignatur ab ægroto.

Si ab splene per ventriculum feratur sanguis vomitu reiectus niger est crassusque, sensus grauitatis percipitur in sinistro hypochondrio.

Sanguis qui ab hepate in ventriculum transfertur cùm excernitur obscurè rubet, grauitas in hypochondrio dextro percipitur, multus & diu profunditur.

Ab vtero nonnunquam adventriculum ascendit, tunc vomitum præcedunt menstruorum retentio, grauitas, circa vterum tensio, & partium circumpositarum, tum alia signa quæ vterinos affectus ex suppressione mensium natos solent comittari.

Nonnunquam sanguis ab ijsdem partibus ortus per pulmones reijcitur, quod vidimus. Aquis sextijs in nobili muliere Domini Laurentij Causidici Regij, nunc verò reuerendissimi Archiepiscopi Aubredunensis.

Si è pectore sanguis exierit ex quacunque prodeat parte, hæc omnia apparēt signa multa tussis, magna quòd in illa cōcussione pulmones cōcuti oporteat, ad exclusionem rei molestę; difficultas respirationis magna ob lęsionem instrumentorū respirationi inseruientium. Ea verò maiora aut minora existūt pro causæ magnitudine, sanguinis effusi copia locorum varietate, quātò enim est remotior locus à quo sanguis proficiscitur, tantò diuturnior & maior est

tussis pectoris vero partes sunt plures.

Si ex pectoris cauo recurrat sanguis erit vt cunque grumosus, si diu remaneat cum multa tussi & dolore excluditur. Nam omnis sanguis extra vasa grumescit. Quare concretus difficilè transfertur per pulmones,& tracheam arteriam,eadem ratione non facile expectoratur.

Si ex membranis succingente, nempe costas & mediastino,paucus exit,partes enim sunt exangues, tenui vehementer sputo permixtus, ob longam agitationem, & sanguinis tenuitatem quæ facilè miscetur cum molesta tussi, quia tenuia quòd ictũ eludant, difficilè excludantur, adest præterea dolor membranarum proprius nimirum pungens.

Si à pulmone manauerit sanguis, erit spumosus scribit Gal. cap. 6. lib. 4. de locis affectis, *Diligenter considerare oportet an spumosum quidpiam educatur simul, id enim efficacissimum fuerit indicium quod ex pulmone facta fuerit excretio.* vt ex Hip. aph. 13. lib. 5. *Quicumque sanguinem spumosum expuunt, ijs è pulmone fit eductio.* Gal. in Com. ait sententiam non retro commeare, neque enim spumosus solùm ex pulmone educitur, cùm Paulus Ægineta doceat ex gutturæ spumosum sanguinem emanare ob respirati aëris cum humore commixtionem; & Auicen. scribit ex pectore reijci, ob eandem causam, sanguinem spumosum. Verùm enim est omnem agitationem materiæ humidæ præsertim in loco calido spumam procreare, nec Gal. dicit proprium indicium, sed efficacissimum. Alia ergo sunt huic connectenda signa quidem notant è pulmone sanguinẽ sine dolore efferri, nisi effundatur intra pulmonis membranã, quæ sensus est particeps:& cùm multa

multa in pulmone contineatur distinctionis causâ quidam hæc signa describunt. Sanguis inquiunt progressus à pulmone aut ex toto expumescit, ex visceris carne cuius induit similitudinem. Est enim pulmo congelata spuma, aut plurimum spumat, non tamen tota substantia ex pulmonis vasis, aut spumæ permistis, ex thorace & gutture. Tertium signum sanguinis è pulmone manantis, est rotunditas spumosa, & quòd per interualla intercisus separatusque sit sanguis, ex Auicenna, quibus Paulus addit, albidum colorem, & dilutum, ex permixtione plurimi aëris, tum ex transitu abientis in pulmonis similitudinem.

Nonnunquam hirudo hærens partibus gutturis, aut ventriculi, causa est sanguinis excretionis, perspicitur ex sola inspectione.

Si verò in ventriculo extiterit cruor tenuis euomitur ex Galeno lib. 4. de locis affect. cap. 8.

Ex palato & gingiuis cum saliua purgatur sanguis sine tussi.

Signa causarũ fuere descipta cap. generali, tũ vniuersalia remedia: his describem⁹ tantũ illa quę prospiciũt sputo sãguini è partibus pectoralibus manãti

Difficilis est curatio sputi sanguinis in partibus pectoralibus, ob perpetuum motum pulmonis, & quòd difficilè eo possint deduci medicamenta integris viribus, quòd si inflammationem concepit locus affectus, vnde & pus contraxerit, tum inquit Gal. periculum augetur: Nam expurgari pus oportet, idque tussi vnde continuè vlcus fit maius. Ex partibus pectoralibus extra pulmonem minus periculum impendet, quòd venarum solutio cum parua sit facilè coalescit solutio continui tracheæ

arteriæ facilè curatur ob ſiccitatem. Ex Gal. cap. 4. lib. 7. ſecundum locos, reſerato ore vaſis aſtringentia debentur, erroſo in iis qui ex pulmone, thorace, aut arteria, aut ſumma arteriæ parte ſanguinem reiectant, glutinantia: quæ ſicca ſunt & viſcida, vt bolus armena, quibus congruenti menſura ſunt miſcenda calida, tenuium partium quæ eo fine miſcentur, vt iuuent penetrationem glutinentium, ſine quibus non penetrarent. In aliis autem locis vt ventriculo, illa penetratione non egemus, quare ſola dantur: ſtupefacientia ſunt inimica pectori, nihilominus miſcentur cum pharmacis in hemoptoica paſſione curanda vtiliter quæ ſomnum inducunt, & tuſſim ſedant, & ſiſtunt ſanguinem ſua frigiditate. *Si à ſanguinis ſputo puris ſputum ſequatur, malum eſt*, ex Hip. .

Sputum ſanguinis ortum ex aliis partibus quam ex pectoralibus multò faciliùs curatur ob abſentiam motus perpetui. *Quicunque ſanguinem vomunt, ſi contingat id ſine febre, bonum; ſi cum febre, malum*, ex Hip. aph. 37. lib. 7. hi enim qui febre non laborant, omni inflammatione labant illius loci, à quo ſanguis emanat. Quare vel alicuius vaſis ore aperto contingit, vel cum exulceratione quidem, ſed extra inflammetionem. quæ vero citra inflammationem, ſunt vlcera, facilè curātur quæ autē habent inflāmationē, difficile quòd ei⁹ ratione & peiora fiāt vlcera.

In omni reiectione ſanguinis per os, victus ratio eſt inſtituenda, refrigerans & aſtringens. Quare aër ſit frigidus & ſiccus moderatè, nam calidus, licet pectori amicus eſſet, tamen ex aph. 6. lib. 5. *ſanguinis fluxum prouocat*. Degat æger in obſcuro loco, Somnus ſit moderatus ne retractione caloris ad interiora calidior reddatur ſanguis, motus omnis in-

terdicendus. Quare respiratio cohibenda, quoad fieri potest & tussis. Iram fugiat & venerem excludantur excrementa mitioribus clysteribus.

Cibi debent habere vim glutinandi & refrigerandi. Quare in iusculis amylum gummi tragacantum, cytoniorum frustula, grana suma, myrtilorum, fiant autem iuscula cum carnibus animalium recens natorum, & præsertim cum pedibus eorum & partium cartilaginearum: poterunt coqui in illis malua, lactuca, cicorea, portulaca, borrago. Verùm portulaca inter omnes habet magnam vim sanguinem sistendi, pisces maximè conueniunt, mala cytonia cocta, pira, sorba, mespilus in potu exhibeatura, aqua chalybeata, aut in qua malũ cytoniũ maduerit. Verùm hæc danda sunt cum æger debilis est. Nam si vires valeant, vel nihil exhibendum est, aut parum, quo totum corpus attrahens ex venis tractione ipsa diuersionem faciat.

Victus ratione instituta sumendo indicationẽ ex motu sanguinis oportet per reuulsionẽ aut deriuationẽ mittere sanguinẽ ex vena basilica, aut alia multoties quibusdã interpositis diebus. Quantitas mittẽdi sanguinis designatur ex magnitudine plethoræ & viriũ. Si ex supressis mensibus aut hęmorrhoidibus sanguinis reiecto nascatur, venæ poplitis aut maleoli sunt aperiẽdæ, & aliæ fiunt diuersiones per ligaturas extremitatũ, frictiones, cucurbitulas hypochondrijs & coxis afflixas, nec non humeris.

In affecto cerebro dum hæc fiunt, sanguinem condensantia, sunt exhibenda glutinantia & cõsolidantia quæ diuerso modo dantur pro diuersitate locorum affectorum, nam si è cerebro manauerit gargarismate vel ablutione oris sistetur.

Post generalia remedia si ab stomacho proficiscatur, liene aut iecore voranda sunt illa remedia. Si vero partes pectorales, & præsertim pulmo, lambendo. Inter omnia remedia celebratur puluis alarum tostarum galinaginis, siue becassæ. Datur ad ʒ. j. cum aqua plantaginis, aut syrupo myrtillorum; aqua bursæ pastoris distillatæ sumpta ad ℥ iiij. mirè prodest. vel ℞. myrrhæ pulueratæ ℈ j. seminis porrorum ʒ j. ß. aquæ plantaginis vel succi centinodiæ q. s. continuet per aliquot dies. vel ℞. radicis & cima. symphiti maioris & minoris añ. m̄. iij. rosarum rubrarum, betonicæ, plantaginis, pimpinellæ, polligonij seu cētinodiæ, scabiosæ, tussilaginis añ. m̄. ij. contundantur, exprimatur succus ad ℔. iij. addantur sacchari ℔. ij. ß. fiat syrupus ex Fernelio. laudatur à Langio iulep. de portulaca, ℞. aquæ portulacæ ℔. ß. aquæ plantaginis & rosarum añ. ℥ iij. santalorum rubeorum ℈ iij. granorum κermes, ℈ ij. ligentur in syndone, & cum ℥ iij. ß. sacchari coquatur ad consistentiam iulep. clari dentur mane & vesperi ℥ iij. vel iiij.

Exhibetur miro remedio ʒ j. pulueris lapidis hæmathitis cum decocto centinodiæ aut symphiti maioris vel penthaphili.

Si sanguis concrescat, malignitatem acquirit. Quare sine cunctatione est dissoluendus sequentibus remedijs. Primò ex Gal. posca diluta valde, & tepida exhibenda sensimque haurienda, quasi lambendo. Si grumus extra thoracem extiterit. At posca tussim mouet, qua reiectio sanguinis excitatur. Negamus ita namque acetum temperatum est, tamque parua quantitate mistum vt tussim mouere non possit. Adde quod vlceribus agluti-

nandis vtilis est. secundo ℞. coaguli leporis aut hædi. ʒ ß. dissolue in posca diluta, hauriat vt commodum erit. tertio

℞. Rhabarbari ʒ j. mumiæ grana vj. rubiæ tinctorum grana quatuor, misce, dentur cum vino austero, vel ℞. radicis angelicæ ℈ ij. coaguli leporis aut hædi ℈ ß. succini ʒ ß. farinæ orobi rubei ℈ ij. puluerentur & criblentur, de quo sumat ʒ j. dissolutam in aqua petrocelini aut illius decocto, oximellitis ℥ j. occipiti externo, thoraci, stomacho aut alij parti, à qua emanat sanguis, applicanda sunt remedia frigida, & astringentia: quales sunt vnguentum de bolo, ceratum sentalium lotum cum pauco aceto iaspis vtiliter applicatur pectori, vnguentum comitissæ, oleum masticinum, oleum cytoniorum & similia.

De pulmonum infarctu & coarctatione. CAP. X.

OMNES practici generale caput instituunt de Asthmate confusum: cùm asthma allijs difficultatibus respirandi conueniat & alijs affectibus, quàm illis de quibus agunt, nam ex Gal. commento in aph. 46. lib. 6. & com. 4. in lib. 6. epid. Asthma est respiratio crebra, qualis currentibus accidere solet. At hæc respirationis species nascitur in peripneumonia phthisi & alijs affectibus. De quibus capite de asthmate non agitur ab alijs. Quare commodius mihi visum est multo de alijs affectibus pulmonum nondum explicatis agere, in quibus asthma tanquam symptoma nascitur inter illos enumeratur. Infarctus siue obstructio pulmonum & eorundem.

Coarctatio fit aliquando asthma per adhæsionem pulmonum, tum costis quæ excitatur quoties viscida pituita reficcata glutinis modo costis, ita agglutinat vt ab illis diuelli non possint.

Signa obstructionis illius, sunt pulmonum ponderositas, humorum viscidorum abundantia nata per conquestionem, aut per catharrhum in pulmones perlabantem; sonitus aliquando exauditur respirando præsertim si materia fuerit mala vel in trachea arteria. Quales autem sint humores collecti, cognoscitur ex sputis, si quæ sint, tùm ex causis antecedentibus & procatarticis, continetur autem illa materia obstruens in diuersis locis. Si obstructio fuerit in trachea arteria; percipitur grauitas in gutture cum asthmate, fit excreatio facilè sine magna tussi, si materia extiterit in paruis bronchijs pulmonum, aut in carne ipsius, sputum reiicitur cum tussi magna, si in vena arteriali aut in venali arteria asthma nascitur sine tussi, & si tussis excitetur sicca erit; fitque pulsus tremulus sæpissimè, maximè verò si causa contineatur in arteria venosa.

Coarctatio fit à calore exsiccante aut à frigiditate contrahente, aut à vapore in capacitate pectoris contento, comprimente pulmones.

. Harum causarum signa quædam sunt generalia nempe absentia eorum quæ significant materiam in pulmonibus contineri, nulla namque ponderositas sentitur in pulmone, nullum sputum expellitur nisi frigiditas materiam pepererit intra pulmones. Si contractio pendeat ex calida intemperie exsiccante pulmones, percipitur æstus

in pectore, febris adest, facies rubet & calet, halitus calidus est, pulsus velox & frequens. Causæ calorem generantes antecedentes & procatarticæ, id etiam ostendunt quod affectio iuuetur frigidis, augeatur calidis.

Signa intemperiei frigidæ sunt, frigiditas pectoris & anhelitus, pulsus paruus, tardus, à causis frigiditatem generantibus ducitur argumentum. Item affectus augetur frigidis, iuuatur calidis, hæc vero fieri vix potest sine collectione materiæ frigidæ in pulmone.

Obstructiones pulmonum in valde senibus curationem non recipiunt. Quod frigidi morbi in illis ad coctionem perduci non possunt, qua ratione Hip. aph. 40. lib. 2. pronunciauit *raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt*; proindeque non sanantur ob penuriam caloris innati. Obstructio arteriæ venosæ aut venæ arterialis, vix curationem recipit, quod eo medicamenta facilè mitti non possint. Si constrictio pulmonis fiat à calore aut à frigore exsiccante, periculosum est & malum, quia exsiccatus pulmo difficilè humescit & remedia difficilè recipit. Quæ vero nascitur à compressione & flatu, facilè tollitur.

Si Asthma nascatur ab obstructione ad reuellendam materiam in pulmones influentem constantibus viribus sanguinem mittere oportet, ex variis locis. Nam si ex capite fluat, brachii vena aut mediana aut basilica tundenda ad deriuandum. Si hæmorrhoides suppressæ aut menstrua, infarctum pepererunt venæ

inferiorum partium sunt aperiendæ, parua autem quantitas adduci potest, sæpiusque per interualla. Diuertunt etiam frictiones, ligaturæ extremitatum quæ eodem die possunt applicari.

Secundo, præparationem materiæ incipere oportet. fiat autem attenuantibus & incidentibus, de quibus capite generali dictum fuit; deinde purgare conuenit medicamentis accommodatis, admiscendo ea quæ pectori conueniunt, ficus, dactylos, passulas hyssopum & similia, *verum* hæc purgantia ob loci distantiam paulò vehementiora sint oportet & sæpius repetita, si vires ferant. Gal. 7. de med. cap. 6. ex veterum decretis præbet colochintendem & elaterium; ex colochintide, hoc est admirabile remedium.

℞. pulpæ colochintidos ℥ ij. infundantur in sapa siue vino cocto, gummi tragacanti, arabici, ammoniaci ana ℈j. exprimantur & detur expræssio ß. q.

Purgato corpore ad topica veniendum, quæ aut assumuntur aut extrinsecus apponuntur; sumuntur lambendo in forma syrupi looch, aut decocti, quo humor contentus expectoretur, ad eundem effectum præbetur enulæ campanæ decoctio, quæ præ omnibus laudatur, mel squilliticium, syrupus herbæ reginæ. ℞. florum sulphuris ℥ iij. sacchari dissoluti in aqua tussilaginis ℥ iiij. fiant tabellæ, capiat vnam pondere ℥ iij. vel ℞. sulphur. ℥. ß. capiat cum oui vitello, ℞. quatuor guttas olei sulphuris cum aqua aliqua pectorali vel cum decocto. nulli alteri cedit hoc remedium. ℞. vini dulcis non crassi, melicrati cocti, pulueris foliorum tabaci exsiccatorũ in vmbra ℥ j. ß. radicis polipodij quer-

ci recentis ac minutim incisi ℥ iij. rad. heleni, remoto medit. incisarum ℥ iiij. macerentur horis 48. postea per manicam colentur, conseruentur in loco frigido, dentur ℥ vj. quotidie, quinque horis ante prandium, vel sume illius vini ℥ iiij. admisce diaireos Nicolai ℥ ij. fiat looch, agitando cōtinenter in igne, ac vbi refrigeratum fuerit, adde olei sulphuris ʒ j. Langius peculiare hoc remediū scribit in secretis. ℞. scabiosæ m̄. j. hyssopij. satureiæ an̄ m̄. ß. foliorum sennæ ʒ vj. polipodij quercini ℥ j. ß. passularum mundatarum ℥ ij. radicis liquiritiæ ℥ ß. feniculi seminum ʒ j ß. agarici albissimi ℈ iiij. zinziberis ʒ. ß. in petia ligatorum decoquantur in ℔. ij. aquæ & vini cum ℥ iij. mellis ad tertiæ partis consumptionem. In fine decoctionis addatur ℥ j. radicis ireos conquassatæ, despumetur, vt quæ crassa sunt separentur, fiat aposema, dosis est vt alternis diebus ℥ iiij. sumantur.

Extrinsecus applicantur oleum de spica, anethinum, camomelinum, linimentum fit ex oleis supradictis, & pulueribus anisi, fœniculi, florum anthos, camomelli, emplastra parū conueniunt quòd pondere pectori sint molesta.

Coarctatio quæ fit à calore exsiccante sanatur humidis temperatis, *nam frigida pectori inimica sunt.* decoctiones possunt præberi pectorales. ℞. vngulæ caballinæ, prassij odorati, maluæ, bismaluæ, violarum an̄. m̄. I. ficuum pinguium, passularum mundatarum, iubub. an̄. ℥ ij. liquiritiæ ℥. ß. florum maluarum, violarum m̄. ß. fiat decoctio ad ℔. iij. pro vj. dosibus, cuique dosij adde syrupi violati aut iniubini ℥ j ß. capiat mane. lac in hoc affectu valde conuenit, sumptum vt diximus, parentur iu-

lapia ex superiori decoctione mixta cum syrupis præscriptis, aut syrupi ipsi lãbendo sumantur; ficus duæ aut tres temperatæ per noctem in aqua vitæ mirè conferunt, bibat continuo decoctum pectorale, cui admista sit sufficiens quãtitas sacchari candi, coquatur radix labri veneris & misceatur cum melle, mira est in asthmate, oleo amigdalarum dulcium & butiro recenti vnguatur, fomenta ex superiori decoctione erunt ex vsu si coarctatio pulmonis à frigido ortum duxerit calefacientia pectoralia erunt exhibenda, vt, ℞. hyssopi, prassij odorati, camepiteos añ m̃. j. ß. passularum mundatarum, dactylorum iuiubarum, ficuum añ. ℥j. ß. liquiritiæ rasæ ℥ j. seminis anisi, fœniculi ana ʒ ij. florum rorismarini, stœchados ana m̃. ß. fiat decoctio ad ℔iij. pro vj. dosibus, cuique dosi adde syrupi de prassio aut de hyssopo ℥. j. ß capiat in aurora, ex decocto superiori potest fieri potio, si frigida materia sit collecta intra pulmonem, præparabitur & purgabitur vt dictum est. Gentilis in suis consilijs aquam hanc expertam esse dicit, vel potius decoctum in muliere xij. annos asthmate laborante à causa frigida. ℞. prassij odorati, capillorũ veneris vngulæ, cabaline añ. m̃. j. passul. seminis vrticæ, liquiritiæ, hyssopi añ. ℥. j. ficus sicc. n. x. fiat decoctio, de qua sumat quotidie ℥ iij. ℞. aquæ vitæ ℔. j. mellis optimi ℔. ß. infundantur simul in vase vitreo, adde mannæ calabrinæ contusæ ℥ iij. maneant simul 24. horis, deinde cola & serua, capiat coclearia duo manc.

De tuſſi.

In tuſſis cauſis perquirendis & parte affecta hoc modo progrediendum ex ſuppoſitione. Cauſa tuſſis eſt id quod reſpirationis inſtrumentis moleſtum eſt, per ſe, aut per conſenſum. Ea autem ſunt deducentia, aſpera arteria, excipientia, pulmones, mouentia, muſculi reſpirationis, inter quos primas obtinet diaphragma.

Cauſæ autem efficientes & mouentes tuſſim in illis ſunt triplicis generis, prima eſt morbus aliquis lædens illas partes vt peripneumonia, pleuritis, tubercula, iecoris inflammatio, vlcus pulmonum, inflammatio partium circa diaphragma poſitarum, aut aliarum partium reſpirationi ſeruientium. ſecunda eſt catarrhus prolabens è cerebro in tracheam arteriam. tertia eſt intemperies ſola in[illegible]mentorum reſpirationis, & potiſſimum frigi[illegible]rigida enim tuſſim mouent ex Hippocrat. his ita poſitis, ſecundum ea quæ referentur & apparent, cauſa eſt rimanda & locus affectus inueſtigandus.

Animaduertendum præterea. Duplicem eſſe tuſſim, vnam ſiccam in qua nihil expuitur, alteram humidam: in tuſſi ſicca læſionis ſenſus adeſt, ſed id quod lædit extrudi non poteſt vt in inflammatione iecoris & diaphragmatis.

Tùm à refrigeratione inſtrumentorum reſpirationis, præterea ab acri vapore ſurſum elato ad reſpiratoria inſtrumenta: denique à craſſo & viſcido humore crudo, qui tuſſim quidem mouet,

ſed extrudi non poteſt, tuſſis illa dicitur humida in qua aliquid expuitur.

Remedia ad omnes ſpecies tuſſis curandas fuere: explicata ſuperioribus capitibus, aut ſequentibus explicabuntur.

De affectionibus pulmonum: quæ contingunt in Gilberis CAP. II.

GIBBEROSITAS multiplex eſt, loco & modo. Cùm enim ſint tres ſpecies vertebrarum ſpinæ, colli metaphreni & lumborum, gibbus poteſt generari in illis, omnibus tribus modis, nempe, in partem internam, & externam, & lateralē. quarum prima præſertim in vertebris metaphreni dicitur cuphoſis. ſecunda, lordoſis. tertia ſcolioſis. hæc nomina vſurpantur in reliquis partibus improprie.

Contingunt autem iſtæ affectiones aut ante pubertatē aut poſt illā. fit verò illa luxatione, vt [illegible] proximè ſubiacentes male nutriantur, vt ſi colli vertebre aut metaphreni fuerint luxatæ, pectus, ſi lumborum. Crura cum ergo ante integrum earum partium incrementum contingat, prohibetur incrementi progreſſus, fit etiam vt quò citius contigerit eò partes illæ ſint minores, male poſt hac nutriantur, & fere in eodem ſtatu maneant, in quo erant cum gibbus contingint, interim partes internæ pulmo & cor ſuum capeſſunt incrementum. fit ergo vt comprimantur, cum capacitas thoracis ſit minor, quàm par ſit ad excipiendas illas partes, à compreſſione difficultas reſpirandi

& cum in cuphosi adsit dispositio phthisi, phthisici vt plurimum moriuntur qui cuphosi laborant. Quare illis fonticuli applicandi quo defluxiones à capite in pulmones arceantur, à quibus vlceris pulmonis occasio nascitur propter eandem rationem. In lordosi sunt etiam vtiles. Cùm verò tuberculis pulmonum afficiuntur, si quidem dura extiterint minus periculosa sunt. Si verò non ita dura aut aperiri possunt, periculi plena sunt. Nam pus in spatium thoracis labitur, & propter compressionem cùm non possint ægri fere spiritum ducere suffocantur, quare si in gibberis nata fuerint tubercula pulmonum, suppurationem prouocare non conuenit. Sed potius indurationem, has ob causas pronunciauit Hippocrat aph. 46. lib. 6. *qui Gibberi ante pubertatem fiunt ex asthmate aut tussi statim moriuntur.*

De Raucedine, CAP. XI.

RAVCEDO symptoma est in actione læsa nimirum. In voce deprauata quæ aspera dici potest, quòd aspere & modo rudi aures feriat, distinguitur autem à clangosa quæ etiam deprauata est modo & causa. Nam licet vtraque sit aspera & auribus iniucunda, tamen hæc ferit aures tubæ modo horrisonæ. Illa vero aspera quidem est, sed debiliter commouet & auditur.

Pars affecta in hoc simptomate est lingula, siue foramen oblongum, quod est in vna parte capitis tracheæ arteriæ, nam cum illius partis beneficio vox perfecte efformetur, in eadem effi-

Post generalia remedia si ab stomacho proficiscatur, liene aut iecore voranda sunt illa remedia. Si vero partes pectorales & præsertim pulmo, lambendo. Inter omnia remedia celebratur puluis alarum tostarum galinaginis, siue becassæ. Datur ad ʒ. j. cum aqua plantaginis, aut syrupo myrtilorum; aqua bursæ pastoris distillatæ sumpta ad ℥ iiij. mirè prodest. vel ℞. myrrhæ puluerata℈ j. seminis porrorum ʒ j. ß. aquæ plantaginis vel succi centinodiæ q. s. continuet per aliquot dies. vel ℞. radicis & cima. symphiti maioris & minoris an. m. iij. rosarum rubrarum, betonicæ, plantaginis, pimpinellæ, polligonij seu cētinodiæ, scabiosæ, tussilaginis an. m. ij. contundantur, exprimatur succus ad ℔. iij. addantur sacchari ℔. ij. ß. fiat syrupus ex Fernelio. laudatur à Langio iulep. de portulaca, ℞. aquæ portulacæ ℔. ß. aquæ plantaginis & rosarum an. ℥ iij. santalorum rubeorum ℈ iij. granorum kermes, ℈ ij. ligentur in syndone, & cum ℥ iij. ß. sacchari coquatur ad consistentiam iulep. clari dentur mane & vesperi ℥ iij. vel iiij.

Exhibetur miro remedio ʒ j. pulueris lapidis hæmathitis cum decocto centinodiæ aut symphiti maioris vel penthaphili.

Si sanguis concrescat, malignitatem acquirit. Quare sine cunctatione est dissoluendus sequentibus remedijs. Primò ex Gal. posca diluta valde, & tepida exhibenda sensimque haurienda, quasi lambendo. Si grumus extra thoracem extiterit. At posca tussim mouet, qua reiectio sanguinis excitatur. Negamus ita namque acetum temperatum est, tamque parua quantitate mistum vt tussim mouere non possit. Adde quod vlceribus agluti-

nandis vtilis est. secundo ℞. coaguli leporis aut hædi. ʒ ß. dissolue in posca diluta, hauriat vt commodum erit. tertio

℞. Rhabarbari ʒ j. mumiæ grana vj. rubiæ tinctorum grana quatuor, misce, dentur cum vino austero, vel ℞. radicis angelicæ ℈ ij. coaguli leporis aut hædi ℈ ß. succini ʒ ß. farinæ orobi rubei ℈ ij. pulucrentur & criblentur, de quo sumat ʒ j. dissolutam in aqua petrocelini aut illius decocto, oximellitis ℥ j. occipiti externo, thoraci, stomacho aut alij parti, à qua emanat sanguis, applicanda sunt remedia frigida, & astringentia: quales sunt vnguentum de bolo, ceratum sentalium lotum cum pauco aceto iaspis vtiliter applicatur pectori, vnguentum comitissæ, oleum masticinum, oleum cytoniorum & similia.

De pulmonum infarctu & coarctatione. CAP. X.

OMNES practici generale caput instituunt de Asthmate confusum: cùm asthma allijs difficultatibus respirandi conueniat & alijs affectibus, quàm illis de quibus agunt, nam ex Gal. commento in aph. 46. lib. 6. & com. 4. in lib. 6. epid. Asthma est respiratio crebra, qualis currentibus accidere solet. At hæc respirationis species nascitur in peripneumonia phthisi & alijs affectibus. De quibus capite de asthmate non agitur ab alijs. Quare commodius mihi visum est multo de alijs affectibus pulmonum nondum explicatis agere, in quibus asthma tanquam symptoma nascitur inter illos enumeratur. Infarctus siue obstructio pulmonum & eorundem.

Coarctatio fit aliquando asthma per adhæsionem pulmonum, tum costis quæ excitatur quoties viscida pituita resiccata glutinis modo costis, ita agglutinat vt ab illis diuelli non possint.

Signa obstructionis illius, sunt pulmonum ponderositas, humorum viscidorum abundantia nata per conquestionem, aut per catharrhum in pulmones perlabantem; sonitus aliquando exauditur respirando præsertim si materia fuerit mala vel in trachea arteria. Quales autem sint humores collecti, cognoscitur ex sputis, si quæ sint, tùm ex causis antecedentibus & procatarticis, continetur autem illa materia obstruens in diuersis locis. Si obstructio fuerit in trachea arteria; percipitur grauitas in gutture cum asthmate, fit excreatio facilè sine magna tussi, si materia extiterit in paruis bronchijs pulmonum, aut in carne ipsius, sputum reiicitur cum tussi magna, si in vena arteriali aut in venali arteria asthma nascitur sine tussi, & si tussis excitetur sicca erit, fitque pulsus tremulus sæpissimè, maximè verò si causa contineatur in arteria venosa.

Coarctatio fit à calore exsiccante aut à frigiditate contrahente, aut à vapore in capacitate pectoris contento, comprimente pulmones.

. Harum causarum signa quædam sunt generalia nempe absentia eorum quæ significant materiam in pulmonibus contineri, nulla namque ponderositas sentitur in pulmone, nullum sputum expellitur nisi frigiditas materiam pepererit intra pulmones. Si contractio pendeat ex calida intemperie exsiccante pulmones, percipitur æstus

in pectore, febris adest, facies rubet & calet, halitus calidus est, pulsus velox & frequens. Causæ calorem generantes antecedentes & procatarticæ, id etiam ostendunt quod affectio iuuetur frigidis, augeatur calidis.

Signa intemperiei frigidæ sunt, frigiditas pectoris & anhelitus, pulsus paruus, tardus, à causis frigiditatem generantibus ducitur argumentum. Item affectus augetur frigidis, iuuatur calidis, hæc vero fieri vix potest sine collectione materiæ frigidæ in pulmone.

Obstructiones pulmonum in valde senibus curationem non recipiunt. Quod frigidi morbi in illis ad coctionem perduci non possunt, qua ratione Hip. aph. 40. lib. 2. pronunciauit *raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt*; proindeque non sanantur ob penuriam caloris innati. Obstructio arteriæ venosæ aut venæ arterialis, vix curationem recipit, quod eo medicamenta facilè mitti non possint. Si constrictio pulmonis fiat à calore aut à frigore exsiccante, periculosum est & malum, quia exsiccatus pulmo difficilè humescit & remedia difficilè recipit. Quæ vero nascitur à compressione & flatu, facilè tollitur.

Si Asthma nascatur ab obstructione ad reuellendam materiam in pulmones influentem constantibus viribus sanguinem mittere oportet, ex variis locis. Nam si ex capite fluat, brachii vena aut mediana aut basilica tundenda ad deriuandum. Si hæmorrhoides suppressæ aut menstrua, infarctum pepererunt venæ

inferiorum partium sunt aperiendæ, parua autem quantitas adduci potest, sæpiusque per interualla. Diuertunt etiam frictiones, ligaturæ extremitatum quæ eodem die possunt applicari.

Secundo, præparationem materiæ incipere oportet. fiat autem attenuantibus & incidentibus, de quibus capite generali dictum fuit; deinde purgare conuenit medicamentis accommodatis, admiscendo ea quæ pectori conueniunt, ficus, dactylos, passulas hyssopum & similia, *verum* hæc purgantia ob loci distantiam paulò vehementiora sint oportet & sæpius repetita, si vires ferant. Gal. 7. de med. cap. 6. ex veterum decretis præbet colochintendem & elaterium; ex colochintide, hoc est admirabile remedium.

℞. pulpæ colochintidos ʒ iij. infundantur in sapa siue vino cocto, gummi tragacanti, arabici, ammoniaci ana ℈j. exprimantur & detur expræssio ß. q.

Purgato corpore ad topica veniendum, quæ aut assumuntur aut extrinsecus apponuntur; sumuntur lambendo in forma syrupi looch, aut decocti, quo humor contentus expectoretur, ad eundem effectum præbetur enulæ campanæ decoctio, quæ præ omnibus laudatur, mel squilliticium, syrupus herbæ reginæ. ℞. florum sulphuris ʒ iij. facchari dissoluti in aqua tussilaginis ℥ iiij. fiant tabellæ, capiat vnam pondere ʒ iij. vel ℞. sulphur. ʒ. ß. capiat cum oui vitello, ℞. quatuor guttas olei sulphuris cum aqua aliqua pectorali vel cum decocto. nulli alteri cedit hoc remedium. ℞. vini dulcis non crassi, melicrati cocti, pulueris foliorum tabaci exsiccatorũ in vmbra ℥ j. ß. radicis polipodij quer-

ci recentis ac minutim incisi ℥ iij. rad. heleni, remoto medit. incisarum ℥ iiij. macerentur horis 48. postea per manicam colentur, conseruentur in loco frigido, dentur ℥ vj. quotidie, quinque horis ante prandium, vel sume illius vini ℥ iiij. admisce diaireos Nicolai ℥ ij. fiat looch, agitando cōtinenter in igne, ac vbi refrigeratum fuerit, adde olei sulphuris ʒ j. Langius peculiare hoc remediū scribit in secretis. ℞. scabiosæ m̄. j. hyssopij. satureiæ añ m̄. ß. foliorum sennæ ʒ vj. polipodij quercini ℥ j. ß. passularum mundatarum ℥ ij. radicis liquiritiæ ℥ ß. feniculi seminum ʒ j ß. agarici albissimi ℈ iiij. zinziberis ʒ. ß. in petia ligatorum decoquantur in ℔. ij. aquæ & vini cum ℥ iij. mellis ad tertiæ partis consumptionem. In fine decoctionis addatur ℥ j. radicis ireos conquassatæ, despumetur, vt quæ crassa sunt separentur, fiat aposema, dosis est vt alternis diebus ℥ iiij. sumantur.

Extrinsecus applicantur oleum de spica, anethinum, camomelinum, linimentum fit ex oleis supradictis, & pulueribus anisi, fœniculi, florum anthos, camomelli, emplastra parū conueniunt quòd pondere pectori sint molesta.

Coarctatio quæ fit à calore exsiccante sanatur humidis temperatis, *nam frigida pectori inimica sunt.* decoctiones possunt præberi pectorales. ℞. vngulæ caballinæ, prassij odorati, maluæ, bismaluæ, violarum añ. m̄. 1. ficuum pinguium, passularum mundatarum, iubub. añ. ℥ ij. liquiritiæ ℥. ß. florum maluarum, violarum m̄. ß. fiat decoctio ad ℔. iij. pro vj. dosibus, cuique dosij adde syrupi violati aut iniubini ℥ j ß. capiat mane. lac in hoc affectu valde conuenit, sumptum vt diximus, parentur iu-

lapia ex ſuperiori decoctione mixta cum ſyrupis præſcriptis,aut ſyrupi ipſi lābendo ſumantur;ficus duæ aut tres temperatæ per noctem in aqua vitæ mirè conferunt, bibat continuo decoctum pectorale,cui admiſta ſit ſufficiens quātitas ſacchari candi, coquatur radix labri veneris & miſceatur cum melle,mira eſt in aſthmate, oleo amigdalarum dulcium & butiro recenti vnguatur,fomenta ex ſuperiori decoctione erunt ex vſu ſi coarctatio pulmonis à frigido ortum duxerit calefacientia pectoralia erunt exhibenda,vt,♃. hyſſopi,praſſij odorati,camepiteos aā m̄. j. ß. paſſularum mundatarum, dactylorum iuiubarum, ficuum aā. ℥j. ß. liquiritiæ raſæ ℥ j. ſeminis aniſi, fœniculi ana ʒ ij. florum roriſmarini, ſtœchados ana m̄. ß. fiat decoctio ad ℔iij. pro vj. doſibus, cuique doſi adde ſyrupi de praſſio aut de hyſſopo ℥.j.ß capiat in aurora,ex decocto ſuperiori poteſt fieri potio, ſi frigida materia ſit collecta intra pulmonem,præparabitur & purgabitur vt dictum eſt.Gentilis in ſuis conſilijs aquam hanc expertam eſſe dicit,vel potius decoctum in muliere xij. annos aſthmate laborante à cauſa frigida. ♃. praſſij odorati, capillorū veneris vngulæ, cabaline aā. m̄. j. paſſul. ſeminis vrticæ,liquiritiæ,hyſſopi aā. ℥. j. ficus ſicc. n. x. fiat decoctio,de qua ſumat quotidie ℥ iij. ♃. aquæ vitæ ℔. j. mellis optimi ℔. ß. infundantur ſimul in vaſe vitreo, adde mannæ calabrinæ contuſæ ℥ iij. maneant ſimul 24. horis, deinde cola & ſerua,capiat coclearia duo manc.

De tuſsi.

In tuſſis cauſis perquirendis & parte affecta hoc modo progrediendum ex ſuppoſitione. Cauſa tuſſis eſt id quod reſpirationis inſtrumentis moleſtum eſt, per ſe, aut per conſenſum. Ea autem ſunt deducentia, aſpera arteria, excipientia, pulmones, mouentia, muſculi reſpirationis, inter quos primas obtinet diaphragma.

Cauſæ autem efficientes & mouentes tuſſim in illis ſunt triplicis generis, prima eſt morbus aliquis lædens illas partes vt peripneumonia, pleuritis, tubercula, iecoris inflammatio, vlcus pulmonum, inflammatio partium circa diaphragma poſitarum, aut aliarum partium reſpirationi ſeruientium. ſecunda eſt catarrhus prolabens è cerebro in tracheam arteriam. tertia eſt intemperies ſola in-[illegible]mentorum reſpirationis, & potiſſimum frigi-[illegible]rigida enim tuſſim mouent ex Hippocrat. his ita poſitis, ſecundum ea quæ referentur & apparent, cauſa eſt rimanda & locus affectus inueſtigandus.

Animaduertendum præterea. Duplicem eſſe tuſſim, vnam ſiccam in qua nihil expuitur, alteram humidam: in tuſſi ſicca læſionis ſenſus adeſt, ſed id quod lædit extrudi non poteſt vt in inflammatione iecoris & diaphragmatis.

Tùm à refrigeratione inſtrumentorum reſpirationis, præterea ab acri vapore ſurſum elato ad reſpiratoria inſtrumenta: denique à craſſo & viſcido humore crudo, qui tuſſim quidem mouet,

& cum in cuphosi adsit dispositio phthisi, phthisici vt plurimum moriuntur qui cuphosi laborant. Quare illis fonticuli applicandi quo defluxiones à capite in pulmones arceantur, à quibus vlceris pulmonis occasio nascitur propter eandem rationem. In lordosi sunt etiam vtiles. Cùm verò tuberculis pulmonum afficiuntur, si quidem dura extiterint minus periculosa sunt. Si verò non ita dura aut aperiri possunt, periculi plena sunt. Nam pus in spatium thoracis labitur, & propter compressionem cùm non possint ægri fere spiritum ducere suffocantur, quare si in gibberis nata fuerint tubercula pulmonum, suppurationem prouocare non conuenit. Sed potius indurationem, has ob causas pronunciauit Hippocrat aph. 46. lib. 6. *qui Gibberi ante pubertatem fiunt ex asthmate aut tussi statim moriuntur.*

De Raucedine, CAP. XI.

RAVCEDO symptoma est in actione læsa nimirum. In voce deprauata quæ aspera dici potest, quòd aspere & modo rudi aures feriat, distinguitur autem à clangosa quæ etiam deprauata est modo & causa. Nam licet vtraque sit aspera & auribus iniucunda, tamen hæc ferit aures tubæ modo horrisonæ. Illa vero aspera quidem est, sed debiliter commouet & âuditur.

Pars affecta in hoc simptomate est lingula, siue foramen oblongum, quod est in vna parte capitis tracheæ arteriæ, nam cum illius partis beneficio vox perfecte efformetur, in eadem effi-

citur deprauata & debilis, *quod enim est causa vt aliquid fiat simpliciter: illud etiam existit cur male fiat & deprauate, ex* Gal. initio de difficultate respirationis

Causa raucedinis proxima est humectatio excedens ipsius lingulæ quæ ita irrigatur, vt vox inde rauca oriatur; eam verò parit defluxio è capite in eam partem. Cuius cùm plures sint causæ quærendæ sunt capite de catarrho.

Raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt, paupertate caloris innati.

Raucitas cum tussi coniuncta phthiseos prænuncia est vel consectaria pro vt arteria recipit catarrhi feritatatem superne deorsum quæ prænuncia est, vel infernè sursum quæ consectaria dici potest.

Cum autem fieri nequeat vt qui humor labitur in lingulam non etiam peruadat ad pulmones, prædicenda ea mala quæ pulmonibus ex eo defluxu accidere possunt, siquidem humor defluens fuerit acris vel salsus, pulmonum erosio timenda si lentus frigidus asthma.

Si raucedini vocis interceptio succedat malum, vox enim exoluitur propter musculorum laryngis, paralysim, quæ difficillime abigitur, cùm enim partes illæ sunt admodum siccæ, si semel imbutæ fuerint, difficilè exsiccantur, *febris succedens aut superueniens raucitati illam coquit* com. 3. in lib. epid.

Vt curetur, defluentes humores purgandi, auertendi, deriuandi, purgatio diuertit, frictiones, nec non fonticuli in suris tibiarum appositi sanguinis missio, cucurbitularum applicatio deriuant, item fonticulus in brachio. quæ autem

ſunt in parte educenda diſcutienda, ſequentibus remedijs.

Purgato corpore inter præparandum, ſanguis ducatur è baſilica brachij dextri aut ſiniſtri vt commodum erit. vno interpoſito die, aperiantur venæ ſub lingua præſertim, ſi fuerint fauces inflammatæ, præparatis humoribus purgetur rurſus, deinde inſtituatur decoctio ex radice chinæ ſarſiparilla, viſco quercino & alijs inſtituto accommodatis qua vtatur 40. diebus purgationibus intermixtis, quibus remedijs niſi ceſſerit morbus parentur ſequentia.

At Hippocrat. ſent. 115. lib. de victus ratione in morbis acutis, *raucos purgandos non eſſe ſcribit*; & Galenus vult *frigidum & humidum eorum catarrhum exſiccari* topicis remedijs. Reſpond. ratione cauſæ antecedentis eos egere purgatione, habita verò ratione cauſæ coniunctæ exſiccatione per topica.

℞. Eryſinij totius recentis m̃. vj. radicum helenij, tuſſilaginis ſucco adhuc prægnantium, liquiritiæ añ. ℥ ij. borraginis, cicorij. Capillorum veneris añ. m̃. j. ß. florum cordialium, anthos, ſtœcados, añ. m̃. ß. aniſi ʒ vj. paſſularum mundatarum ℥ ij. inciſis & contuſis fiat omnium decoctio ex arte in ſ. q. aquæ hordei, hydromellitis & ſucci eryſini. ℥ vj. coquantur ad ℔. iij. expreſſioni adde ſacchari q. ß. fiat ſyrupus, quo, purgato corpore, diu vtendũ ex cocleari manæ & ſero, inquit Lobellus, quoniam eius beneficio iuuenculas decennio raucedine laborantes percuraui.

℞. Iridis florentiæ ℥. ß. ſpecierum diatragacanthi, ſacchari candi puluerati, añ. ʒ iij. ſacchari

dissoluti & cocti cum ℔. j. aquæ violarũ ad consistentiam manus Christi q. s. fiat confectio in morsellis, vtatur sæpe. Acetum squilliticum & oximel squilliticium valde conferunt ex Auicenna.

℞. pulueris cubebarum ʒ j. aquæ decoctionis liquiritiæ ℥ ij. capiat eundo cubitum calide ex Mõtagnana, contineat parum styracis calamitæ in ore ex mercurialis experimento. Gal. 8. de simplic. med. facultatib. in litera ς. styracem scribit prodesse tuncedini concoquendo.

Electuariũ à Montagna expertũ. ℞. caulium hyssopi, enulæ, vngulæ cabalinæ, iridis, prassij añ. ʒ. iij. anisi fœniculi, ameos, cubebarũ, aristol. rotundæ añ. ʒ j. ß. succi liquiritiæ ℥ ij. ß cinamomi, nucis moscatæ, acorij. añ. ʒ j. oximellitis squillitici & syrupi de prassio añ. ℥ iij. penidiarum ʒ iij. pineorum in fusorum in sapa per duos dies ℥ iiij. croci ʒ j. mellis despumati ℔. j. dentur ʒ ij. cum decocto radicis vrticæ.

De oregmone CAP. XIII.

In oregmone cum virium robore experti fuimus hæc remedia cum magno fructu.

Applicentur cucurbitulæ cum scarificatu scapulis, lumbis, natibus.

℞. oximellitis squillitici ℥ j. syrupi capillorum veneris ʒ iiij. misceantur, capiat sæpe cum cocleari.

℞. gummi ammoniaci ʒ j. oximellitis squilliticii. ℥ ß. syrupi capillorum veneris ℥ j. ß. decocti pectoralis q. s. fiat iulep. detur Looch, parentur iam descripta, tum vnctiones pectoris.

Miraculo

Miraculo quodam vidi oregmone liberatum plebeium ſumptis ℥. iij. axungiæ ſerpentis diſſolutæ cum iuſculo, ℞. cepam vnam albam, excauetur, impleatur oleo camomellino & irino, loquatur ſub cineribus, piſtetur addendo farinæ fenugræci ℥. j. vnguenti dialthyæ ℥. j. ß. applicentur ſupra thoracem, mira præſtat.

Generalia ad morbos cordis.

CAP. XIIII.

SIGNA affectionum cordis, & cauſarum affectionum ex Gal. In arte parua, ſumuntur ex difficultate reſpirationis, nam cùm reſpiratio referatur ad refrigerationem cordis & generationem ſpirituum vt ad ſuum finem ob quem à natura fuit inſtituta, quales & quantæ ſunt affectiones cordis, tales & tantæ ſunt reſpirationis, vt oſtenſum fuit capite de reſpiratione, præterea ex palpitatione illius, qui motus eſt præter naturam, in quo nititur cor expellere quod noxium eſt, ex quo colligitur cor malè affici, ex pulſibus, variantur namque pro diuerſis cordis & arteriarum affectionibus, vt lib. de pulſibus demonſtratum fuit; ex animi concitatione & demiſſione illa namque vt & omnis concitatus animi motus, cordis robur, & calidam intemperiem oſtendit, vt demiſſio frigidam, ex febribus, quòd in corde habeant locum; nulla enim febris poteſt eſſe quin cor afficiatur. Ex rigoribus, nam ſi cor refrigeſcat, aut ad ſe calorem attrahat, refrigeſcunt reliquæ corporis partes atque rigent. Ex colorum differen-

rentiis, nam licet colores extimæ cutis pendeant ex humoribus ſub illa latentibus, tamen coloris bonitas, aut defœdatio, ex coloris & ſpirituum abundantia, aut penuria naſcitur. Cor enim calidum, viuidos efficit humores, frigidum pallorem procreat. Dolores denique cordis, ſimptomata denotant, illius morbos vtpote effectus cauſas ſuas, ſignificant enim ipſas cauſas affectionum vt facillimum eſt cognoſcere.

Cordis morbi vt reliquarum partium corporis, ſunt maiores partis obſceſſæ præſtantia, eſt namque principum prima & præcipua, quocirca in pari gradu periculoſiores cenſentur, quàm reliquarum partium ægritudines.

Morbi ipſius cordis difficillimè curantur, calidi quidem affectus non ſine magno negotio, ob motum perpetuum & natiuam diſpoſitionem cordis, frigidi verò quod à caloris natiui diminutione ortum ducant: adde quòd medicamenta antequàm ad cor perueniant amiſerunt vires ſuas & energiam.

Conformatio cordis talis eſt, vt omnia quæ in pulmones labuntur poſſint etiam in cordis ſinum ſiniſtrum deferri: ſed minori efficacia, & debiliori facultate, vt quæ trãſeundo per pulmones paſſa ſint virium diminutionem. Verùm eadem pulmonibus & cordi non conueniunt: nam aceroſa cordi ſunt grata, & vtilia, pulmonibus verò officiunt. Quare ſatius eſt eiuſmodi remedia vorari, licet viæ & itineris longitudine valde debilitetur eorum poteſtas, eam ob rem paulò maiori quantitate exhibenda, ſi robur ventriculi patiatur, læditur namque ab acetoſis vẽtriculus, ſenſus eſt exquiſitiſſimi: eam ob rem

vehementia remedia non fert. Eius tamen ſubſtantia dura, præſertim ſiniſtri ventriculi, non patitur facile penetrationem. Quare ſi quæ ſint extrinſecus eius regioni applicanda, vi penetrandi debent pollere. Atque ideo vinum album cordialibus epithematis ſatis larga quantitate adiungendum. Et cùm principum ſit præcipuū corroborantibus maximè eget ſpecificis, de quibus paulò poſt.

Medicamenta autem præcipua ad cordis affectus frigidos ſunt aqua cinamomi, meliſſæ, roris marini, cardui benedicti, aqua vitæ, aqua cæleſtis, aqua imperialis, ſirupus de biſantiis ſimplex, & compoſitus, pituitam in corde contentam præparant. Ad melancholicum ſuccum in corde exiſtentem præparandum exhibentur ſyrupus de pomis ſimplex, & compoſitus, ſirupus de ſucco borrag. bugl. decoctio cordialis calefaciens.

℞. pruna n. xij. paſſularum ℥ j. ſebeſtem n. xv. iububas n. x. foliorum borraginis, bugloſſæ, violarum, melliſſæ, ſcabioſæ, capillorum veneris añ. m̄. ß. ſeminis baſilici, liquiritiæ, ſeminis d'auci añ. ʒ. ij. florum cordialium. m̄. ß. In quo poteſt diſſolui ſaccharum iuxta quantitate, vel ſyrupi cordiales, aut medicamenta ſequentia. ℞. quinque radicum communium in vino albo maceratarum añ. ℥. j. enulæ campanæ radicis paſtinacæ ſilueſtris, colami aromatici añ. ℥. ß. borrag. bugloſ. cū toto, capillarium, betonicæ, thymi, & thamariſci añ. m̄. j. roriſmarini m̄. ß. Item fœniculi, ſeſeleos añ. ʒ. ij. cicerum rubeorum p. j. prunorum, paſſul. mundatarum añ. p. vij. florum roriſmarini, ſambuci, trium florum cordialium, florum mali corlini, añ. p. j. fiat decoctio ad libram 1. ß. In qua diſſolue ſacchari q. ſ. aromatiſetur

ʒ.j. ß. pulueris diamoſci dulcis, adde ſyrupi de pomis ℥.iij. ſi purgans efficere volueris adde polypodi quercini, ſennæ orientalis ℥.ij.

Electuaria calefacientia ſunt aromaticum roſatum, Gabrielis, aromaticum gariophilatum, dianthos, diamargaritum calidum, vel frigidum, electuarium de gemmis, lætificans Galeni; conſeruæ florum borraginis, bugloſſæ, arantiorum, anthos, meliſſæ; condita etiam nux moſcata, arantia, mirabolani conditæ. Cordi applicatur emplaſtrum ad affectus frigidos cordis vt corroberetur quod appellant epithema cordiale ſiccum. Conſtat autem ex conſeruis, pulueribus aromaticis, & aliis cum ſyrupo, vel liquore alio conuenienti, vt ℞. conſeruæ florum borraginis, bugloſſæ, anthos, añ. ʒ. iij. pulueris aromatici roſati & diamargaritonis frigidi añ. ʒ. ß. cornu cerui præparati, raſuræ eboris, coralli rubri añ. ℈. j. confectionis alchermes ʒ. j. ſyrupi de limonibus, aut de pomis redolentibus q.ſ. fiat epithema cordiale, applicandum regioni cordis.

In affectibus frigidis vtiliter admiſcetur ʒ. j. vel ℈. ij. theriacæ veteris: multi exiſtimant epithemata humida refrigerantia antiperiſtaſi augere calorem cordis in febribus, ſed errant, meo iudicio, antiperiſtaſis enim fit quando contrarium vnum circundat omni ex parte aliud contrarium: at epithemata applicantur ad latus cordis, quare calor cordis poteſt contrarium effugere per ea vaſa quæ inſeruntur pulmonibus, & per arterias quæ ab illo ortum ducunt. In febribus putridis, non conuenire quidam exiſtimant, quod meatus corporis obturent, prohibeantque exhalationum exitum,

quare in declinatione earum magis conueniunt; in principio tamen applicanda multi censent, quia roborant & repellunt, in obesis minùs conueniunt quàm in macilentis, quòd difficilior sit penetratio, debent autem applicari sub sinistra mamma non quod in sinistra parte cor sit situm, sed quia ibi fiat à sinistro cordis ventriculo & ab arteria magna ab eo orta, maxima pulsatio, operatio autem externorum remediorum fit per attractionem pulsantium arteriarum ad cor. Adde quod oportet eligere loca in quibus ossa non impediant aditum medicamentorum, in medio autem pectoris cum os sit continuum nempe sternum, rationi est consentaneum parte leua debere applicari.

Epithemata autem calefacientia & corroborantia talia esse possunt. ℞. aquæ melissæ, nimpheæ, buglossæ añ. ℥. iij. vini albi odorati ℥. ij. aquæ florum myrthi vel rosarum ℥. iij. specierum de gemmis, diamargaritonis calidi añ. ʒ. ij. trochiscorum de camphora ℈.j. fiat epithema cordi applicandum, vel

℞. florum rorismarini, stecados añ. ℥. ij. seminis basalisci, corticis mali citri, macis, gariofilorum añ. ʒ. iij. specierum diamargaritonis calidi aut de gemmis ʒ. ij. reducantur in puluerem, gossipio excipiantur & includantur sacculo serico, irrorentur vino aut aqua melissæ, applicentur cordi.

Ad intemperiem calidam cordis præscribuntur aqua malorum cytoniorum, rosarum, acetosæ, nenufaris, violarum.

Syrupi præparantes bilem in corde sunt, syrupus ex infusionibus violarum, & de succo violarum, syrupus granatorũ dulcium de agresta; oxisacchari simplex, de acetositate citri, aranciorum acetosorum, syrupus de lymonibus. Decoctum cordiale superius descriptum refrigerans efficietur additis medicamentis cordialibus frigidis vt oxalide lapato acuto, lymonis frustalis, pomis acidis, prunis damascenis, & similibus acidis.

Aposema refrigerans cor, putredinem coërcens & malignitatem. ℞. corticis radicis buglossæ ℥. ij. acetosæ cum radicibus lapati acuti, lenticulæ aquaticæ, scariolæ, endiuiæ, cicorij, borrag. añ. m̃. j. seminis citri, quatuor seminum frigidorum maiorũ añ. ʒ. ij. hordei mundi. p. j. ß. gran. berberis ʒ. j. ß. prunorum damascę. p. vj. florum rosarum, violarum, buglossæ añ. p. j. fiat decoctio ad ℔. j. ß. in colatura dissolue sacchari, borraginis ℥. iij. clarificetur ʒ. j. ß. diamargariti frigidi, adde oxiccaræ simplici ℥. iiij. fiant tres doses, si purgans efficere volueris adde thamarind. ℥. ij. mirabo. citrin. cum oleo amygdalarum dulcium confricatarum ℥. j.

Electuaria refrigerantia cor, sunt diarhod. abbatis triasamtali, diamargariti frigidi, conseruæ acetosæ, rosarum, violarum, epithema refrigerans cor, ita componi potest. ℞. aquæ rosarum, acetosæ, scabiosæ, añ. ℥. iij. aquæ violarum ℥. iiij. pulueris diamargaritonis frigidi, ossis de corde cerui, añ. ʒ. ij. coralli vtriusque ℈. j. vini albi ℥. j. fiat epithema applicandum hora vna ante pastum, sacculus fiat hoc modo. ℞. florum rosarum rubearum exsiccatarum, florum buglossæ, & borraginis, violarum siccarum añ. ʒ. j. coralli rubri, ossis de corde cerui pulueratí añ. ʒ. ij.

confectiones de hyacintho ʒ.j.fiat puluis includendus sacculo serico,vel panno alio raro,cordique applicetur:medicamenta cordi amica proprietate occulta sunt,ambura grisea,moscus,folia auri & argenti,oxalis, planta basilici,malum citrum, corallus,cinamomum,camphora,coriandrum, calaminta, doronicum,mirabolani,embliæ, & chebulæ, pistacia, hyacinthus, electrum, lapis armenus,lapis lasuli, lignum aloës, malum granatum,margaritæ, polypodium , pira, pæonia, sericum, santala , terra lemnia, terra sigillata , hedoaria. Composita præcipua sunt theriaca, mithridatium, confectio alchermes , confectio de hyacintho.

Syrupus sequens præstantissimus censetur,ad cordis & facultatis vitalis debilitatem. ℞. cinamomi selecti ℔.j. infundatur in aquarum borrag. & violarum añ. q. s. vini maluatici ℥. viij. aquæ melissæ ℥. v. infundantur per diem naturalem in balneo oclufo lentissimo igne,colentur per manicam Hippocratis addita sacchari q. s. puluerati, fiat syrupus, capiat vt visum erit.

Nocent cordi pisces omnes sine scamma , odores fœtidi,omnia legumina, acria,& frixa omnia.

De Syncope & lipothimia.

CAP. XV.

SYNCOPE est præceps viriũ lapsus Gal. cap.5.li. 6. meth. medendi virium nomine intelligit naturales præsertim, animalis enim facultas parùm ad vitam confert,nisi quod respiratio, quæ illius opus

est necessaria, censeatur ad caloris refrigerationem & spirituum restaurationem.

Diuiditur syncope in cordiacam & stomachicam, illa causam habet primariam in corde, vel per se vel per consensum reliquarum partium: hæc verò in orificio ventriculi superiore primariam sedem obtinet.

Syncope differt à lipothimia vel lipopsichia, gradu & magnitudine. Syncope namque est magnus lapsus virium, lipothimia paruus: simptomatis etiam distinguntur, nam in syncope duo depræhenduntur simpromata pathonomonica, refrigeratio totius corporis ab interitu caloris innati & spirituum, tum sudor frigidus, qui ἐφίδρωσις à medicis dicitur, ab exolutione humidi radicalis partium solidarum: Lipotimia autem extenditur ad sudores vsque.

Ad inuentionem causarum syncopes & lipotimiæ hac possumus vti methodo ex suppositione. Gal. loco citato virium naturalium essentiam consistere scribit in spiritibus & temperamento solidarum partium, illam conseruant calor innatus, humores temperati, respiratio, nutrimentum laudabile, locus satis densus ad prohibendam spirituum dissipationem, consistentia spirituum mediocriter, sequitur ergo lege contrariorum spiritus & temperamentum solidarum partium corrumpi à frigore, à malignis & corruptis humoribus, ab oppressione & suffocatione; dissipantur spiritus dolore vigiliis immodicis, labore, tristitia, lætitia nimia, tenuitate spirituum, raritate corporis per quam effluunt.

Temperamentum, autem labefactatur à con-

trariis intemperiebus. Animaduertendum, quod Gal. scrib it 9. meth. *Virtus tribus modis conseruatur inanitum replendo, alteratum corrigendo & dispersum vniendo* ab exhausto namque spiritu debilitas, ab intemperie temperiei corruptio, proindeque spirituum: congregatio verò spirituum, est eorum cor roboratio, virtus namque vnita fit robustior.

Signa frigidæ intemperiei cordis & humorum redundantium explicata fuere, plethoræ etiam indicia exposita sunt, quod si timor fuerit causa suffocationis, facilè cognoscitur, si dolor fuerit causa dissipationis spirituum, æger ipsum prodit; calor ardens & vehemens, vigiliæ immodicæ, labor, lætitia nimia facilè dignoscuntur; difficillimum est cognoscere tenuitatem spirituum, & raritatem corporis, earum tamen dispositionum, signa sunt sumenda primò, per priuationem supradictorum, secundo ex calido temperamento, macie corporis, quòd frigore facile afficiatur corpus, famem tolerare non possit. Cum bene habeat facile sudat & ex leui occasione.

Malignitas signis peculiaribus detegitur, & ex specie morbi toto genere maligni, vt in peste.

Magna est affectio partis obsessæ præstantia, & symptomatum magnitudine, læduntur namque omnes facultates & præsertim ea quæ vitæ causa est.

Defectus animi semper periculosus, morti namque proxima est affectio, syncope tamen ipsa lipotimia periculosior; maius etiam periculum

impendet à causis dissipantibus spiritus & à malignis quàm à suffocatione. Hipp. aph. 41. lib. I. ait, *qui sæpe & vehementer citra manifestam causam animo linguuntur vel deficiunt, hi repente moriuntur.* Causa namque mala & maligna interna perseuerans non potest non mortem afferre.

Si frigida intemperies pepererit syncopem, calidis est expellenda iam præscriptis, incipiendo à præparantibus, deinde purgando præparata, tandem corroborando per epithemata calida, electuaria, conseruas, & reliqua medicamenta.

Si intemperies calida fuerit causa lipotimiæ, moderatè frigidis est oppugnanda, nam valde frigida extinguerent calorem natiuum, cuius conseruationis habenda est præcipua ratio, primò præparantibus dictis, deinde purgantibus, tandem corroborantibus.

Si plethora oppressionem induxerit sanguis est mittendus, aut ex vena cubiti, aut è venis tibiæ & pedum, si menses substiterint, aut hemorrhoides fuerint suppressæ, quærũt an ab oppressione in ipso paroxismo lipotimiæ debeat sanguis mitti? debet, nam eo modo causa syncopes tollitur, si ab humoribus corruptis nascatur syncope, mitti debet sanguis parua quantitate extra paroxismum, ad diuertendum ne confluat ad cor, deinde præparandi humores, & purgandi medicamentis accommodatis. Tandem corroborantia sunt adhibenda.

Si maligna aura fuerit causa syncopea alexiteriis est vtendum, theriaca, confectione alchermes, de hyacintho, mithridatio, præparandi humores & purgandi vt decet; tum applicanda remedia externa topica quæ præscripta fuerunt; præstans est hoc re-

medium. ℞. coralli rubri, nucis moſcatæ, cariophilor. añ. ʒ. ß. croci ℈. 12. camph. ℥. 9. ſantali rubri ʒ. iij. ex his fiat puluis, iniice vaſi vitreo affuſa aqua roſarum, borrag. añ. ℔. j. ponantur ad ſolem per 24. dies ſerua in vſum, intingantur lintea in ilis & cordi apponantur iteranda ſæpe.

Si dolor ſyncopem produxerit, ſedandus eſt vt dictum fuit cap. de dolore. Si vigiliæ immoderatæ ſoporiferis medicamentis vt dictum eſt cap. de vigiliis, ſi labor quiete curatur & alimentis.

Tenuitas ſpirituum alimentis boni ſucci eſt cūranda, quæ aliquam habeant vim aſtringētem præſertim iuſculis, galinarum, caponum, vituli, perdicum, aqua carnis, vino auſtero, ouis ſorbilibus, & aliis quæ ſunt facilis digeſtionis, medicamenta præberi debent benigna & temperata vt caſſia, manna, ſyrupus violatus, mirabolani conditæ, mala citonia condita. Si corpus fuerit raræ contexturæ per quam diſſipantur ſpiritus, pori ſunt obturandi viſcidis medicamentis mediocriter refrigerantibus, vt oleo violato, papauerino, cytoniorum, vnguentis, & linimentis aſtringentibus, compoſitis vt de bolo.

In ipſo paroxiſmo, aſpergatur facies aqua frigida, in os immittatur vinum purum, aut acetum, in nares, in oculos: ſternutatoria fortia applicentur, quæ ſi non profuerint in anguſto ſpes eſt, frigentur extremitates, ligentur parui digiti pedum & manuum, comprimantur vehementer, pili euellantur præſertim partium pudendarum, boni odores admoueantur naribus, niſi mulier ſit ſuffocationi vteri obnoxia, epithemata debent applicari cauſæ affectionis contraria. Confectio ſequens præſtantiſ-

ſima habetur præſertim in ſyncope à frigidis affe-ctionibus. ℞. theriacæ, diamoſci dulcis añ. ℥. j. confectionis alchermes ʒ. iij. conſeruæ bugloſſæ ℥.ß. pulueris diamargariti calidi, electuarij de gemmis añ. ʒ. ij. margaritarum electarum ʒ. j. folia auri numero tria, ſyrupi bugloſſæ q. ſ. fiat confectio liquida de qua aliqua quantitas in os immittatur tempore paroxiſmi, ea vtatur etiam extra paroxiſmum, valde namque prodeſt, vt & aqua cæleſtis, imperialis, cĩnamomi, gariofilorum, & aquæ aromatum reliquorum.

De motu cordis inordinato.

CAP. XVI.

MOTVS cordis præter naturam dicitur palpitatio à practicis, ſiue tremor cordis per comparationem motus illius naturalis, celerior ergo, tordior, minor, maior, rarior quàm par ſit motus, ſunt contra naturam comparatione facta ad motum vitalem ſiue pulſum naturalem. At palpitatio non dicitur præter naturam per comparationem ad pulſum naturalem, ſed quòd ſit motus contra naturam, facultatis expultricis ipſius cordis; Ergo duplex eſt motus in corde vnus à pulſifica facultate pendet, alter ab expultrice eorum quæ moleſta ſunt: fit autem mixtio motus vtriuſque facultatis ex qua conſurgit motus inordinatus cordis, qui impropriè dicitur tremor ſiue palpitatio; motus autem hic euidentior eſt quòd in hac

parte parua noxa existimetur magna ob vitæ necessitatem.

Motus vero hic deprauatus excitatur à causa molestante ipsam cordis substantiam; quam ob causam sese colligit ad excludendum quod noxium est; in quo differt à cæteris motibus præter naturam pulsificis, qui fiunt propter vsum cordi necessarium, nempe spirituum restaurationem & caloris moderationem.

Verum hic motus fit ad exclusionem rei molestæ, at huic fini sistole seruit. Respondeo, sistolem fieri primario & per se quo nouus aër attrahatur, nam nisi contraheretur cor, non fieret noua atractio, quare contractione facta propter eam rationem, per accidens excluduntur fuliginosa excrementa, quæ licet non essent in corde nihilominus cor ad sensum rei molestantis contraheretur quò expelleret noxia, neque mirum esse debet, cor ita violenter moueri, cùm stomachus in vomitu vehementi motu agitetur.

Motus cordis tremulus siue palpitans cognoscitur ex relatu ægri aut manus applicatione.

Causarum numerus diuersus constituitur ab authoribus. Iaquinus vir doctissimus ex Gal. cap. 1. lib. 4. locorum affectorum tantùm duas instituit causas, primam cum calida materia affluit, siue multitudine obstruat siue grauet, secundam aquam in pericardio vltra modum collectam, verum ratio & multorum experientia videntur plures causas confirmare, Iaquinus ita scribit, ego ex Galen. quantùm habere possum, dico in vnam causam apud eundem reduci scilicet

vim vitalem grauantem, hoc posito ita argumentatur, si palpitatio cordis accidat ob rem grauantem ipsam facultatem, hoc fit quia grauans molestum est, ergo id omne quod molestum erit cordi excitabit illum motum, cum molestia sit ratio formalis illius motus; at multa præter illas duas causás grauantes molestant, quare rationi subiungens experiẽtiam Forestus & alij multi plures caulas illius affectus recensuerunt, nempe copiam sanguinis, humoris melancholici, pituitosi, aquæ magnam quantitatem in pericardio inclusam, flatus copiam, obstructionem, solutionem continui tumorem præter naturam, quorum signa sunt, copiosi quidem sanguinis efferuescentis febris, magna respiratio & velox pulsus, si feruens non sit sed crassus, copia illius depræhenditur ex venis tumidis, totius corporis plenitudine, quibus adiungere possumus causas procatarticas & antecedentes, de quibus dictum fuit cap. de plethora.

Si melancholicus succus fuerit caŭsa, aderunt signa eius tùm melancholica symptomata enumerata.

Si pituita abundauerit aderunt signa illius iam descripta cap. de humoribus & alibi.

Gal. loco cit. aquæ redundantis in pericardio signa scribit emaciationem & extenuationem totius corporis, quod ex cordis compressione & angustia hectica nascatur: cùm enim liberè non attrahat aërem ob compressionem, excalefieri est necesse, hincque oriri febrem hecticam.

Flatum indicat repentina accessio parum durabilis cum asthmate, & alia quæ significant copiam flatuum in corpore, in obstructione vasorum cordis

adeſt inæqualitas pulſus ſimul cum palpitatione vt & in humore præter naturam ſolutio continui ex ſe ipſa dignoſcitur, poteſt etiam naſci; ſentẽtia quorundam, per conſenſum totius corporis vt in febribus. Gal.12.cap. libri 5. de locis affec. ſcribit, *qui ſæpe & breui interuallo palpitatione cordis corripiuntur, omnes ante ſenectutem moriuntur*; ſignificatur enim continua cauſæ præcedentis palpitationem generatio, à qua longo tempore & ferè continuo cor afflictum debilitatur tandemque intermittitur. Si cum ſyncope præhenderit periculoſa maxime eſt, quod aut cauſæ magnitudinem aut malignitatem oſtendat. Si tumor præter naturam ſit cauſa motus illius mortem affert ex cap.2. lib.5. locor. aff. ſi vulnus mors eſt in propinquo ex Hipp. aph. 20. lib.6. à flatu parum periculi creat.

Si copia ſanguinis adſuerit ſiue cum febre, ſiue ſine febre viribus conſtantibus ſanguis eſt detrahendus ex vena dextra cubiti, vel ex venis inferioribus, ſi ſuppreſſa fuerit aliqua inſignis euacuatio inferiorum partium vt mẽſtrualis & hæmorrhoidum victus tenuis eſt inſtituendus ex Gal. loco cit. corroborando ipſum cor, vt facere conuenit in omnibus cordis affectibus. Si humor aliquis melancholicus redundans motum illum excitauerit, præparandus & purgandus vt diximus cap. de melancholia morbo, deinde corroborandum cor. Si pituita eodem pacto faciendum, flatus ſunt diſcutiendi ſumptis & admotis cordialibus, aqua in pericardio redundans curatur, attenuante & moderatè ſiccante victus ratione, parum bibere debet æger, exercitio & laboribus moderatis vaccare, degere in aëre ſicco & calido; moderatis aqua debet purgari hydroticis

quæ deſcribētur cap.de hydrope. Peculiaria autem ſunt ea quæ applicantur regioni cordis, ſiccantia præſertim,vt ſacculi compoſiti ex aromatibus.

Palpitatio quæ ab obſtructione vaſorum contingit aperientibus & incidētibus curabitur dictis iam capite generali de morbis pectoris & dicendis cap. de obſtructionibus nunquam omittendo cordialia medicamenta.

In omni cordis palpitatione mire confert geſtare iaſpidem naturalem ſupra cordis regionem, quod experientia multorum fuit confirmatum, item. ℞. margaritarum præparatarum ʒ. ij. coralli rubri præparati ʒ j. roſarum rubear. ʒ. ß. ſacchari aqua roſarum diſſoluti q. ſ. confectionis alchermes ʒ.j. fiat electuarium auro tectum, capiat ʒ.ij. duabus horis ante paſtum.

De febre continua & primo de ſynoche.

FEbris continua non dicitur illa quæ tantum à principio ad finem ſiue intermiſſione perſeuerat, nam ea ioue ephemera eſſet continua, ſed quæ pluribus diebus durat ſine intermiſſione: continuitatis verò duplex eſt modus, aut enim continua eſt ſine vlla exacerbatione & ſynoche, ſiue continens dicitur, aut cum exacerbatione,& continua nomine generis appellatur. Cauſa cōtinuitatis febrim eſt afflictio & calefactio continua cordis à calore præter naturam,aut naſcitur ſiue putredine à ſala phlogoſſi humorum, aut coniuncta cum putredine : primò modo procreat ſynochum non putrem,ſecundo putrem & alias de quib. paulò poſt diſſeremus.

Inueſtigandum etenim quinam ſint illi humores qui

qui ſua inflamatione citra putredinem poſſunt febrem excitare, duo ſunt humores in corpore calido, ſanguis & bilis qui dum ſupra modum incaleſcunt, poſſunt producere temperiem calidam in corde ſine vlla putredine, ſunt enim ſubiecta apta ad calorem præter naturam accipiendum citra putredinem, à cauſis poſt modum explicandis, difficilè vero concipitur ſanguinem poſſe inflammari ſine bilis accenſione; nam ſi quod magis videtur ineſſe, non ineſt ergo quod minus videtur ineſſe nō inerit; atqui facilius incendium concipiet bilis calida ſicca, quàm ſanguis calidus humidus, quia calida ſicca incendij ſunt capatiora, quam calida & humida, ergo nunquam erit febris ſynoche compoſita ex ſanguinea &ślioſa. Hoc verum eſt in his in quibus æquè vterque humor dominatur proportionaliter, at in plethoricis in quibus parum eſt bilis ſanguinea ſynochus eſſe poterit ſiue bilioſa in vaſis bilioſis bilioſa ſine ſanguine.

PRACTICÆ LIBER TERTIVS DE CVRANDIS MORBIS IMI VENTRIS.

Cui acceſſit exercitationis gratia caput ſingulare de Arthritide.

De prædictionibus quibuſdam pertinentibus ad affectus. Imi ventris. Cap. I.

PROGNOSES ſunt quædam̃ deſcriptæ ab Hipp. in Coacis de hypochõdrijs & lumbis ſine vlla morborum peculiarium deſignatione quæ præmitti debẽt ſpecialibus morborum earundem partium prognoſticis, hypochondrij vero nomen proprie ſignificat partes quæ aut ſunt infra coſtas notas in lumbis, aut ſub coſtis notis prope diaphragma, hepar nimirum dextra parte, ſplen ſiniſtra, latiori ſignificatione comprehendit vna cum ſuperioribus partibus diaphragma ventriculum & omnes partes imi ventris: in eorum autem prognoſticorum explicatione ordo doctrinæ requirit, quoniam res præter naturam intelligi non poſſunt niſi per collationem cum rebus naturalibus, vt cõſtitutio naturalis hypochondriorum explicetur.

Scribit ergo Hipp. *Hyppochondrium, scilicet, naturaliter constitutum molle esse debet doloris expers & aequale contra exaestuans, aut inaequaliter constitutum, aut etiam dolore affectum, morbi est non mansueti signum*; lege contrariorum, hic aphorismus est descriptus, quorum contraria sunt consequentia, mollities hypochondriorum citra suspitionem ædematis significat partes hypochondrio contentas, nec siccas esse, nec distentas plenitudine, partes namque hypochondrij ambitu contentæ naturaliter molles sunt. *doloris expertes*, quòd neque distendantur aut intemperie afficiantur, *aequales* item sunt naturaliter, inæqualitas namque ab intemperie oritur humorum suo confluxu distentionem inæqualem generantium. Notæ ergo contrariæ durities nempe ab intemperie sine materia, aut cum materia, dolor ab intemperie aut distentione, inæqualitas ab ijsdem causis nata significant morbum non mansuetum, ergo vera est prædictio Hippocratis.

Tumor vero in hypochondrijs durus ac dolens pessimus est. Si quidem partes omnes hypochondriorum occupauerit quòd si tantum alteram partem minus periculosus praesertim sinistram. Hoc aphorismo per hypochondria intelligit partes inclusas superiore parte vētris imi, quem ἐπιγάστριον anatomici nominant obscessas inflammatione, non externas nimirum musculos abdominis. Ab inflammatione autem tumor cum duritie & dolore pendet, quæ inflammatio si occupauerit omnes partes hypochondriorum pessima est: quò enim plures afficiuntur partes eò plures labefactantur actiones, in ægri perniciem. vno vero hypochondrio tantum affecto minùs est

periculi, plura enim mala sunt peiora & præsertim si hypochondrium sinistrum obsessum fuerit nam lien qui in eo continentur, dignitate officij cedit iecori principi parti.

Rerum tumores huiusmodi per initia quidem nati mortem in propinquo esse denuntiant, tumores intelligit præsertim vtriusque hypochondrij, aut saltem dextri ab inflammatione iecoris natos non fugaces, nec per successionem aliorum morborum, in primo morbi insultu, *natos mortem verò in propinquo esse denuntiant*, propter cessationem offici partium ad vitam necessariarum doloris acerbitatem, perennem generationem humorum prauorum & sympathiam quam habent cum partibus principibus, quæ omnia denuntiant caloris innati dissipationem funestam.

Sin autem vigesimum superent diem manente febre, in supurationem vertuntur. quasi dicat, nisi moriantur in breui nimirum septimo, aut nono die, vndecimo, vel decimo quarto, fiunt morbi acuti ex decidentia qui nisi soluantur 17. & 20. in suppurationem vertuntur, dicit autem *manente febre*, nam si febris desierit, tumores remanentes non suppurantur, febris namque vomicæ putrecentis est symptoma, desinente vero febre tumor in schirrum mutari potest; Prædici ergo eo pacto suppuratio poterit.

Verùm illi tumores in breui semper funesti & læthales non sunt, nam inquit Hipp. *Accidit aliquando ijs vt in prima periodo sanguis prorumpat è naribus, & auxilij multùm afferat.* Huius hæmorrhagiæ futuræ indicia exhibet Hipp. capitis dolorem & visus hæbetudinem à sanguine sursum.

Ad caput excurrente cephalalgiam plenitudine & calore excitante, tum oculorum hebetudinem ducit etiam indicium hæmorrhagiæ futuræ ab ætate nimirum quæ est a 18. anno ad 35. Possunt vero aliis modis multis iudicari, nimirum vrinis deiectionibus & vomitibus, sed de illis peculiariter dicetur in exercitationibus specialibus.

Si post 20. diem suppuratio sit subsequuta animaduertẽda puris qualitas & progressio, nam si pus fuerit album leue & æquale nec fœdi odoris ac foras prorumpat, læthalis talis non erit suppuratio, & licet pus esset laudabile. Si in partes internas effundatur, naturalem œconomiam labefactat malè affectis partibus, quarum partium officio vita carere nequit.

Tumores autem molles ac doloris expertes tardiores illi quidem adferunt crises, at minùs sunt quam alij periculosi, sed hi quoque sexagesimum diem superantes, manente febre in suppuratum vertuntur, hos tumores esse phlegmatosos significant doloris vacuitas, & mollities, tum tarditas supurationis, periculi autem minus habent, quod doloris sint expertes, dolor namque vires dissipare solet, neque tantum officii partes ipsæ vacationem experiuntur, & quod febris perexigua sit, alia symptomata valde molesta ægros exerceant.

De tumoribus qui circa ventrem excitantur idem centiendum existimat Hipp. ac de illis tumoribus qui sunt in hypochondriis proprie dictis, nisi quod illi minùs supurant: minimùm verò, qui sub vmbilico sunt. Verba Hippocratis hæc sunt *Eadem ratio est in tumoribus qui circa ventrem excitantur atque hy-*

pochondriorum, sed hi quàm illi minùs suppurant, minimum vero qui sub vmbilico sunt. Ex quo videre est Hipp. diuisisse ventrem in hypochondria propriè dicta, in partem vmbilicalem & partem sub vmbilico sitam: quòd autem tardius & minùs suppurent in illis partibus, causa est minor calor. Hypochondria enim sunt calidiora ombilico proximitate cordis & hepatis vmbilicus calidior summe eadem ratione, suppuratio enim fit à calore partium affectarum. In locis ergo minùs calidis fit tardior & rarior suppuratio.

Quoniam autem de superatione horum tumorum mentio facta est ab Hipp. discernendus est exitus illarum suppurationem ex loco in quo fiunt & colliguntur, inquit ergo, *suppurationum quæ sursum existunt*, nimirum in hypochondrijs, *aliæ quidem in tunica remanet collectæ, aliæ vero sunt in visceribus ipsis diffusæ*, tunicam intelligit viscerum, vt lienis & hepatis presertim hac posita distinctione à loco deducta prognosim hanc instituit.

Abscessum prædictorum, læthales sunt illi qui pus effundunt intrò, quod ab illo pure labefactentur partes intra abdomen contentæ, cesserque proinde earum officium in coquendo cibo, distribuendo, & expellendis excrementis. Tandemque violenta inde nascitur dysenteria, quæ crudeliter ægrum exercet, vnde dissipatio caloris innati & mors contingit.

Reliquorum autem suppuratorum quæ foras abscedunt principem locum obtinet, quod & breuissimè & acutissimè est collectum, inter ea suppurata quæ foras detrudunt materiam purulentem ea minùs periculosa censentur quæ colliguntur exiguo spatio quo significatur materiæ moderata quantitas; &

in acutum vergunt, quo ostenditur naturæ robur valide foras protrudentis materiam suppuratam Hoc confirmatur Hipp. sententia in prognosticis, *quæcunque foras conuertuntur optima sunt, si parua eminent acuminata; magna verò & plana minimúmque turbinata pessima.*

Verùm suppurata quæ intro ostenduntur suntne omnia læthalia? ad hanc quæstionem, distinctionem sequentem scribit Hipp.

Sed tamen eorum quæ introrsum feruntur optimum quidem illud, quod neque dolore neque tumore neque colore conspicuum quidquam foris exhibet, non quod velit significare optimum illud esse simpliciter, sed minùs malum, nam pus effusum labefactat illas partes interiores vt diximus, & licet pus illarum partium calore dissiparetur, tamen effluxit ex parte suppurata quæ sanari nisi longo tempore non potest. Quare partes excipientes ipsum pus, tandem malè afficientur; Periculi ergo plena sunt illa omnia suppurata licet indolentia tumoris absentiæ & caloris præter naturam, aliquid boni pollliceantur. Si verò doleant, tumeant partes ab effuso pure & colore malo afficiantur contrarium euenit; existunt autem intermedia quædam suppurata non apparentia neque mellia neque dura, quare inquit Hip.

Quædam vero horum præ crassitudine puris non apparent, Crassum enim pus ad externas partes non potest peruenire, addit etiam alibi loci densitatem quæ impedit supputari apparentiam, *quibus enim*, inquit *pus in corpore nullam sui dat significationem ob crassitiem sui aut loci mittendum omni arte vt appareant & foras educantur.* Ars autem

posita est in dignotione & remedijs, dignoscuntur ex distinctione periodorum criticarum, ex signis antecedentibus, coniunctis & consequentibus, distinctio autem periodorũ varia est, pro diuersa materia inflammationum, nam hypocondriaci tumores duri suppurantur intra 20. diem, molles intra 60. vt dictum est.

Vt ab humoribus, tumores hipocundriaci oriri solent, ita & à flatibus congestis in illis partibus propter illarum imbecillitatem; de quibus ita scribit Hippocrotes, *Tumor recēs excitatus in hypochondrijs si quidem sine inflammatione est*, Vt tollatur omnis suspitio inflammationis hypochondriorum, de qua in superioribus egimus, *ac inde malos dolores*, à frigida fit intemperie & distentione, *soluit murmur in hypochondrijs factum & maximè si exierit per vrinas & deiectiones alui, iuuat tamen deuolutus ad inferiores partes ventris*, non dixit soluit, vt fit in excretionibus, sed iuuat per translationem & loci mutationem, compresso enim hypochondrio, in spatium amplius translatus vapor & flatus minus doloris excitat.

Durities alui cum dolore coniuncta & febre horrifica & cibi fastidio, si aluo parce ducta non expurgetur in suppuratum vertetur duritiem, intelligit ab inflammatione inferiorum partium ventris, quæ necessariò coniuncta est cum dolore, ob intemperiem partium obsessarum & tensionem; *horror* ille manat à fumis acrioribus partes sensibiles vellicantibus, *cibi fastidium* à lesione ventriculi qui trahit in consensũ affectionis partes imi ventris. *Atque nisi fluat aluus copiose* quo repurgetur materia illa inflammationis, suppuratur materia, cuius suppurationis

proximas & instantis signum est *horrifica febris*. Ad lumborum affectus quæ sequuntur prognostica pertinent.

Diuturni ex lombis dolores, qui tertio quoque die vi febris exacerbantur grumosi sanguinis deiectionem faciunt. Hollerius scribit comment. in hunc aphorism. ex obseruatione empyrica, hanc sentẽtiam exaratam Iacotius nõ necessariò sequi scribit. Quando enim concipitur in lumbis tumor præter naturam, humores tuberculum facientes attenuati à vena caua, & lumbis in colum intestinum facilè permeant, indéque dysenteria interdum suborici solet. Interdum varices, aut per hæmorrhoidas vacuari.

Quibus ex lumborum doloribus recursus fit in caput, cuius recursus signum est doloris in lumbis repentina, & sine causa manifesta sedatiò, *& manus torpida*, ab humore translato in ceruicem, ex qua manus accipiunt neruos, *dolétque ventriculi os*, à tenui sero mordicante eò delato, *aures tinniunt* à flatu excitato ab humore illo caput occupante, sanguis *largiter erumpit*, si natura potens sit sanguinem expellere per nares, *aut soluta aluus profluit* descendente materia in aluum è cerebro: *ÿs turbulenta mens est magna ex parte*, ab agitatis humoribus, & vaporibus excitatis in cerebro vi caloris præter naturam.

Lumborum dolor cum æstu anxio prauam. Nam incendium omne prauum, & anxietas omnis praua.

Generalia ad morbos ventriculi, CAP. II.

MORBVM ventriculi maior ferè est habenda ratio, quàm reliquarum partium. Scribit namque Hipp. in epid. *ventris segnities, vasorum impuritas, omnium confusio. Ventris* nomine intelligit ventriculum, in quo fit prima concoctio: *segnities* est quædam diminutio operationis naturalis. *segnis* ergo dicitur, siue debilis ventriculus: quando illius operatio non fit secundum eius naturam: atqui omnis operatio naturalis cuiuscunque partis tunc demùm est perfecta, quãdo temperamentum illius est perfectum & compositio absoluta & perfecta: à contrarijs ergò sequitur, vt segnities, & debilitas ventriculi quemadmodum & reliquarum partium sequatur morbum illius in intemperiè, & compositione, ita vt hæc ferè parca sint segnities ventriculi, & morbus ventriculi. Atque prout morbus est diuersus, diuersa sequitur segnities. Ventriculi siquidem frigida intemperies parit cruditatem chyli: calida verò corruptionem. Hanc segnitiem, & debilitatem ventriculi sequitur *vasorum impuritas*, qua significatur læsio facultatis sanguificæ iecoris, in quo fit secunda præparatio alimenti, siue concoctio, quæ aut sequitur proprium morbum iecoris, vel deprauatam dispositionem aliměti iam contractam in ventriculo læso, quæ dispositio nunquam emendatur in secunda coctione. Tritum namque est apud medicos effatum secundam coctionem nunquam corrigere errorem prioris. Ex quo fit, vt vasa repleantur sanguine impuro, vnde nascitur *vasorum impuritas*. Apposite ergò pronuntiatum ab Hipp. *Ventris segnities, vasorũ impuritas*, profert deinde Hipp. *omniũ confusio*. Quasi dicat impossibile est,

vt errores antecedentiũ concoctionũ emendentur à postrema nimirùm tertia: vnde sequitur omnium confusio, adest deprauata nutritio omniũ partiũ ex qua oritur καχεξία, siue malus habitus. Verissima ergò est propositio Hipp. *Ventris segnities, vasorum impuritas, omnium confusio.* Gal. in lib. art. paruæ ait affectiones præter naturam vẽtriculi dignosci ex coctione vitiata, & appetentia, ab excretione crudi cibi, & increti, aut semicrudi, ex singultu, nausea, vomitu & eorum, quæ vomuntur, differentijs. Coctio namque, & appetentia sunt ventriculi opera, excrementa verò primæ illius coctionis quæ sunt alui deiectiones denotant coctionis perfectionem, aut læsionem. Ructus, singultus, nausea, & vomitus sunt symptomata ventriculi, quare quid in illo generetur, patefaciunt.

Cæterùm morbi omnes, ex quibus pendent illa symptomata ventriculi, aut sunt intemperies sola, aut cum materia aut solutio continui, aut morbus compositionis. Ventriculus patitur omnes species intemperiei, vulnera, vlcera, tumores præter naturam, asperitatem, læuitatem, situs peruersionem, vt in gibbosis, venarum obstructionem, & neruorum. Omnia ergò symptomata apparentia in ventriculo pendent ex illis morbis. Quare si illos, & illorum causas agnouerimus, faciliùs percipiemus à quibus pendeant symptomata proposita.

Intemperiem frigidam ventriculi denotant sapor acidus sitis, priuatio, appetentiã excedens, si mediocris fuerit intemperies. Nam vehemens extinguit eam, calidis delectatur cibis æger, & his viuatur, flatus in ventriculo

continentur, ex quibus ructus acidi, aut insipidi gignuntur comesta redolentes, excrementa cruda, & imperfectè cocta.

Intemperiei calidæ indicia sunt nidorulenti ructus, sitis adest magna, habitus calidus, frigidiorum appetentia, & eorum præsentia iuuatur æger, calida intemperies ferè semper habet appetentiam imminutam & si magna fuerit, extinctam.

His coniunctæ sunt aliæ duæ, nempe intemperes sicca, & humida corporis ipsius, ventriculi. Sicca ratione subiecti quadruplex est Gal. c. 5. & 6. lib. 7. meth. med. Siccantur enim partes, aut quia inanitæ sunt venæ, aut quia roscidus humor, quo actu nutriuntur partes, cõsumitur, aut quòd adeps, aut caro, aut propterea quòd fibræ exsiccãtur, quæ sunt bases partium solidarum. Venæ inaniuntur sanguinis effluxu, longa inedia, calore vehemẽti dissipante, attractrice extincta, aut impedita per morbos ductuum, quæ possunt esse signa medio illius exsiccationis. Roscidus humor exsiccatur per inanitionem venarum, & à calore vehementi, quo fusio generatur, ab excrementis alui, vrinis pinguibus, & oleosis. Illis consumptis sequitur fibrarum exsiccatio. Humescit autem ventriculus humidorum nimio vsu, & humorum affluxu, hanc humectationem sequitur læuitas ventriculi, & impotentia ad cibos amplectendos, complexus namque fit constrictione, constrictio moderata siccitate.

At cum præter intemperiem materia adest, si frigida exstiterit, flatus parit, qui etiam sine cibi assumptione generantur. flatus nonnunquam producuntur ex cibis assumptis, flatulentis castaneis,

rapis,leguminibus,crudis omnibus alimentis,grauitas stomachi, capitis pondus, obdormitio, præsertim si pituita cruda adfuerit, perquam etiam appetentia extinguitur ex Gal. ad finem lib.de plenit. Ab sputatione etiam aquea, mussilaginosa trahitur indicium pituitæ redundantis in ventriculo, acida pituita appetentiam excitat,vt salsa sitim, sed differentia petenda ex salso sapore percepto.

Humor melancholicus in ventriculo contentus flatus parit, appetentiam excitat. Acidus namque est, & adstringens vt alibi demonstratum est, quæ accidentia similia debent distingui ex vigilijs, mæstitia,timore, & ex causis humores illos producentibus, tum ex signis alijs humoris redundantis in toto corpore.

Bilis in ventriculo contentæ signa sunt morsus ventriculi,iracundia, capitis dolor per consensum, somnia turbulenta,breues somni, amaror percipitur è ventriculo manans ęgro etiam ieiuno.Si æger vomuerit,faciliùs quia humor in ventriculo stabuletur, deprehendimus. Illis signis alia sunt annectenda quæ ducuntur ex causis procatarticis,& antecedentibus.

Hæ verò materiæ continentur aut in capacitate ventriculi, aut in tunicis; producunturque aut in ventriculo aut aliunde confluunt: si contineantur in ventriculi capacitate, fluctuatio adest, & nausea quam sequitur vomitus: si tunicis adhæreant humores,nausea inanis adest,& vomituriunt,difficilis eradicatio per medicamenta. Aliunde confluere percipitur humor ex catarrhi in ventriculum prolabentis signis, ex qualitate humoris vomitu reiecti.Nam si porracea sit bilis, confluit in ventricu-

lum è venis, si pallida, aut flaua, ex iecore manat. Si homo succo melancholico abundauerit, coniectura maxima est effusionis humoris melancholici è vase breui in ventriculum, qui suis signis ab alijs facilè separatur.

Variè autem sunt partes ventriculi, quæ lædi possunt, si intemperies offendat ventriculi partem supremam, appetentis læditur, singultus excitatur. Si verò coctio lædatur indicium est facile vẽtriculi læsi.

Cæterùm quia damna multa accidunt ventriculo à iecore propter sympathiam, de sympathia iecoris & ventriculi, quæ fit vicinate, dicendum nobis est. Hipp. sententia legitur 6. epid. *Qui calido ventriculo sunt præditi, frigidas carnes habent tenuésque existunt, conspicuas denique, & eminentes venas possident, iracundiores sunt.* Quæritur num Hippocrat. intelligat calorem ventriculi proprium, aut à iecore per sympathiam vicinitatis proficiscentem. Gal. comm. in hanc sentent. explicat illam de calore excedente ventriculi à quo corrumpitur chylus, ex quo iecur sanguinem laudabilem generare non potest, vnde euenit, vt illo sanguine corrupto carnes malè nutriantur. Tamen cùm eodem in lib. Hipp. scribat. *Qui latas habent venas; calidos esse iecore*: At qui ventrıculo sunt calido ex Hipp. eminentes, & conspicuas venas habent: ex quo sequitur, vt qui calido sunt ventriculo, existant etiam calido iecore. huic argumento responderi potest ex Gal. in eodem comment. Venas esse conspicuas in calidis ventriculo, quòd sanguinis impuri repletione, & carnium ipsas venas contegentium

paucitate nudæ appareant: at quando Hippocrat. scribit calidos iecore, venas habere latas, id intelligitur sine vlla carnium nuditate, aut extenuatione. iecoris est dilatare venas ab ipso natas.

Quod autem sint iracundiores, aliquis posset suspicari calidos esse corde, quòd ira sit passio in corde excitata ex sanguinis efferuescentia. Gal. eodem comment. explicat causam iracundiæ in istis, calorem nempe excedentem in orificio ventriculi, quo ipsum, os malè afficitur, & iracundia mouetur per consensum, quem habet cum corde. Duplex ergò est calor partium, vnus naturalis, alter præter naturam. Ventriculus hoc loco calidus intelligitur calore excedente naturali intra limites sanitatis. Item venæ sunt apparentes, aut propter carnium, quibus conteguntur, priuationem; vt in calidis stomacho; aut propter amplitudinem ipsarum naturalem, vt in calidis iecore. Duplicem item iracundiam esse loco, vnam ex corde, ex orificio superiore ventriculi alteram. Verùm propositio vulgata, medicorum est, vt qui sunt iecore præcalido, ventriculum habeant frigidum. Ventriculus dicitur frigidus priuatione caloris innati, qui nihilominus dici potest calidus calore excedente, à quo dissoluitur humidum radicale, attenuatur corpus ipsius ventriculi, tum integumenta illius, præsertim epiphon, qui funditur à calore vehementi, atque hic caloris excessus vétriculo communicatur per sympathiam iecoris, & iure vicinitatis, à quo corrumpantur

cibi in ſtomacho, ex deprauato ſchylo deprauatus generatur ſanguis. Nam ſecunda concoctio nunquam emendat errorem prioris, vt ventris illa ſegnities, & vaſorum impuritas patiant confuſionem ex Hipp. in toto corpore.

Magnitudinis morborum ventriculi ſigna petuntur ex partis obſeſſæ neceſſitate ad vitam, ex ſymptomatum enumeratorum magnitudine, cruditate nempe, defectu animi ſtomachico, ſingultu dolorem magnum inferente continuo, & durabili.

Intemperies ventriculi naſcens ex qualitatibus actiuis faciliùs curatur, quàm ex paſſiuis, quod ſint efficaciores ex Gal. 7. meth. med. Inter paſſiuas autem ſiccitas difficiliùs ſanatur. Difficiliùs namque, eſt, inquit Gal. 1. de cauſ. ſympt. exſiccata humectare quàm humida ſiccare: humiditas enim patum actiua eſt, producitúrque non tantùm à paſſiua qualitate, nam ſiccitas ſiccitatis eſt effectus, ſed à calore, & frigore. Primi generis exſiccatio, quæ naſcitur ex vaſorum inanitione, ſanationem recipere facilè poteſt, aliæ difficilè, poſtrema nullo modo nempe fibrarum. Exſiccatio ventris faciliùs curatur, quàm cordis, niſi à frigore naſcatur, & ſi inſanabilis ſit, tardiùs tamen occidit. facilitas verò curationis in affectionibus ventriculi pendet ex prõpta, & facili remediorum applicatione, tum etiam ex integritate virium medicamẽtorum ea, namque eſt conformatio ventriculi, vt omnia quæ vorãtur & bibuntur cadant in ventriculi capacitatem, quæ integris viribus ad illũ perueniunt, & in eo diu morantur, niſi propter debilitatẽ in eo retineri nõ poſſint. extrinſeca etiã facili negotio poſſunt applicari, modo

modo fugiatur regio iecoris; illud namque incumbit ventriculo parte dextra, & partem dextram ventriculi totam ambit. Qui ergo ea parte applicant medicamenta, alterant iecur, nihil autem ventriculo conferunt, aut nocent. Quare à linea alba versus carnem sunt applicanda, & præsertim calida, quæ si dextra parte applicantur, iecur calefaciunt, nec pertingunt ad ventriculum.

Refrigerant stomachum aqua cucurbitæ naturæ, aqua semperuiui, cytoniorum, violarum, rosa portul. solan. Syrupi bilem coquentes in stomacho sunt acetosus simplex & compositus, granatorum acidorum oxyzacchara simplex, mina cytoniorum, syrupus myrthillorum. Electuaria refrigerantia ventriculum sunt, electuarium de sorbis, quod fit hoc modo.

℞. carnis sorborum propemodum maturorum coctorum in aqua, in qua prius rosæ coctæ fuerint; & cortices granatorum ℔. iiij. mellis aut zacchari ℔. ij. ß. coquantur ad crassitudinem, datur ad ℥. j. Refrigerant item diarrhodon abbatis, triasantali, conserua rosarum, viol. nenuphar. Externa remedia frigida parum commoda sunt ad vẽtriculi morbos calidos. Primò quod ventriculus obsideatur partibus adiacentibus, quæ impediunt liberum transitum medicamentorum ad illum. Adde quod frigida medicamenta, quæ ventriculo conuenirent vi penetrandi non sunt prædita, & quod interna remedia ad stomachum integris viribus ferantur.

Ad calefaciẽdum ventriculum prosunt aqua absynthij, mentha, cerepholij, serpilli, calendulæ, fœniculi, cinnamomi, aqua vitæ, imperialis, cælestis, & similes syrupi verò de absynthio cõmuni, & põtico, de

mentha, mel rosatum, oxymel schylliticum, vinum absyntites, & hippocraticum, decoctio sequens potest parari.

℞. absynthij pont. camedreos, mentæ, añ. m̃. ß. anisi, fœnicul. cumini, carni añ. ʒ.j. florum camomillæ, rosſ. anthos añ. p. ij. passularum ℥.ij. coquantur, in collat. ℥.v. dissolue syrupi de absynthio pont. ℥.ij. fiat iulep. Electuaria calefacientia sunt diagalanga, dianysum, diacyminũ, diacinnamomum, diatrium, pipereum, de baccis lauri, aromaticum rosatum de gemmis. Opiatæ verò calefacientes theriaca, mithridatium, aurea Alexandrina. Conseruæ calefacientes absynthij, enulæ campanæ, menthæ, saluiæ. Condita zinziber conditum, calamus aromat. nuces conditæ. Vnguenta ad calefaciendum, & corroborandum ventriculum.

℞. olei mastic. & cythonior. añ. ℥. iij. cerati stomachici Galeni ℥.ij. gariophylorum, nucis mosc. añ. ʒ. ij. myrabolanorum citrinarum ʒ. iij. ceræ q. s. fiat vnguentum, vngatur regio ventriculi parte sinistra euitando iecur, fomentum ad flatum discutiendum & ventriculum corroborandum.

℞. camomillæ, mellilot. añ. m̃. ß. mastices, nardi, gallicæ, absynthij pontici, aneti añ. ℥. ß. semin. anisi, fænic. añ. ʒ. ij. fiat decoctio in æquis partibus vini rubri & aquæ. Olea menthæ, de absynthio, de mastice, nardi, sunt accommodata ad calefaciendum, & corroborandum ventriculum.

Omnia lubricantia, & remollientia ventriculis præsertim debilibus, sunt noxia. Laxãt enim ventriculum, & proinde eneruant, & ad amplectendos cibos, & coquendos ineptum reddunt, nam complexio fit per illius corrugationem, cui seruit mode-

rata ficcitas, vt expofitum fuit. Ventriculo conferunt nux mofcata, maftice, fpica nardi, coftus, cinnamomum, mentha, anetum, piper, zinziber, abfynthium, zedoaria, baccæ iuniperi cum melle conditæ, cortices citri conditi, filer montanum, fpodium, & fandalum rubeum rhabarbarũ, camedris, flos rorifmar. *fternutatio bis, aut ter poft paftum excitata*, inquit Arnaudus Devillanoua, *prodeft defcenfui ciborum ad fundum ventriculi, & expulfioni excrementorum.*

Nocent ventriculo nuces & auellanæ magna copia comeftæ, rapæ crudæ, paftinacæ, cucumeres, raphanus, eruca, nafturcium, omnia denique acria, betha, atriplex, longus vfus diureticorum, perfica, mora, oleum, omnia pinguia, vt cerebella, medullæ, pinguedo animalium diuerfitas ciborum in eodem paftu fumptorum butyrum, acetofá, frixa, legumina, pifces fine fquamma, conchilia.

Methodus curandi intemperiem ventriculi ficcam moderatis exiftentibus calore, & frigore ex Gal. l. 7. meth. med.

CAP. III.

INTEMPERIES ficca difficiliùs curatur, quàm reliquæ, vt diximus. Nam corpus refici quidem poftulat, cibus verò per fe cum eo corpore coalefcere non poteft, fed partis, quæ nutritur, operam, qua præparentur, requirit, quæ tamen imbecilla eft & parum accommodata ad recipiendum alimentum quocirca maior in hac cura eft adhibenda.

Omnibus ficcitatibus maximè contrarius eft vfus aufterorum, fiue ea cibi fuerint, fiue potiones, fiue

medicamenta. Nam ea, quæ acerba, & austera existunt, si quid sit humoris primigenij in partibus reliquum absumunt, partim ebibentia, partim in ventrem per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes detrudentia.

Curabis igitur ipsas, & reliquas partes exsiccatas, si meatus contractos dilataueris, ac quod in vicinas partes compulsum, reuellas: præterea si particulas partis similaris propria humiditate repleueris, quare degat in aëre temperato, motum omnem violentum vitet, somno indulgeat, venere abstineat, quia siccat, tristitiam, & iram præsertim vitet, comedat ea, quæ vim habent humectandi, & quæ facilè conuerti possunt in chylum, qualia sunt iuscula carniũ animalium temperatorum, vt veruecis iuuenis vituli, gallinæ, caponum, fasianorum, à quibus remoueatur pinguedo, quæ difficilè coquitur; vtatur pane mediocriter cocto & albo, comedat carnes tostas, quæ habent plus succi facilis coctionis, pisces saxatiles, elixos vitanda sunt palustria, & quæ carne dura sunt, & pauci alimenti. Nam cibus huic affectioni conueniens maximè oportet, vt sit concoctu facilis, & multùm nutriens, minimè glutinosus, & excrementosus, suilla caro plurimum nutrit, verùm concoctu difficilis est, prætetea succum crassum, & glutinosum generat, vinum bibat aquosum, sit autem mediæ ætatis, nouum enim parùm nutrit, & fæculentum est; ante quum nimis calidum siccat: oportet autem vt aqua sit cocta leuiter, nam cruda flatus parit, & in eos mutatur, corrumpitur & ita ventriculi robur debilitatur, sic vt proinde deterius coquatur aqua nec distribuendo alimento per corpus conducat, cocta verò illa vitia perdidit, & cum

vino mista contrarios supradictos producit effectus. Quantitas autem erit vt nec in ventriculo natet, neç pondere grauet. Ratio autem in reliquis cibis seruanda.

Quantùm ad reliqua remedia spectat, multa proponuntur. Paretur balneum ex aqua temperata sola. Nã frigidior, & calidior densant, & cogunt poros diuerso modo, illa quidem adstringendo, hæc verò exsiccando. At institutum erat relaxare, vt diximus. A balneo lac exhibeatur asininũ, aut caprinum eo, quo diximus, modo cap. de phthisi. Animal autem nutriatur hordeo, & fœno. Oportet verò inungere ægrum oleo violato, aut amygdalorum dulciũ, quò humor retineatur, deinde quiescere permittimus. Atque ante secundum ingressum balnei modicè fricabimus corpus, si lac, quod assumpserit iam fuerit digestum, quod deprehendemus ex ructu, & ventriculi vacuitate: modica autem frictio est facienda vsque ad partium corporis tumescentiam, vltra quam si fricueris, dissipabis attractum alimentum, attenuabisque magis.

Verùm quoniam sunt diuersi modi exsiccationis & extenuationis in omnibus est obseruandus ille aphorismus 7. lib. 2. *Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lētè reficere oportet, & quæ citò, breui.* Nam exsiccata corpora longo tempore, dura sunt reddita, quæ durities nõ potest facilè euinci, quare mora est opus, & tempore. Cùm verò citò extenuantur, vt à sanguinis magna effusione, cùm partes euacuatæ remaneant molles, facilè recipiunt alimentum, & conuertunt in suam naturam. Ergò citò refici postulant, cum earum dispositio id permittat.

Methodus curandi frigidam, vt siccam intemperiem ventriculi.

Cap. IIII.

Siccitas sola diu permanere non potest in ventriculo celerrimè namque ex nutritionis defectu refrigerantur partes, quòd ex calido,& humido naturaliter nutriantur. Quare cum frigida,& sicca intemperie laborat ventriculus, calidis, & humidis est curãdus,moderata autem sint, oportet. Nam siccant valdè, quæ intensè calida sunt. In hac calefactione supradictis humectantibus tantùm admiscendum est calidorum,quantùm particula ad frigus inclinauit vt, aër sit calidus, & humidus, iusculis descriptis ex carne caponum, veruecis, & cæteris, incoqui possunt mẽtha, & similes herbæ,pisces nulli comedendi, quòd sint temperamẽto frigido tum viscido, oua sorbilia sumenda,exerceat mediocriter corpus, vinum bibat dilutum, sed non aquosum nardino vnguento assiduè venter est vngendus, aut masticino. Siccus nunquam remaneat venter, sed semper hauriat æger aliquid humidi, poterimus autem parare vnguentum sequens.

℞. mastices, gummi elenij, ammoniaci añ. ℥. ij. butyri veteris loti in aqua absynthij ℥. j. olei amygdalarum dulcium ℥.ij. ceræ, q.s. fiat vnguentum. Balsamum tolutanum ad id efficacissimum est sumptum, & admotum, si frigiditas fuerit intensa, augetur siccitas, difficiliórque curatio redditur, nihilominus iisdem remediis nullo modo auctis est vtendum. Verùm longiore opus est tempo-

re. Optimum eſt remedium in hoc affectu picatio, vt

℞. picis communis q. ſ. olei terebinthinæ parùm, ſimul fundantur, excipiantur aluta, & applicentur ſtomacho auellantúrque, priuſquam refrigerentur, fiat bis in die. Nam ſi ſæpiùs repetatur, diſſipat attractum alimentum, non ſecus ac frictio violentior. Gal. præcipit pueri nudi ventrem ventriculo applicandum aut pullos animalium; poterimus etiam vti aquis calefacientibus, & humectantibus, vt violarum, buglоſſæ borraginis, & ſyrupis iam dictis.

Quia verò electuaria, & conſeruæ ſicca ſunt conſiſtentia, ſola in hoc affecti non exhibeatur, ſed nuſta cum aquis, ſyrupis, & decoctionibus conuenientibus.

De intemperie ventriculi calida, & ſicca.

CAP. V.

AD curandam intemperiem calidam, ſiccam vẽtriculi, idem modus ſeruabitur, humectãdum namque eſt, & moderatè refrigerandum. Quare omnia ſuperiora tendant ad refrigerationem, oportet. Vini copia, & qualitas immutanda. Vinum itaque quò recentius, eò melius lauandum illi eſt, ſed aqua parum tepeſcat, quò penetrare poſſit, frictionibus vtendam moderatis ad attrahendum, potus aquæ frigidæ prodeſt, modò aqua fuerit anteà cocta, aqua enim ſua natura humectat, & quia frigida moderatè, moderatè etiam refrigerat, quare extinguit calorem, & ſiccitati remedio eſt. In hac intem-

perie siue sit naturalis aut contingat ex calidiore iecore, & ficciore fumi efferuntur ad caput, qui vt reprimantur, exhibendum sequens medicamentum.

℞. conseruæ rof. ʒ. vj. ligni aloës, sumac enucleati añ. ℈. iiij. coriandri præp. ℈. v. cinnam. mastic. garioph. añ. ℈. ij. spicæ nard. ℈. j. storac. calamitæ ℈. ß. rob. de ribes ℥. j. cum minam cithon. fiat electuar. è quo sumat ʒ. j. aut ʒ. ij. post pastum.

De calida ventriculi intemperie & frigida curandis, quibus humiditas vel siccitas moderatæ coniunguntur.

Cap. VI.

SVPERIORI capite agebatur de calida, & sicca intemperie excedentibus, hoc autem de calida satis intensa, & de sicca vel humida moderatis.

Calida, & sicca iisdem remediis curatur, quæ in superiori capite sunt descripta, parùm tamen remissioribus, quod cum maiori siccitate calor intendatur, & siccitas, sunt autem ipsius humidæ intemperiei cum sola consistit remedia. Cibi, qui vltra valentem calefactionem refrigerationémve, siccare possunt. Prætereà consuetæ potionis parcitas, eius autem humidæ intemperiei quæ cum caliditatate coniuncta est adstringentium ciborum, & potionum vsus remedio est. Sint autem austeri sine calefactione. At eius, quæ non frigiditate est copulata, optima præsidia sunt citra manifestum frigus; optimum est iis præsidium exigua potatio atque ea

vini insigniter calentis, & vetusti. Ad proportionem verò eorum, quæ comesta, & bibita sunt reliqua omnia, quæ foris applicantur adhiberi debent, vt cerata, emplastra, vnguenta, linimenta, fotus, & alia.

Methodus curandi intemperiem ventriculi cum vitiosis humoribus contentis in tunicis, aut capacitate illius. CAP. VII.

SI humor sit in capacitate ventriculi aut ibi est natus, aut aliunde defluxit, si natus sit, vomitu est reiiciendus: si verò ab aliis proficiscatur partibus, totam curam trāsferre oportet in eam partem, quæ mittit, corroborare interim ventriculum, ne facilè recipiat id, quod aliunde confluit. Quod si ventriculus generet humores, & recipiat aliunde, duplici via incedendum, vna repercutiendo adstringentibus, altera corroborando per similia. Quare videndum an corpus fuerit excrementosum, an plethoricum, & an cacochymia illa proficiscatur à solemni aliqua euacuatione suppressa, vt mensium hæmorrhoidum narium, aut à vomitu humoris, aut à diarrhæa periodica, cuius ope euacuabatur corporis redundantia, an membrum aliquod corporis abscissum fuerit, à certo tempore aliquo dolore vexatur, nunc verò eo caret, num catharrhus fuerit conuersus in ventriculum in quo considerabis, an pars, à qua fluit humor, sit ignobilis, an princeps. Siquidem fuerit ignobilis quod superfluum est, quódque in ventriculum influit ad eam ipsam reuelles, quod minus periculi instet retrahendo vnde effluxerint quam permittendo, vt ad ventri

culum confluant. Si verò pars, ex qua fluit humor, est princeps, ambabus partibus simul consules, nempe remouendo à parte mittente affectionem, quæ fluxum excitat, nimirum intemperiem, quæ parit materiam fluentem in ventriculum, & ipsum ventriculum corroborando, ne recipiat si plethora totus corporis appareat, totum corpus euacuandum est primò sanguinis missione, deinde purgatione redundantium humorum, si cacochymia laborauerit, purgandum, deinde ad ventriculum veniendum. Nam cùm iam plures dies ventriculus receperit excrementa partis mittentis, aliquid vitij ex eorum mala qualitate, cunctatione, & mors contraxit. Ad ventriculum corroborandum Gal. vtebatur absynthij pontici decocto, nos syrupum de absynthio pontico vsurpamus. Si humor fuerit tunicis impactus, oportet vsurpare medicamenta, quæ modicè purgare possunt, vt quæ ex aloë parantur, hyeram, quam picram appellant, aut solam aloëm, rhabarbarum aut similia. Cæterùm aloës, non lota valentiùs vacuat, elota autem purgat quidem minùs sed roborat magis ventriculum; debet autem lauari cum succo, aut decocto conuenienti secundum diuersam intemperiem.

Quòd si ad vomendum fuerint idonei præparare oportet humorem decoctis, syrupis, apozematibus incidentibus, & attenuantibus, deinde parare decoctum raphani ad ℥. viij. addendo oxymellitis simplicis ℥. j. ß. aut schillitis ℥. ß. si humor fuerit lentus, præparandus posteà vomitorium aliquod exhibendum, deinde intemperies relicta est, curanda remediis iam descriptis. Potest etiam fieri, vt intemperie totus afficiatur ventriculus, humor illi

inhæreat, & in eius capacitate contineatur in quibus affectionibus curandis regulę methodi sunt obseruandæ.

De inflammatione ventriculi, & alijs tumoribus illius.
CAP. VIII.

VENTRICVLVS patitur omnis generis tumores verùm quia vẽtriculus vt plurimum afficitur inflammatione, & erysipelate, quod etiam inflammatio est, alij verò tumores raro accidunt ventriculo, cum fiant ex crassis humoribus, qui in membranas satis duras non possunt confluere: eam ob rem authores potissimum de inflammatione ventriculi scripserunt.

Signa inflammationis ventriculi sunt dolór cum siti in vẽtriculi regione perceptus, renitentia cum tumore febris, quòd humor ille putrescat, & corrumpatur. Quæ autem pars afficiatur interna, an externa, fundus an os superius, signis est distinguendum.

Cùm externa pars laborat, percipitur tumor eminens tactu, & visu, præsertim cùm grandior fuerit. Internus verò tumor delitescit, licet renitentia semper adsit. Dum verò orificium superius inflammatione laborat tumor, superiores partes vẽtriculi occupat ad xyphoïdem; adsunt, delirium, nonnunquam conuulsio, inappetentia, cibi fastidium, singultus, inquietudo, & sæpissimè lipothimia, ob consensum cum corde, quę omnia sunt communia cum morsu illius partis facto ab acri aliquo humore. Verùm quando illis coniungitur tumor à morsu fit distinctio.

Eryſipelas à phlegmone diſtinguitur ſymptomatum vehemẽtia. Maius namque eſt incendium, inquietudo, ſingultus, dolor, & reliqua omnia vehementiora, minor tamen tumor.

Oedema ſine febre eſt in principio, tandem ſi ſuppuretur, febrem excitat, indolens eſt, mollis ad tactum. Scirrhus durus ſentitur, ſine febre eſt.

Diſtinguntur etiam humores per ſuas cauſas antecedentes, & procatarticas, nempe temperamentum ægri, ætatem, ſexum, butris rationem, anni tempus, regionem.

Magnus eſt morbus partis obſeſſæ officio publico, ſymptomatum magnitudine, tum quòd cacoëthiam tandem accerſat, & pariat ſymptomata ſunt læſio plurium actionum naturalium dolor, proſternens vires. Cùm verò habeat conſenſum cum omnibus partibus præcipuis, earum omnium actiones labefactat. Quare morbus eſt periculoſus.

Quò autem quædam futura prædici poſſint faciliùs, conſideranda natura membranarum ventriculi, quæ huiuſmodi eſt, vt ſemper aliquid ex eis reſudet in capacitatem internam, & externam ex Gal. c.17. l.13. meth. med. vt fit in tumoribus pleuræ, & oculorum, qui omnes ferè diſſoluuntur per reſudationem. Quare raro ex abſceſſu ventriculi fit vlcus, cùm anteà diſſipetur materia per reſudationem, quàm coqui poſſit, & in pus verti. Quocirca raro vlcus prædicendum in inflammationibus ventriculi, minùs in eryſipelate, ferè nunquam in ſcirrho, faciliùs poteſt fieri in ædemate, ob diſ-

ficultatem resudationis, & moram materiæ in partibus.

Si inflammatio ducat originem à fluxione, vtemur reuulsione. Rhasis suadet, vt basilica brachij dextri tundatur, cum fluxio fiat à iecore. Nam inanito iecore retractio fit, cum venæ ventriculi à porta nascantur, cuius radices radicibus cauæ annectantur. Quare trahendo à caua trahit à porta, & à ventriculo. At si à suppressis mensibus, aut hæmorrhoïdibus tumor ille nascatur, venæ inferiorum partium sunt aperiendæ, quò deorsum reuellantur humores in erysipelate eadem ratio seruanda, nisi quod sanguinis copia debet trahi minor. In reliquis tumorum generibus, scirrho, & ædemate, si fiant à crassis & viscidis humoribus sanguis trahi non debet. Nulla enim spes adest reuulsionis, cum humores crassi non sint fluxiles: Quare potiùs euacuandi sunt humores peccantes per mediocria catarticam.

In principio inflammationis cùm reuulsio celebrata fuerit repercussio non est omittenda, quæ fluxum reprimat & partem euacuet, ea autem fit frigidis, & adstringentibus stomacho gratis, quæ erunt partim interna partim externa. Externis miscenda sunt ea, quæ habent vim penetrandi citra acetum, quod sit neruosis & membranosis partibus inimicissimum. Quare calida tenuium partium sunt admiscenda, quale est oleum de absynthio. Quocirca. ℞. olei myrthillorum aut cytonior. ℥. iiij. olei de absynth. ℥. j. misceantur, & applicentur regioni ventriculi. Cataplasma poterit parari ex carne cytoniorum cocta in vino

austero cum mastice, rosis rubeis & santalo citrino, vt

℞. carnium cytonior. ℔.j. coquatur in vino austero, mistice, rosſ. rubear. santali citrini an̄. ʒ.ij. misce affundendo vini decoctioni ad consistentiam cataplasmatis. Verùm an illa repercutientia debent, applicari frigida? Respondeo in erysipelate frigida, in phlegmone tepida. Nam in illo erysipelate non timetur à refrigeratione concretio, vnde scirrhus nasci potest: at in phlegmone vetendum, ne à refrigeratione fiat scirrhus. Postquam quieuerit fluxio, oportet miscere adstringentia cum discutientibus, vt ℞. mastices, aloës an̄. ℥.ij. olei absynth. ℥.j. ß. ceræ q.s. fiat linimentum, quo vngatur regio ventriculi. Poterit etiam parare fomentario ex oleo camæmellino, cytoniorum, & de absynthio mistis æquis partibus. Eodem tempore propinare poterimus ea, quæ iisdem viribus sunt prædita, siue fuerint medicamenta, siue alimenta, medicamenta, vt ℞. syrup. cyton. ℥.j. syrup. de absynth. pont. ℥.ß. aquæ absynth. q.s. in erysipelate autem syrupus cytoniorum dabitur cum aqua plantaginis.

Cum digerendum erit solus exhibeatur syrupus de absynthio. Verùm quia alimenta integris viribus ad ventriculum delabuntia iis etiam ægris oportet opem ferre. Gal.17. cap.l.11. meth.med. In hoc affectu tenuissimo victu vtendum præcipit. Nam cum ventriculus malè affectus coquere nequeat cibos, cibi corrumpuntur, atque idcircò inflammatio augetur. Quare aquam hordei offerre est necessarium. Nam hæc est alimentum, & auxiliatur detergendo saniem, quæ effluxit ex inflammatione. Potus adstringens exhibendus ad repercutiendum, qualis est

ſuccus granatorum præſertim dulcium, tum aqua, in qua fruſtula cytoniorum cocta fuerint, aut cui admiſtum fuerit iulep roſatum, aut ſyrupus violatus vuarum paſſularum, decoctum optimum cenſetur.

Verùm cùm iuſculis ſoleant nutriri ægri noſtris temporibus oportet illa fieri ex carnibus temperatis, quales ſunt pullorum, hædorum, vituli, cum quibus coquantur herbæ refrigerantes, lactuca, endiuia, borrago, cucurbita, exhibeanturque leuiter tepida iuſcula. Nam vehementer tepida ſubuertunt ventriculum & vomitum promouent.

Quæritur an purgandum in inflammatione ventriculi. Rhaſis 9. lib. ad alinam caſſiam propinat, & alia leuia medicamenta. Gal. l. 13. meth. med. prohibet purgationem, quia auertere oportet à ventriculo, non adducere ad ventriculum fluxiones. Quo ſoluatur quæſtio, dicendum lenientia medicamenta prodeſſe vt detrudantur leniter, quæ in ventriculo continentur, exeuntia ab inflammatione, vtque prima regio corporis expurgetur. Gal. autem intelligit de purgatione data ad antecedentem cauſam educendam. Prætereà clyſteribus lenientibus aluus eſt concitanda. Vitandus verò eſt vomitus, quia dolorem excitat, fluxionem auget, & tumorem.

Si ſcirrho laborauerit ſtomachus, emollientibus vtendum, inter quæ iudicio doctorum hoc emplaſtrum præſtantiſſimum habetur deſcriptum à Rhaſi 9. ad Almanſ.

℞. viol. ſiccarum ℥. x. roſar. rubea. ℥. v. ſpicæ nardi, maſtices añ. ℥. iij. ciperi ſchœnantos, calami aromat. añ. ℥. ij. farinæ fænugr. ℈. xx. florum camomillæ, ſeminis biſmaluæ, farinæ hordei añ. ℥. x.

misceantur omnia puluerata cum mucilagine seminis lini, sed antequam applicetur, quò cataplasmatis vis, & energia possit altiùs penetrare, foueatur locus cum oleo de spica calido, deinde applicetur cataplasma. In apostemate pituitoso oportet miscere resoluentia cum paucis remollientibus, vt ex Rhasi.

℞. bdellij ʒ.x. ammoniac.ʒ.v. ceræ ʒ.iij.olei de spica ʒ. xv. gummi verò in vino dissoluantur, fiat emplastrum. Vorandi sunt trochisci de spica à Rhasi descripti loco cit. ad ʒ.j. quotidiè. Si dolor fuerit vehemens remediis descriptis cap. de dolore erit sedandus, adiunctis illis, quæ habent vim corroborandi ventriculum.

Nonnunquam contingit, vt abscessus rumpatur, aut aperiatur, si pus effluat in capacitatem ventriculi vomitu, aut egestione reiicitur. Si extra illius capacitatem aut effluit intra corpus, aut extra per foramen factum manu chirurgica, quod prestare est difficillimum. Siquidem intra capacitatem ventris effluat vel ad inguina fertur materia, per quæ egrediatur oportet, non sine periculo, si apostemate rupto vlcus succedat nouacula factum, aut alio modo chirurgicis remediis curari debet, quod internum est, sine apertura abdominis manu medica curari non potest, quia remedia applicari nequeunt. Internum autem si recens fuerit, hoc remedio curabitur. ℞. albumina ouorum agitata, in quibus dissolue puluer. tragacanthi, gummi arabic. boli armenæ, thuris, mastic. añ. ʒ ß. deglutiatur quantitas commoda, stomacho ieiuno, vel illi pulueres misceantur cum decocto hordei, aut lacte, aut vino citoniorum. Si vlcus fuerit profundum, vtatur mulsa, vel melle

rosaceo,

rosaceo, abstergit vehementer lac mistum cum melle. Ad consolidandum vsurpantur aqua chalybeata mista cum sacchare rosato, mastice, bolo armena cum tragacantho, & similibus.

De affectibus ventriculi, à quibus vitiatur concoctio, de inappetentia, & alijs illius affectibus. CAP. IX.

CONCOCTIO læditur, cum immutatur, imperfectéque cibi coquuntur, aut cum deprauatur, & in alienam qualitatem mutantur cibi, vt quando nidorulenti fiunt, aut acidi, aut quando nulla fit coctio. hæc contingunt, cum temperies ventriculi labefactatur per qualitatum excessum, quem vocamus intemperiem. Est autem cum materia, aut sine materia, cum tumore, aut sine tumore præter naturam, de quibus omnibus dictum est superiori capite. De causis inappetentiæ egimus libro de symptomatum causis, & de earum signis. Quocirca hoc loco ad prædictionem, & curationem est conuertendus sermo.

Si contingat inappetentia ex priuatione sensus orificij ventriculi nascitur ob facultatis sensibilis extinctionem, aut propter obstructionem neruorum orificij ventriculi. Prima mortis est prænuntia, nec sanari potest. Secunda sanari potest per medicamenta obstructiones tollentia. Si à phrenitide pendeat, quòd qui mente laborant, non sentiãt suctum in ventriculo, coniectura periculi est captanda ex ipsa phrenitide. Si ab intemperie calida dissipante, si à frigore extinguente, de illis in superioribus diximus. Si ab obstructione attractionem impediente, sanabilis est medicamentis ape-

rientibus, de quibus paulò post.

Hipp. aph. 29. lib. 6. inquit. *Singultus fit ab inanitione, aut à repletione. Inatione*, contingit sanguinis effluxu, purgatione nimia humorum spontanea, aut medicamento facta. *A replelione* nascitur ciborum copia grauante, corruptela infestante, & ab humore acri vellicante. Qui contingit, ab inanitione læthalis est, vt & conuulsio adhibita distinctione, quam scripsimus capite de conuulsione. Si fiat à repletione, euacuatione curatur. Si ab acrioribus humoribus, illi purgandi, & mitigandi contrarijs remedijs. Philonium miro fructu datur ad ℥ß. vel ℥j. *In febre periculosus est singultus, nisi sit criseos prænuntius*, quòd siccitatem arguat, aut vehementem acrimoniam humorum. *Singultus à vomitu malus*: Significat enim aut inflammationem cerebri, aut stomachi ab vtero citra inflammationem non valdè timẽdus, quòd fiat à vapore ab vtero delato in orificium superius stomachi. Cùm inflammatione vero læthalis, vt & ab inflammatione iecoris ob communitatem causæ morbificæ. Hipp. aph. 13. l. 6. *Ait singultu fatigante sternutatio superueniens liberat*, nimirũ si nascatur à repletione præsertim flatulenti humoris. Nam sternutamento cerebrum, nerui, & ventriculus vehementer concutiuntur, quorum concussione fit flatulenti humoris, à ventriculo euacuatio.

Si singultus nascatur per cõsensum partium enumeratarum, sanatur ad curationẽ affectuũ ipsarum partiũ, à siccitate, aut acri humore natus fotu humidorum, & calidorum sanatur, vt olei violati, & lactis à frigidis humoribus natus curatur.

℞. castorei ℥ß. succi menthæ q. s. capiat, tum

infunde ſpongiam in ſucco menthæ, & tepidam appone regioni vẽtriculi. Gentilis, in ſuis conſilijs ait emplaſtrum M. Nicolai de Sanctaſophia ad reſtringendum vomitum expertum.

℞. thuris, maſticis añ. ʒ ij. puluerata miſceantur cum albumine oui, & apponantur cum pecia, vel ſtupa pulſibus temporum & pulſibus brachiorum.

Ructus ortum ducit à vapore in ventriculo contento, qui ſi acidus fuerit, ſignificat humorum crudorum copiã in ventriculo contentorũ, nimirum pituitoſi, & melancholici: ſinidotulentus oſtendit humores billioſos corruptos, de quibus ſuperiùs egimus: vomitus omnis naſcitur à re ventriculum moleſtante, pondere, acrimonia, aut malignitate, vt à veneno. pondere, vt multi humores congeſti, & vorati cibi, cùm moleſtant ventriculum; Qualis autem ſit humor grauis, tum vellimus per ſigna iam dicta cognoſcitur. Diximus prætereà de ſignis, per quæ cognoſcuntur partes, ex quibus in ventriculum confluunt humores præter naturam. Malignitas in vomitu ſuis ſignis detegitur, & præſertim lipothimia, iactatione, vehementi dolore. Prognoſtica explicata ſunt in prognoſi generali. Si nimia copia vorati ſint cibi, vomitus remedio eſt. Si humores redundantes, purgandi, vt diximus, deinde ventriculus corroborandus indicatione ſumpta à cauſa lædente, & natura ventriculi. Malignitas humorum, & aſſumptorum corrigitur per alexiteria, qualia ſunt theriaca, mithridatium, confectio Alkermes, de hyacyntho, & alia peculiaria libris de venenis expoſita.

De cholera morbo, CAP. X.

CHOLERA morbus dignoſcitur vomitu, & alui fluxu ſimul concitatis, quod humores ferantur ad ventriculum & ad inteſtina, aut alimenta corrupta ad deijciendum & ad vomendum ſimul incitent naturam, hæc enim proritata humorum, & alimentorum prauitate qua data portaruit.

Magnus eſt affectus, cauſa, & partis officio, nimirum ventriculi. Si humores maligni eam excitauerint, vt bilis æruginoſa, iſatodis, porracea, praſſina, bilis atra, peſſima eſt. Magnus etiam eſt morbus ſymptomatum magnitudine, cùm magnus ſit vomitus, & magnus fluxus ventris, cum lipotimia & virium exolutione, quæ præter magnitudinem, vt & ſubita totius corporis attenuatio funeſta eſt.

Acutiſſimus eſt morbus. Citò namque finitur, continuò affligit, & cum periculo magno. Minus tamen periculoſus eſt, qui ab alimentis prauis ortum ducit. Poteſt etiam ſalutaris cenſeri. Siquidem lypirie febri ſuperueniat, ait enim Hipp. in Coacis prędict. *lipyrias febres non ſolui niſi cholera ſuperueniente.* nimirum ſponte naturæ.

In cũratione diſtinctio hæc præ oculis habenda eſt, num ſcilicet ab ipſis ſolis, ventriculo, & inteſtinis veniat, vel ex alijs partibus. Cùm corrupti cibi ventriculo moleſtiam afferunt, notæ corruptionis adſunt, nauſea, morſus, rugitus, inquietudo. Oportet tunc leuiter irritare naturam, priuſquam cholera accidat. Procurabitur itaque vomitus aqua mulſa, aqua hordei miſta cum oleo, vel decocto ra-

phani, cum oxymellite simplici, vel schillitico. Post vomitum ventriculus corroborabitur iniunctione facta cum oleo de absynthio, aut masticino calido, aut sequenti vnguento.

℞. ladani ℥ j. mastic. aloës, corallorum an. ʒ ij ß. ceræ q. s. fiat linimentum, si flatus adfuerint, propinabimus ea, quæ flatus discutere possũt, vt anysum saccharo conditum, aut oleum anysi chymicè extracti, vngi poterit ventriculus oleo nucis moscatæ, rutæ, & similibus, si vitiosi humores contenti in ventriculo, & locis vicinis fuerint causa choleræ morbi, vomitum incitabimus leuem. Nam purgationem aliam non ferunt. Deinde appones ventriculo ea, quæ corróborant, & intemperiem eius expellunt iam dicta. At si in toto corpore corruptela vigeat, si praua sint excrementa, & commodè exeãt, idest lenius ferat æger sinere oportet ex aph. 2. l. 4. & aph. 47. eiusdem libri. Quare Rhasis propinat tantùm aquam tepidam, potest vtiliter exhiberi lac, salutaris est hic syrupus. ℞. succi plantag. ℔. j. myrobolan. citrin. ℥ ß. decoquantur, addatur sacchari ros. s. q. Confectionis Alkermes ʒ ij. capiat cum cochleari per interualla. Si verò modum excesserint, sistenda commoderantibus, acrimoniam, diuertentibus materiam influentem, vt cucurbitulis applicatis humeris, & natibus, ligaturis dolorificis, frictionibus. Deinde ventriculus corroborandus, eiusque intemperies sedanda, de quibus in superioribus satis multa dicta sunt.

Rondeletius reprehẽdit illos, qui censent partes mittentes esse corroborandas, quia corroboratione fortiores redduntur ad expellendum, vnde magis onerãtur intestina & vẽtriculus, & morbus au-

getur. Imò oportet trahere ab ipsis partibus nobilibus ad totá corporis circũferentiam ad reuellendum ex ipso stomacho, & intestinis. Nã minus incommodum est retrahere ad partes nobiles, quàm pati ipso vomita, & deiectione continua spiritus dissipari, & ægrũ interire: atqui maius periculum semper euitandũ. Perutile esset pilulas de cinoglossa cum theriaca exhibere, vtriusque scilicet ℈ j. aut ʒ ß. quò sisteretur fluxus & vomitus, vt magno fructu dantur in dysenterijs.

De appetitu canino. CAP. II.

APPETITVS canini signum est fames excedens modũ naturalem. Plura namque deuorantur ab ægro, quàm necessariũ sit ad nutriendum, ex quo sequitur, vt notat Rhasis, ciborũ crudorũ, aut per vomitum, aut per secessum deiectio. Causæ illius procatarcticæ sunt vigiliæ immodicæ, exercitiũ vehemens, balneum calidius, aëris frigus intensum calor illius excedens, longa fames, quæ omnes facilè cognoscuntur. Causæ antecedentes sunt dispositiones totius corporis, quibus multũ alimentum consumitur, vt sæpè fit in conualescentibus, aut post euacuationes magnas, aut à calore resoluentæ, aut à vermibus alimenti materiã exsuggentibus, aut quod habeant proprietatẽ inducendi famem. Proximæ causæ existunt acetosus humor pituitosus, aut melancholicus, aut retentricis stomachi debilitas, in quo cibi semi crudi egeruntur.

Qui fame canina præmũtur, facilè labuntur in affectum cæliacũ ex Paulo 51. l. 21. *aut in dysenteriã, aut in hydropem*: canina verò fames, quæ ab immodica dissipatione ortũ ducit, facilè curatur, priusquam ad summum gradũ peruenerit ex Gal. de loc. aff. Si ex fri-

gidis humoribus nascatur in ventriculo residentibus quid agendũ sit explicauimus. Retentrix facultas debilis, & ventriculi debilitas, corroborantibus iam dictis est curanda.

Generalia ad obstructiones, seu opilationes. CAP. XII.

MEATVS nostri corporis impediuntur ne materiæ, quæ per illos commeare solent, transmittuntur pluribus modis. Nã res impediens aut est in meatu, aut extra meatũ. In meatu aut humor crassus, & viscidus, aut lapillus, aut caruncula, & verruca, quæ affectio obstructio propriè appellatur. Aut extra meatũ duobus modis, vel in partibus externis meatui adiacentibus, vt si tumor ventri premat intestini recti, aut colli vesicæ capacitatem, aut intra partem, in qua est ductus, vt si penis tuberculo laboret extra meatũ in parte illius interna. homo præ cæteris animantibus obstructionibus obnoxius est, alimenti, quod sumit copia, & qualitate: humidis enim, & viscidis plerumque nutritur, exercitij priuatione, intẽpestiuo exercitu, facultatum naturaliũ infirmitate, venarum exilitate, ex quo fit, vt nullus ferè morbus nascatur in corpore humano ab humoribus, qui obstructiones comites non habeat; hę causæ indicia generalia esse poterunt obstructionum.

Solent autem nasci obstructiones in ductibus totius corporis: sæpiùs tamen in partibus quæ sunt in imo ventre ob cruditates, quæ in illis procreantur à debilitate ventriculi, iecoris, venarum, & raliquarum partium, tùm ob exilitatem venarum, quibus scatent. Superioribus signis sequentia

addere possumus, quando scilicet humores fluere soliti retinentur in aliqua parte, in ea sisti sanguinem demonstratur, & in ea parte percipitur dolor aliquis tenuius non solitus, nullisque existentibus signis repletorijs totius corporis pronunciare poterimus, eam partem obstructionibus laborare in quibus etiam vasorum maiorum excitatur magna prauitas, & maior multò quàm in apostemate, à quo obstructio interdum distinguitur febre. Si verò obstructio fuerit diuturna febrem parit. In obstructionibus enim minor est materiæ compressio, quàm in apostemate. Quare tardiùs febres in illis commouentur. In obstructionibus vasorum exilium non percipitur manifesta grauitas, sed impedimentū sanguinis & extēsio, siue dolor tensiuus, qui significatur dilatatione ipsius venæ, pruritu, & caloris mutatione in membro. Obstructiones autem si fuerint multæ in corpore, colorem totius corporis deturpant.

Obstructio fit à crassis & viscidis humoribus presertim, aut à flatu, lento spiritu, & vapore, aut à copia humorum, aut à materia aliqua carnosa solida, lapidea, vel à tuberculo.

Obstrustiones duo magna inuehūt incommoda, cōmeatum enim liberū alimenti in membra prohibent, & excrementorū expulsionē, quibus addi potest prohibitio transpirationis, ex qua putredo in humoribus nascitur indeque febris.

Obstructiones quæ nascuntur à crassis & viscidis humoribus præparationem antecedentem postulant antequam corpus purgetur, materia enim illa obstructionum non est fluida *At si quis purgare voluerit corpora*, ex Hippocrate *ea*

fluida efficiat oportet, viſcida item & craſſa trahenti medicamento non cedunt, tormina pariunt, doloris vomitus, & alia multa ſymptomata. In ſanguine mittendo non eſt par ratio, quod ſanguinis miſſio obſtructiones auferat, ſine vlla ſymptomatum commotione. Verùm & in purgatione quò faciliùs medicamenta obſtructiones liberantis poſſint agere excrementa prius ſunt auferenda quæ in prima regione exiſtunt; per medicamentum quod minorans appellatur. Si quis namque more quorumdam prius ſyrupos aut iulepos præſcribat, illa corrumpuntur ab excrementis pluſque nocent, quàm conferant. De præparantibus autem ita cenſendum, viſcida incidentibus & detergentibus craſſa attenuantibus præparari volunt. In quibus Auicennæ conſilio cautio eſt adhibenda, ne attenuantia ſint remiſſa, ita vt raram materiam efficiant, nihil autem reſoluant: nam eo pacto craſſa maiorem locum occupant. ſecundo ne reſoluentis ſint vehementiora. Nam diſſipando materiam tenniorem, quod reliquum eſt indurant. Quare cùm ijs quæ vehementer attenuant, remollientia ſunt adiungenda. Præterea ſi obſtructio fuerit in parte principe, inquit Auicenna, oportet coniungere ſtiptica cùm in incidentibus & attenuãtibus. Nam attenuantia robur partis principis diſſoluunt, quam diſſolutionem prohibent ſtiptica. Vt in obſtructionibus iecoris cum apperientibus miſcemus abſynthium, pont. ſpicam & alia eiuſmodi. Inciſio humorum fit penetratione, penetrãt medicamenta tenuium partium, vt acetũ, & omnia acetoſa, vinum album& ſimilia: Quam ob cauſam cùm radices aperientes præſcribuntur, in aceto aut vino albo ma-

cerari iubent medici, aut aceto ſcyllitico irrorari. Detergẽtia autem ſicca ſint oportet, ſiue terreſtria. Nam deterſio eſt ſeparatio viſcidi adhærentis à loco cui adhæret; Adhæret autem humido, quare ſicco debet ſeparari & calido: nam frigidum craſſitiem augendo, augeret adhærentiam; adde quòd calida terreſtria ſunt incidentia. Mel vtrumque præſtat optimè in oxymellite vtraque facultas elucet, incidendi ratione aceti, & abſtergendi in melle. Præſtantiſſimùm hoc cenſetur remedium in delicatis.

℞. limaturæ chalybis ℔ ß, radicum aperientium minutim inciſarum, rad. eryngij, ononidis, philicis rubiæ maioris añ. ℥ ij. ß. carnis limonum cum ſucco, aut arantiorum acidorum ℔. j. corticis tamariſci & capparum añ. ℥ ij. rad. raphani ℥ iij. foliorum ceterach. m̃. vij. cappillorum veneris, ſummitatum praſſij albi, abſynthij, pont. añ. m̃. iij. berulæ, ſizimbrij aquatici añ. m̃. j. ß. ſantali rubri & citrinj añ. ℥ ß. vini albi ℔ iij. Infundantur in vaſe vitreo tribus diebus, in loco calido agitando ſæpe: deinde adde ſucci cichorij depurati ℔ iij. ſucci appij ℔ j. ß. aquæ roſa. ℔ j. infundantur adhuc die vno vt ſupra, deſtillentur in balneo mariæ, dentur ex eo diſtillato. ℥ iiij. aut ℥ vj.

℞ trochiſco. de abſynth. & de rhabarb. añ. ℥ ß. mitrid. ʒ iij. ſyrupi de chicoreo cum rhabarb. aut de abſynth. pont. q. ſ. fiat opiata, de qua ſumat quotidie mane ʒ ij. ß.

℞. puluer. hyeræ ſimpl. ℥ ß. trochiſco. de myrrha, pulueris diarrhod. abbat. añ. ʒ j. limaturæ chalyb. præpar. ℥ j. ſucci brioniæ exſiccati ʒ. ij. formetur maſſa cum ſyrupo de arthemiſ. cap. ʒ j. ß.

ter in hebdomada. Omnibus maximè confert hoc remedium. ℞. conseruæ ceterac. absynth. pont. & cichorij an̄. ℥ ß. pulueris triasant. diarrhod. abbat. an̄. ʒ j. cornu cerui præpa. cristalli pulu. an̄. ʒ j. mechoacani pulu. & infusi in vino albo ʒ j. ß. rhabarb. ʒ j. limaturæ chalyb. ℥ j. ß. syrupi de quinque radic. q. s. adde cremorem tartari ʒ j. ß. est autem tartari cremor vnctuosus siue oleaginosus humor, qui dum bullitur tartarum aquæ supernatat, fiat opiata de qua sumat ʒ ij. aut ʒ j. ß. mane superbibendo parum vini albi, & de ambulando vnius horæ spatio. Inter omnia medicamenta maximè prodest hyera simplex, vel composita data ad ʒ iij. vel ℥ ß. in bolo. Semen cuscutæ datum cum saccharo mirifice prodest oppillatis. Ac quoniam ad obstructiones tollendas chalib. præparatus maximè confert, libuit apponere præparationem præstantissimam à Fallopio descriptam.

℞. lymaturæ chalibis ℔. j. ablue aceto, cola, extende limaturam supra pannum, ac deinde ipsi insperge garyoph. ℥ ß. aut ℥ j. totum deinde ad noctem sic relinque, ℞. deinde ℔. vj. vini potentissimi, quæ pones in vase vitreo, & superinfunde limaturam, & agita phialam, postea æstate expone Soli interdiu tantùm, idque 8. vel 10. diebus hyeme, conserua vas in stuffa fornacea, vel alio loco calidiore & pariter agita vas, liquabitur illa limatura, ita vt nihil fere in fundo remaneat; sed ex vtroque videtur fieri mixtum quod est admirabile, huius vini capiat ℥ v. aut vj. mane deambulet horæ spatio extra ventum.

Obstructionibus ablatis conueniunt ea quæ

roborandi vim habent partes attenuantibus dissolutas & debilitatas. Qualia sunt electuarium diarrhod. abbatis, de spodio, de absynthio, de rhabarb. & similia, tum decocta radicis chinæ, absynthij pontici & similium.

De morbis iecoris, & primo de obstructionibus illius. CAP. XIII.

SIGNA affecti iecoris ex Gal. in arte parua trahuntur ex humorũ defectu & abundantia. Nam humoris exuperantia humidum iecur arguit, defectus siccum. Illa verò dignoscitur ex venarum repletione & distentione: penuria verò per illarum angustiam, ex habitu corporis mutato; nam vt iecur bonos generans humores laudabilem habitum producit, ita malos prauum. Ex decoloratione, nam *qualis est humor sub arte, talis efflorescit color in arte*, ex Hipp. in principio lib. de humo. At humores generantur in iecore, ex permutata & læsa cibi distributione & mutatione. Nam si male nutriatur corpus, iecur est in vitio. Ex superuacuorum excretione, excrementa namque partis à qua manant & per quã transeunt, & in qua recipiuntur dispositionem significant. Ex grauitate, tumoribus & doloribus natis in hyppochondrio dextro, citra suspitionem tumoris præter naturam musculorum abdominis.

In iecore possunt generari lapelli, inquit enim Beneuenius lib. de abd. morb. caus. inuentos lapillos in tunica iecur inuestiente diuersæ figuræ in muliere nobili quæ continuo dolore affligebatur dextri hypocondrij. Hepatis obstructi signa sunt,

grauitas hypocondrij dextri, durities siue renitentia, siue suspitione tumoris musculorum abdominis & ipsius iecoris. Verùm in iecore & circa iecur varijs locis gignuntur obstructiones; nam aliquando iecur obstructũ in illis meatibus, per quos trahit suum alimentum, eius obstructionis signa sunt, copia sanguinis in venis totius corporis, color rubeus cutis; sanguis enim in iecore elaboratus, non abit in iecoris nutritionem, fit ergo vt in habitum dispergatur.

Non rarò obstruuntur illæ venæ, per quas sanguis confectus fertur in venam cauam. Cuius obstructionis signa sunt corporis maius quòd suo alimento partes priuentur fluxus, sanguinis laudabilis per intestina. Persæpe obstruuntur venæ portæ radices, quæ intestinis implantantur, tunc temporis fluxus chylosus nascitur, cum macie totius corporis, quod chylus non possit deferri ad hepar.

Magnus est morbus iecoris partis obsessæ præstantis symptomatum magnitudine, nonnunquam respirationis difficultate, propter diaphargmatis compressionem, à distributione impedita, propter obstructionem, qua priuantur partes suo alimento, priuatione nutritionis iecoris fluxu chyloso; quæ magna sunt symptomata.

Tardus est vt plurimum morbus, hepatis obstructiones minantur hydropem, atrophiam, & scirrhum hæc sæpe contingunt virginibus, aut à suppressis mensibus aut ab alimentis crudis & viscidis vel alijs prauis rebus assumptis, quo sibi concilient pallidos colores falsa pulchritudinis opinione.

Sanguinis missio optimè conuenit viribus constantibus non in principio, ex Auicen. consilio, sed

in progreſſu, cùm ſcilicet ſanguis ad fluendum factus erit aptior, fiet autem præparando humores, medicamentis cap. de obſtructionibus deſcriptis, & poſtea purgando medicamento conuenienti. Diuerſa autem eſt purgandi ratio pro loci obſtructi differentia: nam ſi caua iecoris pars obſtruatur, purgantia per ſeceſſum magis conueniunt;cùm verò connexa ea quæ vrinas mouent vſurpanda, imitatione naturæ, quæ vt ait Gal. 3. de criſ. *affectus cauarum partium iecoris ſolet per ſeceſſum repurgare, connexarum autem per vrinas.* Nam maior eſt conſenſus cauarum partium iecoris cum inteſtinis quàm cum renibus, præter venam portam: & maior eſt conſenſus connexarum partium cum renibus quàm cum inteſtinis:propter venas emulgentes,quæ naſcuntur ex vena caua deſcendente.

Ceterùm ea quæ corroborant iecur, & ad ipſum deducunt medicamenta nunquam debent ſeparari à præparantibus & purgantibus, vt ſpica nardi, cinamomum, abſynth. eupatorium græcorum, aqua hordei, ſpodium aut gigarta dactyli, fœniculus, amygdalæ amaræ, daucus, aſparagus ſchœnantum, fumus terræ, endiuia, ſantala, aſarum, aniſum, arnogloſſa; iris, ſerum lactis.

Poſtremo corroborantibus ſolis eſt vtendũ, quò intemperies contracta dilui poſſit, per quam ſæpe incurrunt in hepatis obſtructiones.

Victus ratione tenui egent; debent abſtinere ab omnibus crudis &viſcidis craſſiſque alimentis,tum à dulcibus quòd iecur amet dulcia, & ea ad ſe rapiat antequam coquantur.

De tumoribus præter naturam iecoris, ex cap. 6. l. 5. locor. affect. CAP. XIIII.

IECORIS tumores naſcuntur aut in gibbis illius partibus aut in ſimis. Partium gibbarum tumores, præſertim ſi grandes extiterint facilè, vel ſolo tactu dignoſci poſſunt. Verùm tumores muſculorum, abdominis, ementiuntur perſæpe iecoris tumores, quare ſunt ſignis diſtinguendi. Rectorum muſculorum abdominis præter naturam tumores ſunt ablongi, atque per medium totius ventris extenſi ;- vmbilicum, veluti ipſi muſculi, comprehendentes. Iecoris vero habent coaceruatam circumſcriptionem rotundam. Idem ſignum commune eſt obliquorum muſculorum deſcendentium à thorace, quòd ſint exteriores. Eorum autem obliquorum qui aſcendunt tranſuerſorum difficillima eſt cognitio, quòd à ſenſu tactus ſint remotiores, diſtinctione ergo opus eſt cùm iecur tribus contegatur muſculis, fieri non poteſt vt tactus aliquam ipſius notitiam præſtet, niſi vel magnus in ipſo iecore oriatur tumor, vel incumbentes muſculi extenuati fuerint. Verùm cùm iecur laborat, tumore præter naturam, ſentitur in dextro hypochondrio grauans dolor profundus extenſio vſque ad iugulum. Quando magnitudo tumoris grauitatem inducit, exigua tuſſis adeſt & ſicca. Addere poſſumus progreſſu temporis argumentum ductum à conſequentibus tumores præter naturam: qualia ſunt enumerata argumenta in ſignis affecti iecoris paulò ſuperiùs.

Omnes tumores iecoris magni ſunt morbi partis obſeſſæ præſtantis. Quò autem ſymptomata grauiora, eò maior eſt morbus. Quò etiam cauſa eſt magis contraria temperamento iecoris.

In tumoribus iecoris ſi ſanguis ſit ducendum ex baſilica dextri brachij educendus, niſi ſuppreſſi mēſes, aut hęmorrhoides ſuppreſſæ, id malum procreauerint, tunc enim venæ inferiores ſunt potius tundendæ.

De inflammatione iecoris. CAP. XV.

TVMOREM iecoris ſuperiora ſigna demonſtrant, calidum autem eſſe febris continua oſtendit. A ſanguine verò pendere, præter omnia, redundantis ſanguinis ſigna oſtendunt, linguæ color rubeus, deinde niger à ſanguinis aduſtione; ſitis inexauſta, quæ ardoris ventriculi per cōſenſum excitati eſt indicium; cibi faſtidium, vomitus ſynceræ bilis, & vitellinæ, quæ aliquando æruginoſa eſt. hæc oſtendunt regurgitationē bilis è iecore in ventriculum: aluus adſtricta, ſiccatis fæcibus ab ardore, niſi inflammatio ſit coniuncta cum debilitate ſumma iecoris, tunc enim fluit aluus liquidis excrementis loturæ carnium ſimilibus.

Inflammatio autem aut eſt in gibbis aut in ſimis partibus iecoris, quæ ita diſtinguntur. Nā quæ in ſimis iecoris euenit, maiorem inappetentiam, nauſeam, vomitum bilioſum, & ſitim inducit propter vicinitatem. Quæ verò in gibbis maiorem inter reſpirandū dolorem & tuſſim excitat, propter partium conſenſum. Maior præterea dolor adiugulum dextrum, & clauiculam dextram extenditur. Ad

hæc

hæc cauis partibus affectis dolor grauior sentitur sumpto cibo, ob compressionem ventriculi.

Differt verò à diaphragmatis inflãmatione, quòd in hac adsit intrò sursum facta reuulsio, nam omnis pars inflammata retrahitur, quia est exsiccata. Quare contractum diaphragma, secum trahit connexa, atque colligata, proindeque per peritonei communicationem omnes partes in hypochondrio existentes. Et cum per pleuræ alligationem, exsiccentur partes illius membranæ, vox est illis acuta, ob tracheæ arteriæ siccitatem, ad quam producendam iuuat calor debilior, & musculi debiliores, tum materiæ penuria.

Posset aliquis suspicari inflammationem gibbarum partium iecoris esse pleuritidem notham, verùm distinguitur situ doloris: nam pleuritidis dolor superiores partes magis occupat; inflammatio iecoris inferiores. Epigenomenis etiam distinguitur quod in pleuritide notha nonnunquam sputa reijciantur cum tussi; in inflammatione hepatis tussiunt quidem ægri, nihil autẽ aut paruum exspuũt. Ad hoc inflammatis gibbis partibus, diaphragma comprimitur, vnde grandis difficultas respirationis, tussicula frequens, dolor ad dorsum acutus ob ligamenta conspicua, tumor difficilis decubitus in latus dextrum.

Magnitudo horum omnium symptomatum magnitudinem inflammationis demonstrat, tum singultus qui præter magnitudinem affectus malignitatem etiam ostendit, ob communicationem cum orificio ventriculi. Quare Hipp. aph. 17. l. 7. ait, *in hepatis inflammationibus singultus malum*; demonstrat enim cõmunicationẽ affectionis cum orificio

ſuperiori ventriculi, partim communicatione facta per neruum ſexti paris: partim eructatione bilis quæ gignitur ab hepate inflammato in caput inteſtinorùm; quam iuuat alui adſtrictio, qua alui adſtrictione effumatio fit magna in orificio ventriculi.

Malignitatis indicium eſt, ſi aluus feratur liquidis excrementis corruptis: ſignificatur enim iecoris infirmitas quæ cùm ſit ſemper pernicioſa, in inflammatione peſſima.

Phlegmone connexarum partium periculoſior eſt, quàm cauarum, quòd diaphragma faciliùs in mali conſortium trahatur, finitur autem ſæpe iecoris inflãmatio ſanguinis effluxu, de quo ita Hip. in Coac. prænot. *in prima periodo*, nimirũ intra ſeptimum diem, *fluor ſanguinis è naribus contingit, ijs qui iecoris inflammatione laborant*, quæ plurimùm prodeſt, cuius ſigna exhibet *capitis dolorem & hebetudinem oculorum.* Augetur verò coniectura futuræ hæmorrhagiæ per ætatem. Nam ait Hipp. loco cit. *in ætatibus anno 35. ſenioribus verò minùs.* Contingit ſæpe ea ætatis parte ob ſanguinis copiam, tenuitatem, acrimoniam, & calorem excedentem, quæ ſurſum mouent ſanguinem, & ob vires robuſtiſſimas. Si inflammatio iecoris ſexageſimũ diem ſuperauerit, & perſeuerauerit febris, ſuppuratio expectanda eſt, nam febris perſeuerans pus paulatim fieri oſtẽdit.

Inter abſceſſus iecoris illi læthales ſunt, quibus intro pus erumpit. Non poteſt autem fere niſi intro rumpi, licet difficilè rumpatur ob craſſam membranam, iecur inuoluentem, quare ſæpius fit vt ſinuarum partium inflammatio ſupurata per deiectionem: gibbarum verò per vrinas expurgetur. Cùm autem rumpitur intro ſolet conſequi exolutio virium à

puris illuuiæ quæ maligno & tetro vapore cor malè afficit, & ægrum vt plurimùm interficit. Deinde corruptio partium, ex quibus, & per quas illud emanat. Præterea diuisa substantia iecoris, ab eruptione puris &exesa, fere sēper fluit& liquescit, nec refici potest; Oportet ideò sanguinis cōfectionem, & alia opera iecoris labefactari, vnde ægri contabescunt, aut hidropici moriuntur.

In principio morbi ad euacuendum & diuertendum, sanguinem detrahere oportet è basilica dextri brachij larga copia, quoad vires patientur; eodem die ad diuertendum coxis applicari cucurbitulæ possunt: Post venæ sectionem, & cucurbitularum applicationem, eodem tempore sunt applicanda repercutientia ad repellendū humorem ad partem influentem, mixta cum roborantibus iecur, vt ℞.olei rosati& myrthill.añ.℥ ij.olei anethi ℥ j, aceti parum, foueatur pars tepide. Si vehementior sit ardet succi endiuiæ aut cichorij, vel vtriusque ℥ j. ß. nenupharini ℥ iij. ceræ albæ & aceti parum, fiat linimentum, quo vngatur regio iecoris. ℞. mala citon. n. ij. foliorum plantag. cichorij, endiuiæ añ. m̄. j. adde olei rosa. q. s. miscentur, & apponantur parti. Cùm refrigerantia sint crassa substantiæ, vt cibata, non debent manere supra partem, donec manifestè incalescant, sed subinde mutanda.

Cùm remittitur morbus ad ea quę dissoluunt mixta cùm astringentibus, est deueniendum. Galenique præceptum scriptum cap.12.l.13. med. meth. notandum est. *Si iecur inflammatione laborare cœperit, nemo compos mentis vtetur applicationibus actu frigidis* Interim dū hæc aguntur præparantia humores ore sumenda sunt, nam in principio omnium inflammationum,

non licet vti cathartico, ne humores commot. fluant ad partem affectam. Quare si tumor fuerit in parte sima, præscribentur syrupi, iulepia, aposemata præparantia humores dominantes, ad secessum, si in gibbis diuretica. Si materia coqui incipiat & fluxio quieuerit, vtemur commodè clysteribus lenientibus, vt

℞. maluæ, bismaluæ, parietariæ, violariæ, cichorij, endiuiæ, añ. m̃. j. seminum frigido. maior. ℥ j. paſſul. ℥ j. ß. florum rosar. violar. anthos, camomel. añ. m̃. ß. fiat decoctio. ad ℔ j. in qua dissolue caſſiæ cum saccharo ℥ j. ß. mellis & olei viol. añ. ℥ ij. fiat clyster. Deinde præparatam materiam purgabis medicamento accommodato.

Cùm materia gibbarum iecoris partium cocta erit, vtendum diureticis valentioribus, vt asari decocto, valerianæ, petroselini, & aliorum.

Si materia conuertatur in pus, puris generatio molienda, & iuuanda. Deinde quacumque parte natura expulerit, expellendum, cum eadem, per vias accommodatas. Post repercutionem ad corroborationem & refrigerationem hepatis præstantissimum est remedium.

℞. farinæ hordei ℥ iiij. rosa. rubr. santal. omniũ, seminis endiuiæ, scariolæ, absynth. mino. añ. ʒ ij, succi endiuiæ, q. s. fiat cataplasma, vt artis est, applicandum regioni iecoris.

Erysipelatis accidentis ferè similia sunt inflammationis symptomatis. febris verò, ardentiſſima vexat ægrum, à bile fœtente, cuius signa elucent in excrementis & vniuerso corpore. Remedia item ferè similia sunt: Sanguis namque in principio extrahendus, sed minori quantitate, repellentia applican-

da vehementiora, & fere actu frigida. Eadem seruanda methodus quam diximus in inflammatione.

De Scirrho hepatis. CAP. XVI.

SIGNA scirrhi hepatis sunt tumor durus tactu perceptus in hypochondrio dextro, cum exiguo dolore aut nullo. Eius ortus multiplex modus. Aut enim in principio ex defluxu humoris melancholici fit, quod rarò accidit ob humoris crassitiem. Aut fit per congestionem, aut ex permutatione alterius tumoris nempe erysipelatis, aut phlegmones ob multam & intempestiuam refrigerationem; aut ex humore crasso frigido, partim pituitoso, partim atrabilario, cuius pars rarior & subtilior discussa est densiore remanente.

Humoris dominantis signa iam descripta sunt; neque enim possunt separari signa humoris dominantis in hepate, ab alijs quæ testantur dominium in toto corpore.

Scirrhi exquisiti & insensibiles in iecore, vt & in cæteris partibus sunt insanabiles, ex Gal. 14. meth. med. & 2. ad Glauco. scirrho iecoris, hydrops solet succedere, quod labefactetur facultas coctrix iecoris. Quare pro laudabili sanguine generat aquas vnde hydrops.

Curatio perficitur ex 2. ad Glauco. humidis remollientibus & dissipantibus mixtis. Verùm illa medicamenta moderata sint oportet, quia nimium resiccantia insanabilem efficiunt scirrhum, & emollientia vehementiora robur iecoris eneruant. Ideo emolliẽtibus adiungenda discutiẽtia, & roborantia iecur, hæc verò debent intelligi de internis & ex-

ternis remedijs. Quare præparatis & purgatis humoribus, oportet remedia emolientia & discutientia applicari regioni iecoris post purgationes. ergo

♃. succi cichorij & maluarum, an. ℥ iiij. succi apij ℥ iij. decoquantur cum s. q. sacchari, fiat syrupus inter coquendum, infunde rhabarb. ʒ j. ß. comarum absynth. pont. p. ij. nodulo inclusos, & deinde expressos, de eo syrupo cap. ℥ ij. aquæ endiuiæ ℥ iiij. cõtinuet quoad erit necesse. Si iecur doleat decoquatur radix asphodeli, cum aqua mulsa, & potui detur extrinsecus, apponatur cataplasma sequens.

♃. maluæ, bismaluæ, cichorij, endiuiæ, agrimoniæ, borraginis, buglossæ an. m. j. absynth. pont. m. ß. semi. anisi, fœniculi an. ʒ iij. lini, fœnugr. an. ℥ ß. florum violarum, buglossæ, rosar. an. m. ß pulpæ passul. dactylo. ficuum & asphodeli an. ℥ iiij. spicæ nardi ʒ j. ß. olei de absynth. pont q. s. fiat cataplasma applicandum iecoris regioni tepide. vel

♃. emplastri de meliloto & diachylonis an. ℥ ß. gummi ammoniaci in vino dissoluti aut cum succo limonum, & cerati santalini an. ʒ iij. puluer. rosar. & absynthij an. ʒ j. ß, olei absynthij põtici ℥ j. ß. fiat linimentum applicandum regioni iecoris. Vinum chalybeatum descriptum cap. de obstructionibus maximè conuenit, item opiata chalybeata descripta, tum alia remedia ad obstructiones auferendas descripta.

De ictero siue morbo Regio. CAP. XVII.

REGIVS morbus duplex est, alius biliosus qui aurigo dicitur quòd fuluo & aureo colore cutis tingatur; alius niger ab humore melancholico nigro: aut mixtus ex vtroque. Item alius est, criticus, alius symptomaticus.

Ortum autem ducit vel ex immodico calòre partium solidarum corporis totius, aut ex alimento calido sicco. vel pendet à causa externa humores corrumpente, vt scribit Gal. c. 7. l. 6. loc. affect. de seruo Imperatoris, quē solo haustu theriacæ sanauit. Aut oritur vitio, & intemperie calida sicca iecoris multam bilem generantis, aut vitio chistis fellis, quæ laborat vel debilitate, ob quam non potest bilem trahere, vel ob nimiam repletionem illius, per quam fit vt nullam materiam possit recipere, vel ab obstructione ductuum chistis fellis; aut quòd non sit capax copiæ bilis recipiendæ quæ generatur, ob paruitatem suam.

Critica aurigo dignoscitur si superuenerit febri continuæ ad eiusque exortum febris finem acceperit. Idem testantur alui excrementa & vrinæ, quæ secundùm naturam sese habent, biliosæ tamen existunt. Symptomaticus verò est icterus, *si ante septimum diem in febre continua apparuerit febre non cessante*, ex aphoris. sexagesimo secundo lib. 4. in quo scribit Hippocrat. *quibus per febres morbus regius ante septimum diem superuenerit malum nisi subsequatur insignis euacuatio, cum virum robore, aut per dies criticos remanente in iecore tumore ex*

aph. 64. l. 4. *Quibus per febres die 7, vel 9. vel 11. vel 14. morbus regius superuenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum fuerit, alioquin minimè bonum.*

Signa intemperiei calidæ siccæ iecoris iam exposita sunt. Eius verò quæ à calore immodico partium solidarum pendet aut ex alimẽto calido signa existunt, quòd nullus dolor adsit, neque grauitas circa hypochondria, nec febris, nec signa obstructionis, in chisti fellis nimirum quo fæces sint tinctæ ruffo colore. Distinguitur tamen quod in postremo præter illa signa, adsit etiam victus ratio biliosos humores procreans.

Debilitas attractricis chistis fellis dignoscitur ex deiectionibus albis & priuatione grauitatis in hypochondrio dextro. Nonnunquam obstructio chistis fellis nascitur ex lapillo genito in illa parte, vt plurimùm pendet ex viscidis & crassis humoribus. Si vesicula fellea ob paruitatem non potest humoris copiam recipere, fæces sunt tinctę colore flauo, nihilominus ictero laborat tota superficies corporis.

Quibus in febribus morbus regius ante septimum diem accidit malum, ex aphorismo citato quia bilis ante 7. diem commoueri indicatorie non potest. Item *quibus in febribus morbus regius 7. vel 9. vel 11. vel 14. interuenerit bonum, nisi dextrum hypochondrium obduruerit. Si vero obduruerit non bonum*; quia tumor hypochondrij significat aut iecoris inflammationem, aut scirrhum, aut obstructionem quæ possunt esse causæ morbi regij; Quocirca causa remanente symptomaticus erit morbus regius. Celsus ex Diocli authoritate ait, *Si oriatur morbus regius post febrem prodest: si post hunc febris nascatur occidit. Si morbus re-*

gius diuturnus extiterit hydropem minatur, præsertim si vrina iamdiu fuerit aquosa, quod significet debilitatem iecoris, à qua hydrops timendus.

Illa origo quæ critica est ratione causæ, nullum requirit remedium, sed symptomatis occasione. Curatur discutientibus vt frictionibus siccis, applicatione olei camomel. anthos, rorismarini, & similibus.

Quæritur num in reliquis auriginis generibus vena sit secanda. Gal. lib. quos, quib. & qn. ait. *si morbo regio laborantibus sanguinẽ detraxeris in extremam perniciem deduces. Sed Aetius ait in hoc morbo duo esse maxima remedia venæ sectionem & purgationem.* Responderi potest morbus regius, cùm sit symptoma in colore mutato non indicat venæ sectionem; At ratione causæ antecedentis aliquando indicat sanguinis detractionem, nempe quando nascitur ab obstructionibus vt in inflammatione hepatis.

Qui symptomaticus est, curatur ad morbi cuius est symptoma sanationem. Si ex intemperie partium solidarum nascatur, bilem genitam expurgare oportet. Deinde intemperiem illarum partium tollere, decoctis syrupis refrigerantibus, & humectantibus, & præsertim balneo aquæ dulcis tepentis necnon vsu alimentorum frigidorum & humidorum.

Si vsus alimentorum procreauerit hũc morbum commutandus est victus in contrarium. Si ex veneno externo nascatur theriaca propinanda imitatione Galeni.

Illa quæ ab obstructionibus nascitur crassorum & viscidorum humorum; tollitur medicamentis attenuantibus, & incidentibus iam dictis, inter

quæ laudatur maximè syrupus de marrubio albo, adiunctis aliquot guttis olei de tartaro. Decoctum fragariæ cum toto si detur pluribus diebus multorum experimento confert mirificè.

Si debilitas chistis fellis generauerit hunc affectum, purgata bile corroborare oportet iecur & chistin fellis trochiscis de rhabarb. de spica, syrupo de absynth. pont. electuario triasantalo, diarhodone abbatis & similibus. In exiguitate chistis fellis oportet sæpius purgare bilem & abstinere ab ijs quæ illam generant.

De iecoris debilitate, præsertim ex Gal. lib. 8. de comp. med. secund. loc. CAP. XVIII.

IECVR imbecillum dicitur quando suas operationes exercet aut imbecilliter, aut deprauatè, aut nullo modo agit. Et quoniam visceris illius plures sunt facultates, plures existunt debilitates, quorum signa prodit. Gal. lib. cit. Verum quoniã cognitio debilitatis nihil facit ad curationem, licet enim debilitas indicet corroborationem, quo tamen sit remedio corroboranda non significatur; quod præcipuum est in curatione: rimandum itaque ex Gal. à qua causa illæ debilitates facultatum pendeant, vt illis remedia commoda adhibeamus. Recenseamus ergo primò signa debilitatum facultatum, deinde adiungemus indicia eorum per quæ debilitantur.

Attractricis iecoris debilitatæ signa ex Gal. recenseamus, ea sunt liquida excrementa; ex quibus succus qui aptus est conuerti in sanguinem

nondum est detractus; nulla enim facta est distributio in iecur.

Coctricis verò siue sanguificæ facultatis debilis signa multa sunt, prout iecur vario modo est debile; omnis namque pars intemperie laborans debilis est in sua operatione. Si namque cuiusque partis robur consistat in optima eius temperie, quoties intemperie laborabit debilis iure dicetur, robori namque debilitas opponitur. Diuersa autem cùm sit intemperies varia etiam sunt signa. Nam aut alimentum corrumpitur, aut semicoctum, vel crudum, aut sine alteratione, in semicocto alimento excrementa sunt similia sanguini mixto cum aqua, aut loturæ carnium recens mactatarũ. Si verò non alteretur alimentum, varij generis egeruntur excrementa, non secus ac ex ventriculo omninò debili.

His positis, quæ parum ad curationem faciunt Gal. signa causarum describit, quibus remedia sunt paranda. In calida intemperie excrementa sunt biliosa, crassa, graueolentia, abunde colorata quemadmodum in pestilentibus febribus contingit. In ea enim colliguantur humores primùm, deinde carnes ipsius hepatis ex qua & calores diuersi excrementorum & fœtor nascitur. In frigida verò iecoris intemperie, neque assiduæ excretiones, neque multæ fiunt, durat tamen affectio diutius, & per aliquot dies ipsis profluet venter maiori copia. Cuius neque fœtor similis est his, quæ ex calore sunt liquefacta, neque color similis aut compages, verùm minùs graueolentia. habent verò speciem putrefacti sanguinis,

non colliguatæ carnis. & aliquando excrementum est simile sanguini nigro. limus quippe quidam sanguinis crassi,& ferè atra bilis,adsunt & varij colores. Quando autem cum his vel humida vel sicca intemperies fuere adiunctæ liquidiora in humiditatis complexu, ficciora verò in ficcitatis copula fient excrementa in calida intemperie postquam excrementa acrimoniam acquisiuere proritant iecur ad excernendum. In frigida verò profluunt debilitata retentrice.

Verùm in his omnibus non recenset excrementa loturæ carnium recens mactatarum similis: quæ animaduerterat in signis attractricis iecoris debilitate Gal. prægressæ iam & diuturnæ forsan intemperiei frigidæ signa explicat. Illud autem est incipientis, nam in frigida etiam progressu temporis adest, in remissiore calore quàm par sit,procreãtur corruptiones ab obstructionibus natis à crasso sanguine, & tãdem debilitata retentrice excernuntur,sed non æque grauolent ac in calidiore intemperie, & sanguis crassus existit melancholicus, frigidus quippe.

De hepatitide. CAP. XIX.

HÆPATITIS est iecoris infirmitas, vt iam desit suo officio, nec sanguinem naturæ conuenientem gignat, nullo tumore intercedente ex quo intelligi potest hepatitidem solam iecoris imbecillitatem significare,ab intemperie natam, quæ duplex esse potest, calida scilicet & frigida. Nascuntur autem hæ duæ intemperies, vt à causa proxima, quando humores, qui in venis & arterijs

continentur qualitate aut copia plurimùm à natura recesserunt, à quibus visceris integritas & propria substantia dissoluitur & labefactatur.

Signa hepaticorum vniuersalia sumuntur, à colore, ab excrementis alui, & vesicæ; color apparet in cute albicans subcitrinus, subuiridis vel fuscus. In deiectionibus autem & vrinis, color intemperiei excedenti respondet. varia autem sunt signa pro diuersitate causæ imbecillitatis iecoris, quæ tempore distinguenda sunt. In frigida quidem circa principia excrementa loturæ carnium similia videntur, à sanguine pituitoso & aqueo. In calida fæces sunt, oleosæ, biliosæ, olidæ, crassæ, mordaces croceæ.

Verùm quonim iecoris, vt & reliquarũ partium naturalium variæ sunt facultates, varia erunt signa quibus significatur earum imbecillitas. Attractricis debilitatem ostendunt alui liquida excrementa aquæ similia, sine odoris grauitate. Coctricis debilitatem vrinæ albus color, tum excrementa loturæ carnium recens mactatarum similia, vt idem sit signũ speciei morbi, & facultatis læsæ. Ea verò desinunt tandem in sanguinem conglobatum, præsertim si à frigore contingat. Si à calore nimio proficiscatur illa debilitas, significatur bilioso sanguinis fluxu per aluum qui desinit in liuidum & nigrum.

Sed quærendum num vna possit lædi facultas cæteris illæsis, cùm exerceantur omnes temperamenti vnius ope sed in temperamento sunt plures qualitates materialiter quare vna potest lædi sine alia. Si retentrix fuerit debilis sanguis erit crudus: si verò expultrix debilis, extiterit commixti humores expelluntur cum sanguine; possuntque plurium fa-

cultatum læsiones coniungi, tuncque mixta sunt signa façultatum læsarum.

Magnus est morbus, partis obsessæ præstantia, symptomatum magnitudine, læsione omnium facultatum naturaliũ, tum corporis cacoëthia. Oportet enim humores qui in corpore detinentur. Deprauari, tum causæ magnitudinæ, quæ non potest esse nisi magna, præsertim cum valeat debilitare nobile viscus.

Malignitatem illius ostendunt colliguatio cum raucedine. Colliguatio quidem nascitur ex calore præter naturam, carnem ipsam iecoris liquefaciente. Raucedo oritur ab eodem calore præter naturam exsiccante partes pectorales, & potissimùm tracheam arteriam.

Quibus hepaticis multùm sputum cruentum siue subputridùm siue biliosum purum adest cito moriuntur, ex Coac. præn. significant enim magnam corruptionem genitam non tantùm in iecore, sed in pectoralibus partibus, à qua dissipatur calor natiuus, ex cuius dissipatione sequitur mors.

Si calida intemperies fuerit causa debilitatis refrigerantibus & corroborantibus iecur est vtendum, qualia sunt syrupus de endiuia, de rosis siccis, de agresta, de cichorio simpl. admixto electuario triasantalo. vel diarhodonis abbatis, vt

℞. aquæ endiuiæ ℥ iiij. syrupi de endiuia ℥ ij. electu. triasant. ʒ j. fiat iulep. cap. si opus fuerit purgatione, rhabarbarum, in forti expressione est propinandum, cum decocto cichorij, endiuiæ, scariolæ, hepaticæ, additis aliquot vncijs syrupi rosa. solut. Post purgationem Galliarum laudat 8. de med. secund. lo. multas compositiones &

confectiones ab Asclepiade conscriptas.

℞. succi cichorij ciathum vnum cum aquæ calidæ ciathis, tribus mellis coclear vnum, vel felicis & anethi ciathum vnum, aquæ mulsæ ciathos tres, vide reliqua, cap. de hepatitide apud Gal. deinde epithemata refrigerantia & corroborantia sunt applicanda iecori. vt

℞. aquæ cichorij & endiuiæ an. ℥ vj. pulueris triasant. ʒ ijß. coralli rubri trochisco. de camphora an. ℈ j. aceti rosa. ℥ ij. fiat epithemia, applicandum iecori vna hora ante pastum. post applicationem epithematis.

℞. cerati santal. loti in aqua rosa. & acetosæ ℥ iiij. quibus vngatur regio hepatis. Ad iecur corroborandum sumatur conserua rosa. electua. diarhodon. abbat. & triasant. mane ieiuno stomacho ad ʒ j. vel ʒ ij. Potus potest parari ad eumdem effectum.

℞. cichorij, endiuiæ, pentaph. an. m. j. florum rosa. viola. buglos. an. p. ij. fiat decoctio. In collat. s. q. dissolue olei myrthill. ℥ ij. fiat fotus horis su. pradictis.

Adstringentia fortia mirè conferunt in hoc affectu, & omnia quæ sanguini sistendo conferunt. ℞. santali vtriusque ʒ vj. sumach. balaust. an. ʒ iij. terræ armeniæ & hypochistidos an. ʒ ij. terantur fortissimè, dissoluantur cùm aqua plantag. fiat cataplasma hepati applicandum. Pœna laudat mirum in modum aquam destillatam radicis bistortæ.

In hepatitide à frigida intemperie oportet primò purgare pituitosos humores, deinde corroborare

iecur aſſumptis & admotis. Aſſumpta erūt ſyrupus de abſynth. pont. de mentha, de praſſio, trochiſci de rhabarb. de abſynthio; electua. diamarg. dialaccæ, theriaca & ſimilibus. Ad frigidam iecoris intemperiem Gal. commendat Andromachi antidotum. ℞. pulparū, paſſul. ℥ xxv. croci ʒj. calami ʒijß. bdelli ʒijß. caſſiæ ligneæ ʒjß. cinnamomi ℈iiij. ſpicæ nardi ʒiij. floris iunci adorati ʒijß. myrrhæ ʒiij. therebint. ʒiiij. ramento. aſparagi ʒij. mellis ℥vj. vini q. ſ. fiat antidotum. Galenus non præſcripſit doſim, poſſunt dari ʒij. vel ʒiij. vel per ſe vel diſſolutæ cum aqua aliqua accommodata, his duobus remedijs longo tempore continuatis fuit gratia Chriſti curatus puer, qui hepatitide laborarat duobus annis, cum dyſenteria hepatica.

℞. cichorij. pentaph. foliorum abſynth. pont. añ. m. ß. citon. berberis, baccarum myrthi añ. ʒjß. florum roſa. rubr. balauſtior. añ. p. ij. mirobal. citrin. ℥ß. fiat decoctio in collatur. ℔ ij. diſſol. ſacchari ℔j. fiat ſyrupus de quo cap. mane hora quinta ℥ij. aquæ cichorij ℥iij. & continuet. quoad erit neceſſe.

℞. conſer. radic. ſymph. maio. ℥j. roſa. rub. ℥ß. abſynth. mino. ʒvj. rhabarb. puluer. ʒij. ſantali rubri puluer. ʒjß. ſyrupi de roſis ſiccis q. ſ. fiat opiata de qua capiat a prandio hora 3. ℥. ʒij. continuet.

Extrinſecus verò adhibere oportet vnguentum compoſitum ex oleo nardino & ſpeciebus diamoſci, poterunt parari epithemata & fomenta vt ℞. aquæ abſynthij & menthæ añ. ℥vij. puluer. cinamo. & ſpicæ añ. ʒj. vini albi optimi ℥jß. fiat epithema applicandum horis ſupradi-
ctis

ctis. vel ℞. absynthij menthæ, marrubij odorati an. m̄. j. galangæ & spicæ an. ʒ. j. passularum ʒ. iij. fiat decoctio pro fomento regionis iecoris. Deinde ℞. emplast. de meliloto ℥. i. ß. vel ℥. ij. olei de absynthio pont. aut de spica q. s. fiat linimentum applicandum regioni hepatis. Ab Archigene c. 9. l. 8. de med. secun. lo. cataplasmata varia conscribuntur ad vtramq; intemperiem. ℞. malo. coton. farinæ hordei & fœnugr. an. s. q. coquantur simul & cataplasmatis modo regioni hepatis apponantur si caro dactylorum adderetur pari pondere optimum esset, passulæ etiam mire conferunt iecori ea cap. 7. l. 8. κτ' τόπους.

Post fomentum victus ratio debet præscribi contraria causæ morbificæ in frigida calida præscribantur; vitentur frigida; & in calida contra.

De curatione morborum lienis in genere. CAP. XX.

LIENIS morbi ferè sunt, iecoris morbis similes, verùm quoniā diuersa sunt vtriq; visceri munera varia etiā symptomata ex eorū morbis oriuntur.

Cognoscuntur lienis morbi officij eius imminutione aut cessatione ex qua efficitur vt totū corpus colore atro aut fusco defœdetur deprehenduntur etiam ex illius tumore, duritie, & renitentia, intumescit autem leuiter ab obstructione, valde verò à tumoribus præter naturam genitis defluxione aut congestione, aut ab humoribus liquidis, fusis, toto corpore, quos ipse attraxerit. Attrahit autem ex Hipp. lib. de muliebre *cùm incaluerit, rarus natura, spongiosus, & prope ventrem situs*; quod etiam significauit lib. de lo. in hom. dum scribit. *Cùm lien ex febre magnus factus fuerit: fit autem cùm corpora*

extenuantur, ex iisdem enim & splen augescit, & corpus contabescit. Ex quo licet colligere colliquari corpus à febre maligna, tumque lienem colliquatos humores calefactum à febre spongiosum & proximũ ventri, attrahere. Cùm verò Hipp. scribit 6. Epid. *minùs fiunt splenitici, qui catarrho laborant.* Intelligit de illis qui sunt lienosi à fæculenti crassa melancholica in liene collecta; non de spleniticis ex fusione & attractione humorum in lienem. Nam fusio ex lib. de lo. in hom. vna est causa catharrhi; nihil tamen vetat in eodem corpore multum succum melancholicum coaceruari in liene, & in capite tenuia multa pituitosa, temperaturæ vitio.

Magni sunt morbi lienis partis obsessæ officio publico, symptomatum magnitudine, tum cacoëthia, quæ solet sequi morbos lienis.

Morbi lienis tardi sunt, quòd fiant à crassis humoribus vel propter visceris debilitatem.

Aph. 43. l. 6. scribit Hipp. *qui lienosi difficultate intestinorum corripiuntur, iis superuenientem longam dysenteriam, aqua inter cutem, aut intestinorum lævitas excipit, & moriuntur.* Diuturnitate namque dysenteriæ vires exoluuntur, vnde refrigeratio, hepatis & hydrops aut lienteria, à quibus mors contingit.

Huic aph. plane contrarius est 28. eiusdem libri, *lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum,* dummodo per eam repurgetur humor collectus in liene, nec sit durabilis, nimirùm critica & salutaria.

Accommodata lieni medicamenta sunt, quæ leniendo humorem terrestrem quodammodo mitificant, & quæ attenuant, incidunt, & detergendi facultate pollent, sine vlla adstrictione Gal. c. 17. l. 13.

meth. med. ſcribit, *lienem, nec tantùm relaxantibus curari oportet, cum hic quoque ex hepate, quidquid limoſum eſt & melancholicum expurget, propterea ſcilicet, quòd ex eo humore nutritur. Idcirco quoties obſtructione laborat, aut phlegmone potiſsimum cum ſcirrho ſit, tum ea quæ obſtructiones eximunt, tum quæ digerant, vehementiora exigit. Nam quale medicamentum hepati eſt abſynthium, tale eſt lieni capparis cortex. Quale rurſus hepati eupatorium, tale eſt lieni ſcolopendrium; ſiquidem ſimplicia genere medicamenta ambo viſcera poſtulant. Verùm lien tanto vehementiora quanto craſsiore vtitur alimento.* Hipp. lib. de inter. affect. inquit, *medicamenta quæ lienoſis præſcribũtur, per veſicam debere purgare* & lib. de externis affect. idem ſentit. Quod confirmari poteſt hiſtoria Bionis, quæ ſcribitur apud Hipp. ſect. 2. l. 2. Epid. *Bion, inquit, ſimul copioſè mingebat ſine ſedimento, & ſanguis è ſiniſtra nare fluebat, erat enim illius ſplen in gibberum elatus, durus qui ſuperſtes fuit.* Quare imitatione naturæ diuretica conueniunt. Gal. 2. ad Glauco. idem affirmat, tamen loco cit. 13. meth. ſcribit. *in liene licet euacuare per ſeceſſum, cum quæ per renes agatur, nulla huic viſceri vacuando via pateat,* recipit enim venas à porta omnes nullas à caua. Quidam conciliant hos authores hoc modo poſſe lienem commodiſſime expurgari per inteſtina, quod vena ſplenica diſſeminetur in inteſtina, poteſt tamen & per renes, non venarum beneficio primo, niſi velimus materiam recurrere ad hepar, atque hinc ferri ad renes, per venam cauam & emulgentes, ſed potius per arterias ſplenicas, quæ idcirco factæ ſunt magnæ, nõ vt ſpiritum deferrent tantùm, exiliores namque ſufficerent, ſed vt ſerum in illis contentum in renes deponerent, per arteriam emulgentem, quod docuit

Gal. 5. de vsu partium, & lib. de sang. miss. contra Erasistr. Animaduersione etiam dignum putaui quod scribitur à Petro Pœna in lib. diuers. cap. de asar. *multas venas è splenica nascentes ventriculo insertas rapere liquorum in eo contentorum copiam in lienem antequam coquatur, vnde flatus grauitas murmurilli.*

Simplicia splenica sunt radices acori, apij, aristolo. rotundæ asparagi, capparum, ciclamini, fœniculi, fraxini. gentianæ, petroselini, raphani, rubiæ tinctorum squillæ, folia absynthij pont. aristol. vtriusque, azari, betæ, calamenti, centaurij minoris, camedris, camepitis cuscutæ, epithymi, eupatorij, lapathi acuti, lupuli salictarij, nasturtij, ruthæ, scordij, sturtij, thimi, vrticæ, betonicæ, flores genistæ, leucoij, viticis fructus amygdalarum amararum, capparum; semina anisi, fœniculi, carni, nasturtij, agni casti, rubiæ syrupi. Cortices capparum, tamarisci, fraxini medrini. Castoreum conuenit maximè & gummi ammoniacum, frigida verò cichorium, ceterach, endiuia, lactuca, scolopendria, buglossa, borrago, flores cichorij, nenupharis, violarum, semina citrulli, cucumeris, cucurbitæ, lactucæ, melonum, portulacæ, scariolæ. Sãtalia & vtilia sunt, acetum. Composita medicamenta lieni accommodata sunt syrupi de epithymo lupulor. de fuma. s. & comp. de pomis s. & comp. de polypod. de absynth. pont. ex medicamentis istis simplicibus descriptis, possunt parari syrupi alij, & alia medicamenta. Olea excalefacientia lienem sunt, oleum de capparibus, liliorum, de scoria ferri, diacostum, diacalamentum calefaciunt. Refrigerant verò diarhodon abbatis, diatriasant. & similia. Ex simplicibus supradictis possunt fieri conseruæ refrigerãtes, vel calefacientes lienem.

Lienoforũ potus, inquit Gal.l.9.de cõp.med.fecũ. lo. *fit aqua in qua ferrum ignitũ extinctũ fuerit, cum vino non febrientibus, febrientibus verò aqua sola.* Celfrs hanc aquam coẽcere ait lienem. Trallianus cap.10.l.8.his subscribit. At hæc aqua adstringit, fluoresque compescit, quare non erit commoda ad liberãdas lienis obstructiones. Rorarius respondet non prodesse quatenus adstringit, sed qua ratione lienem siccat, hac sola aqua Beneuenius curauit hominem septennio iam laborantem scirrho lienis, vt legitur cap. 105. eius libri de abd. morb. caus. Ad lienis scirrhum ex Mathiolo Sorianus laudat hoc remedium.

℞. florum genistæ ℔. ß. coquantur in aqua, coletur decoctio, adde mellis q.s. aceti parũ, fiat syrupus, cap.mane ℥.ij.continuet ad sanitatem vsque.

De Hydrope. CAP. XXI.

HYDROPS est tumor alui præter naturam, aut totius corporis genitus ex aqua, flatu, & pituita vt plurimùm mixtis, vitio hæmatoseos. Inquit enim Gal.cap.6.lib.5.locorum affectorum, *Nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutem subsequi non potest.* Ex quo sequitur, omnes tumores ventris præter naturam hydropem non esse: vt qui nascuntur à ruptis vreteribus, à fero non attracto, præ debilitate renũ, aut non purgato propter renũ, aut vreterũ obstructionẽ, aut alio quouis modo. Cõspexim⁹ inhonesta muliere Domini Bertrãdi Aquensis Medici docti, ac viri probi, quę iã viginti quinq; annis laborat tumore vẽtris præter naturã, fine vlla suspicione hydropis, quòd sãguis, qui illi fuit sæpe detractus extiterit laudabilis: nec alterius causę iã descriptę ad sit suspi-

cio: sed potiùs cystis qua humor collectus contineatur.

Hydrops variis diuiditur modis pro varietate partium, à quibus ducit originem per se, aut per consensum: alius namque est à Iecore, alius ab inani parte, ac lumbis, ex Hipp. l. 2. prognosticorum nimirum à renibus, ventriculo, liene, intestinis: tum ex venis, secundùm Aretæum: alius à cerebro ex Hippoc. lib. de locis in homine, cum scilicet humor delabitur per spinalem medullam in ventrem.

Ratione materiæ, & modi tumoris, diuiditur in ascitem qui ex aqua fit, & vtri forma apparet; in tympanitem, qui à flatu nascitur, & tympani modo percussus venter sonat; in anasarcam, à pituita in totum corporis habitum sparsa, à qua totum corpus intumescit.

Causa communis coniuncta omnis hydropis ex Galeno loco citato & ex cap. 6. li. 5. locorum affectorum est deprauata sanguificatio: deprauatur autem deprauato calore innato, refrigeratione, suffocatione, & dissipatione à vehementi calore præter naturam.

Antecedentes verò multæ sunt, scilicet affectiones partium reliquarum quæ iam enumeratæ sunt, præterquam iecoris.

Eius hydropis, qui ab ilibus ortum ducit, indicia sunt ex Hipp. in Coac. & in Prognosticis, *pedum tumor, diuturnum alui profluuium, quod neque ventrem inanit, neque soluit dolorem*, hoc signum est inseparabile: pendet autem ille tumor pedum à pituitoso excremento, quod suapte natura deorsum vergit à longinquitate siue distantia à corde fonte caloris:

quibus addere possumus naturam earum partium frigidam. Item alui fluor signum est inseparabile. Affectis namque partibus, quæ sunt in lumbis, & ilibus corrumpitur chylus:tum bilis gignitur à partium intemperie calida sicca: & quia illo fluxu materia morbifica non expellitur, sed ea, quæ tantùm generatur perenniter circa intestina, ideò ventrem non deplet, neque dolorem soluit.

Hydropis nascentis ab intemperie frigida Iecoris,quæ succedit calidæ,signa existunt,febris magna præcedens, sitis inexplebilis, oris amaror, vrina rubicunda.

Si à frigore positiuo ortum duxerit,adest faciei color albicans, aut liuescens, nulla febris, pulsus tardus, excrementa pituitosa, temperies frigida, victus ratio,& tempestas frigida.

Signa verò illius quæ à cerebro originem trahit, hęc tradit Hipp.li.de locis in homine *siccitas partium anteriorum*, narium scilicet, & oculorum: *oculi fiunt ex virentibus pallidi, itemque reliquum corpus, nihil expuit æger, etiam si multum fluat.*

Hydrops magnus est morbus,partis obsessæ præstantia scilicet iecoris, symptomatum magnitudine, & cacexia,siue κακονεξία.

Tardus est morbus, frigidus quippe.

Signa futuri hydropis sunt cachexia, & omnes morbi qui vitiare possunt sanguificationem,aut per se, aut per consensum.

Præsentis hydropis quædam sunt communia signa prognostica: quædam verò peculiaria. Communia sunt.

Hydrops qui leuatus remedijs, integer renascitur,desperatus est. Nam significatur intemperies relicta post

euacuationem materiæ hydropem committentis, à qua rurſus hydrops renaſcitur. Cum autem renaſcatur in ægro debili, exiſtit deſperatus.

Hydrops qui ſuccedit morbo acuto lethali, cùm ortũ ducat à calore natiuo penè extincto, per diſſipationẽ.

Hydropico febriculoſo, vrina pauca, & turbulẽta lethale. Nam pauca vrina in hydrope vitio non caret, quia multa eſſe debet propter ſeroſi humoris copiam à debili hepate genitã, quæ ſi prӕterquàm quòd pauca eſt, etiam turbida extiterit, interioris perturbationis in venis indicium eſt, quã febris in cruda materia commouet: ab ea verò febre diſſipatur continuò calor natiuus, vnde mors. Paucitas verò vrinæ damnatur magis in timpanite, quàm in aſcite: quia in hoc, ſerum transfertur ad abdomen; in tympanite verò non item.

Hydropes qui ſuccedunt longis alui profluuiis, dyſenterijs, & quartanis febribus diuturnis lethales ſunt. Nam illis morbis ita debilitatur natura iecoris vt ampliùs reſtitui in integrum non poſſit.

Hydropici à refrigerato iecore per frigoris actionem, aut ab immodica euacuatione, faciliùs curantur: nulla namque adeſt priuatio, aut deprauatio: ſed tantùm debilitas iecoris, quæ facilè reparatur. Hipp. 2. prognoſt. ſcribit. *hydropis non lethalis indicia ſunt, ſi æger ſit viſceribus robuſtis, bene reſpiret, dolore vacuus ſit, toto corpore æqualiter caleat, nec partium extremarum habeat colliquationem.*

In ſumma omnis ſpes aut deſperatio in hydrope ex viſceribus captanda: fruſtrà namque tum natura, tum ars molitur euacuationem flatus, aquæ, aut pituitæ, vbi deſperata vitia latent in viſceribus, ſcilicet ventriculo, renibus, & aliis.

In hydrope, qui per vrinas criticè iudicatur multum ſubſidere album læue, vt æquale oporret, quo ſignificatur naturæ ſupra materiam morbificam victoria.

Aqua intercutem laborantibus, exorta in corpore vlcera, non facile ſanantur, ex aph. 6. lib. 6. quia vlcera exſiccatione egent. Hydrops verò eſt humidus, *Hydrope detento, ſi aqua è venis in vẽtrem confluxerit, ſoluitur morbus.* Aph. 14. lib. 6. ſi quidem materia tota effundatur, nulla ſuperſtite in iecore intemperie à qua renouetur noui hydropis hiſtoria. In coa. legitur. *Incunte hydrope, ſi aquoſa incidat diarrhæa, cruditatis expers, morbum exoluit.* In principio hydropis apparentis fit cum antea fuerint conceptæ, & à natura ſuperatæ aquæ, expelluntúrque vi & robore naturæ.

Quænam verò ſpecies hydropis ſit periculoſior, quæve curari faciliùs poſſit, cæteris paribus, id eſt, in eodem gradu, & tempore æquali perquiritur. Doctiores reſpondent anaſarcam eſſe minùs periculoſum: nam illius cauſa faciliùs remedijs cedit, tum vires in eo ſunt robuſtiores. Demum illius materia propiùs accedit ad ſanguinem, quam aſcitis, & tympanitis, ; quibus addere poſſumus anaſarcam ex deprauata victus ratione ſæpiùs naſci: tum quòd in illo ſignificatur robur naturæ expellentis materiam ad longinquas partes corporis.

Tympanites, hypoſarcam proximè ſequitur: ortum namque ducit à minori defectu ex Gal. comm. in aph. 11. lib. 4. inquit enim, *à maiori frigiditate generatur aquoſus hydrops, quam tympanites: neque enim humida ſubſtantia in flatum conuertitur ſine aliquo calore.* Quocirca in vniuerſum aſcites eſt periculoſior tympanite.

Multa existunt communia in victus ratione specierum hydropis, quæ recensenda sunt antequam de singulis dicamus. Sunt autem communia, quia pars affecta communis est, iecur nimirum, & cùm humoribus prauis redundet in Hydrope, habitus corporis, aut saltem venter imus. Aër est eligendus calidus siccus. Ita tamen ne siticulosis maiorem sitim excitet, qualis est aër in montosis locis ad meridiem collocatis, & in maritimis, nisi verò tale eligere possis natura, vt illi non possunt, qui loca longè à mari dissita incolunt, & planities: arte talis est efficiendus. Somnus breuior solito conuenit, ne aquosorum humorum vaporibus caput repleatur: multò enim plures ascendent in somno quam tempore vigiliarum. Hæc præcipuè intelligenda sunt in frigidis affectibus primarij iecoris. In hydrope nàmque calidis affectibus succedente, vigiliæ ægros mirè exercent. Quare somnus est illis concedendus, & aër moderatus quærendus, ne nimio aëris ardore dissipetur omnino humidum radicale.

In lecto multa substerni possunt quæ valde conferunt. In frigidis namque affectibus culcitræ magis conueniunt ex plumis factæ: in calidis verò ex lana. Exercitium multùm prodest: & qui ambulandi facultate priuantur, lectica aut cymba vehantur oportet.

Hydropicis conferunt frictiones, quia aperiunt poros, & attenuant, discutiuntque humores, & flatus. Sudor eliciendus exercitio, aut alio modo in loco sicco, natura, aut arte comparato: hoc modo parabitur: instrumentum est fabricandum instar magni incunabuli longi, & alti quantum est corpus humanum, in quo iaceat æger substrata culcitra;

eius verò latera virgis quibusdam ferreis separatis intexantur, ad formam eius craticulæ quæ focariis Chirurgorum superponitur: operiatur illud stragulis, tum lapides calidi vino albo, aut alio irrorati, pannis inuoluti toto corpori apponantur, atque eo modo sudor eliciatur. Sunt sudatoria in balneis aquarum naturalium calidarum, vt Diniæ in Prouincia, & Aquissextijs, & multis alijs in locis.

Panis sit clibanarius, optimè fermentatus, & sale conditus, cuique sint semina admixta anisi, fœniculi ad flatus discutiendos: tum ad aquas attenuandas, vtatur carnibus ficcioribus pinguedine expertibus, assis potiùs quàm elixis, vt auium, cum quibus aromata semper misceantur: nullos pisces comedat, cancros tamen fluuiatiles & marinos atque erinaceos edere poterit.

Leguminibus abstineat generantibus prauum sanguinem, & flatum.

Pro bellariis sumat pistacia, amigdalas tostas, vuas passas, corinthias & cappares.

Potus abstinentia remedium præstantissimum censetur, vt videre est ex illorum historiis qui sola abstinentia potus fuere sanitati restituti, nisi æger velit imitari Metrodorum Epicuri discipulum, qui hydrope afflictatus, impatiens sitis, postquam diu abstinuisset, comminiscitur remedium siti extinguendæ vtile, nullóque modo noxium: is namque postquam multùm aquæ hausisset eam vomere solebat. Verùm hoc remedio omnes vti non possunt: nec omnes sitim tolerare. Quare ijs qui calida, & sicca intemperie labotant, aut iecoris, aut aliarum partium, potus præbendus est, non ex sola aqua, sed

cui admixtum fuerit vinum tenue, album paucifẽrum quò faciliùs refrigeretur corpus, & vrina prouocetur. Multa ore contineri possunt ad sitim sedandam, multa item parari ad colluendum os, quæ cap. de siti extinguẽda lib. de febribus describemus. Fernelius consilio 37. docet masticem ore conuoluendam ad proliciendam aquam non tantùm è cerebro, sed etiam ventriculo ipso, propter continuitatem membranæ illius ventriculi, & linguæ, qua sedabitur ardor, & sitis. Ingeniosum remedij genus est hydropicis permittere, vt quantùm libuerit bibant, præparato potu; ex his quæ aquas ducere possunt per aluum & per vrinas.

Ad generalia remedia spectat hæc quæstio: Num in hydrope liceat sanguinẽ detrahere? huic respondent probati authores, In principio hydropis à suppressione hæmorrhoidum nati, mensium, aut solemnis alicuius euacuationis sanguis potest mitti, si vires valeant, vt oppressio quę suffocationem affert caloris natiui auferatur.

In mensibus suppressis, & hæmorrhoidibus venæ inferiores sunt aperiendæ. In sanguineis iuuenibus vena brachij est aperienda. Tutius verò in hyposarca hoc fit, ob iam dictas causas, quàm in reliquis speciebus, præsertim cum materia illius sit in venis contenta.

DE ASCITE.

Pathonomonica signa illius sunt grauitas ventris à pondere aquæ contentæ in abdomine: sonus, dum corpus commouetur ab aquæ impetu: tumor lucidus, & vtri similis: aqua enim lucida est. Vter

Græcè Ἀσκὸς appellatur, vnde aſcites dicitur. Cauſa huius proxima eſt ſanguifica facultas læſa, ex qua plus aquæ quàm flatus generatur. Sunt enim ſemper flatus cum aquoſa ſubſtantia in noſtro corpore mixti. Cauſæ antecedentes multæ eſſe poſſunt, nimirum aut morbi partium, quibus ſuccedit hæmatoſis debilis per conſenſum: aut morbi proprij iecoris, obſtructio, plethora, refrigeratio, aut inflammatio. Gignitur autem plus aquæ ab affectibus frigidis, à calidis plus flatus. Siccant namque hi humorem, & flatum multum pariunt. Raro, aut nunquam tres ſpecies hydropis ſeparantur. Quocirca indicationes ſunt ſemper mixtæ, proinde & remedia mixta: tamen illius maior quantitas exigitur quòd dominantem cauſam oppugnat. In aſcite aqua ſuperat flatum, & pituitam: quare aquæ ſunt præparandæ, & purgandæ potiſſimùm.

A parte præcipuè affecta per ſe, aut per conſenſum ducitur indicatio eam corroborandi, & reficiendi: tum habenda eſt ratio partis in qua antecedens cauſa later, vt ventriculi, cerebri, & reliquarum partium.

Propinato leui catartico minorante, præparentur hydropici, corroborando iecur, cuius robur facit ad humorum coctionem. Tum medicamentis aquas attenuantibus: ſunt enim faciliores ad excernendum aquæ tenuiores.

Ergo ℞. rhabarb. infuſi in aqua graminis ℥. ij. ß. expreſſioni adde diaphænici ℥. ß. ſucci roſarum vel ſyrupi roſar. ſolutiui ℥. ij. ſpicæ nardi puluerat. ℈. ß. fiat potio minorans, detur mane. Deinde parabitur apoſema, aut ſyrupus præparans aquas ex attenuantibus, & incidentibus, additis ſemper iis, quæ

corroborant viſcera, cùm tota ſpes ſalutis conſiſtat in eorum firmitate: quale eſt.

℞. Sandali citrini ℥. j. radicum aperientium communium ℥. vj. radicis iridis noſtratis ℥. j. ß. cichorij, endiuiæ, cæterach, ſcolopendriæ, chamædrios, abſynthij pontici, ſtæchados, betonicæ añ. m̄. j. ſeminum aniſi, fœniculi, vrticæ, granorum Kermes, & citri mundati añ. ʒ. ß. florum anthos, ſtæchados, geniſtæ, violarum, borraginis añ. m̄. ß. fiat decoctio: in colaturæ clarificatæ ℔. ij. ad aromatiſandum diſſolue pulueris diacucumæ. aut triaſandali ʒ. j. ß. ad dulcorandum ſacch. q. ſ. pro iij. aut iiij. doſibus reiteretur apoſema donec præparatus ſit humor, & appareant ſigna coctionis in excrementis, aut ſi non appareant, ad deponendam aliquam ſarcinæ partem, quod aquæ ſtagnando putreſcant, & incluſæ medicamento locum non concedunt.

Poſt tres, aut quatuor illas doſes medicamenti præparantis, præbeantur hydrotica pharmaca, quę tam multa ſunt vt ferè dinumerari non poſſint.

Ad præparandas, & deducendas aquas mirabilis eſt ſyrupus raphani à Fernellio deſcriptus qui examinatur à Boderono.

Simplicia aquas ducẽtia ſunt ſuccus radicis ebuli, & ſambuci, dantur ʒ. v. vel vj. fiat decoctio ex mediano cortice ſambuci, de qua dentur ℥. vj. Item ſuccus ſoldanellæ, vel eius puluis: ſuccus iridis expreſſus datur ad ℥. j. vel ℥. j. ß. cum ℥. j. ſapæ, aut ſacchari. Aqua deſtillata ex floribus iridis, data ad ʒ. vj. vel ℥. j. cum ℈. j. triaſandali. Semper verò cum iſtis ſimplicibus alia ſunt admiſcenda, vt noxæ illorum corrigantur.

Squamma æris, siue æs vstum datur à ʒ. j. ad ʒ. j. ß. cum iusculo, admiscenda caryophylorum vel cinnamomi ʒ. ß. hoc remedio fuit curatus CAROLVS QVINTVS IMPERATOR, vt refert Forestus.

Laureolæ folia in vmbra siccata, & in puluerem redacta aceto infusa, rursusque siccata, ac conformatis, cum melle vel succo citoniorum pillulis, ad ciceris magnitudinem. Si duæ exhibeantur, mirè conferunt hydropicis.

Radix cucumeris asinini longa in formam suppositorij indita ano mirè trahit aquas. Datur etiam ad ℈. j. mixta cum aqua mellita, & abundè quoque educit aquas.

Semen ebuli contusum ad ʒ. j. ß. vel ij. datur cum iusculo pulli, aut vitello oui. Exhibetur pariter ʒ. j. ß. hermodactylorum albissimorum cum decocto ceratorum siue siliquarum : quod decoctum per se copiosè extrahit aquas.

Elaterium vehementer purpat aquas.

Composita prope innumera parantur ad Ascitem: vt. ℞. succi ireos ʒ. x. succi raphani ʒ vj. succi soldanellæ ℥ j. succi corticis interioris sambuci, aut radicis ebuli ℥. ß. syrupi de quinque radicibus ℔. j. bulliant in s. q. aquæ cuscutæ, fœniculi, & agrimoniæ æquis partibus, fiat syrupus magistralis cum s. q. sacchari, capiat aliquoties in mense ℥. iij. vel iiij. cum decocto conuenienti. Gordonius præscribit sequens remedium. ℞. succi ireos, mellis rosati aut, violati partes æquales, decoquantur in diplomate, vel duplici vase, per quartam horæ, deinde adde cinnamomi puluerisati ʒ. j. exhibeatur ad ℥. j. vel ℥. j. ß. cum decocto radicum aperientium. vel

℞. pulueris radicis cucumeris, afinini ʒ. j. vini generofi ℔. j. maceretur triduo in illo vino, fiant tres dofes, atque illud iterandum interpofitis aliquot diebus. vel

℞. elaterij ℈. j. fpecierum pilular. elephanginarum ʒ. ß. fucci abfynthij q. f. fiant pilulæ molles, capiat, ex Sauonarolla: vel

℞. foldanellæ ℥. j. hermodaftilorum ʒ. v. cinnamomii ʒ. j. liquiritiæ ℈. ij. galangæ minor. lignialoës an. ʒ. ß. fchænanthi, laccæ, au. ℈. j. cyperi, calami aromatici an. g. vj. feminum anifi, cardamomi an. ℈. j. rhabarb. ʒ. iij. fiat puluis, detur. ʒ. j. vel ij. cum aqua aut conuenienti decocto. vel

℞. feri caprini ℔. ß. radicum iridis recentium mundatarum ℥. ß. bulliant fimul ad confumptionem tertiæ partis: colaturæ adde facchari ℥. ß. electuarij rofati ʒ. j. capiat. vel

℞. fucci radicum ireos depurati per refidentiam ℥. j. bulliant cum faccharo, fumat cum ouo forbili, aut fero caprino.

℞. foliorum laureolæ pulueratorum ℥. ß. infundantur per duos dies in æquis partibus fucci cytoniorum & aceti, expreffione facta incorporentur cum fyrupo rofato folutiuo, fiat maffa de qua poteft dari ad pondus g. x. vel

℞. decoctionis foliorum laureolæ ℥. iij. fyrupi rofati folut. ℥. ij. cinamomi ʒ. ß. mifceantur, & capiat. vel

℞. fucci praffij albi depurati q. f. cum facchari fufficienti quantitate: coquantur, & fiat fyrupus.

Ad prouocandas vrinas fpica nardi plurimum valet: quare ℞. feri caprini ℥. iiij. fpicæ nardi ʒ. iij. bulliant lento igne ad confumptionem tertiæ partis, detur fæpe. vel ℞. fucci

℞. ſucci cucumeris aſinini, farinæ orobi, æris vſti añ. ℥. ß. diſſoluantur cum ſucco lilij cœleſtis, illiniatur ſæpe venter, & lumbi. vel

℞. pulpæ colocynthidos, cucumeris aſinini recentis añ. pug. j. frondium laureolæ triduo in aceto infuſorum pug. j. ß. piſtentur: fiat linimentum cum pauca cera, ventri applicandum imo. vel ℞. fimi columbini ℔. ß. laureolæ, colocynthidos añ. ℥. ß. ſucci abſynthij pontici, ſucci cucumeris, aſinini añ. ʒ. vj. ſucci ireos ℥. ß. cum cera fiat vnguentum, quo vngatur totus venter imus.

Rubeta deciſa, & renibus ſuperpoſita vehementer vrinam proritat. Eo remedio authorum ſententia multi fuere curati.

Fit tragema ex ʒ. j. pulueris hermodactylorum albiſſimorum cum liquore accommodato, vt ebuli, vel ſambucci, ireos, ſoldanellæ: vel electuarium ſiccum cum ſaccharo ad eundem ſcopum.

Interim quia iſta omnia remedia ſunt violenta, interpoſitis diebus quibuſdam, vtiliſſimum eſſet præbere tabellam vnam ex ſequenti medicamento corroborante ſtomachum, & hepar.

℞. ſpecierum triaſandali ℈. ij. vel diacurcumæ ℈. j. ß. rhabarb. electi, ʒ. ij. ſacchari in aqua abſynthi pontici diſſoluti ℥. ij. fiant tabellæ pondere ʒ. j. capiat ieiuno ſtomacho vnam.

Quædam reſtant remedia Chirurgica deſcribenda, Archigenis remedium erat ex Langio: ſupra internum cruris œdemate turgentis malleolum, quatuor digitorum ſpacio, ſcalpello paulo profundius, quàm in venæ ſectione, & in orbem cucurbitulæ, adacto, & vlcuſculis ſale confricatis, ne ſanguis, vel ipſa concreſcerent: inde iugi ſcaturigine aquā

guttatim emanante, totam hydropis aquam sensim educebant antiqui, idque verum esse mea experientia comperi, inquit Langius.

Sectio verò hydropi necessaria est, ex Hipp. section. enim 7. l. 6. epidemior. aph. 9. scribit *hydropicos celeriter secare conuenit*, nimirum antequam corrũpatur siue alienetur iecur. Tunc enim sectio nullius esset vtilitatis. Aurelianus lib. 3. tardarum affectionum scribit, *Quidam vituperarunt paracentesim: nimirum Erasystratus, & Thessalus, his rationibus, quòd peritonæum membranosum non facilè patiatur puncturam: quòd periculum sit ne incidatur aliquod intestinum: quia aquæ eductio morbi causam non aufert, sed tantum symptomata. Tandem quia effusa aqua extra ventris capacitatem pauci superstites maneant.*

Asclepiades autem, Themissus, & Soranus laudauerunt parachentesim. Aurelianus testatur se vidisse nonnullos, qui sectione euaserunt. Quòd autem plurimi moriantur causam affert Aurelius, quia ea curatio semper seriùs tentetur, nimirum quando diuturnitate factus est morbus incurabilis. Quam ob causam Hipp. iubet hydropicos citò secandos dum vires constant, nec viscus iecoris est alienatum. Multos verò euasisse is potest facilè perspicere qui libros practicorum euoluerit. Argumenta verò quæ à primis auctoribus in Hippocratem contorquentur, facilè soluuntur. Nam vulnera peritonæi facillimè sanantur, neque inciduntur facilè intestina tumida, & læuia. De aquæ verò eductione verissimum est. Quare Hip. in principio secandos iubet: in quo tempore si secentur certa experientia euadunt. Præscribenda ergo sunt quæ obseruari debent in hac sectione. Primò vt fiat in principio, cùm vires va-

lent, nec alienatum est iecur, & non in omni specie hydropis, sed tantùm in ascite. Fit autem illa sectio paulò infra vmbilicum ad latus quatuor digitis, ob musculorum rectorum aponeuroses, ídque in opposita parte affecti visceris. Fit etiam sectio per vmbilicum ex Celso ca.15.l.7. quæ noua non est.

Verùm licet integrum sit Medico vtroque modo progredi, tamen parachentesis est præferenda vmbilici sectioni, eò quod tutiùs, & commodiùs euacuentur aquæ, locus namque est inferior multò vmbilico, ita vt parùm, aquæ remaneat in abdomine.

Si verò tumor ad testiculos vsque descenderit, in illis cauteria actualia, siue potentialia affigere poterimus, aut setonem.

Hollerius comm. in aph. 27. lib. 6. *hodie* inquit *tutiùs agimus in paracentesi, habemus enim cannulas quasdam argenteas perforatas quas in illud foramen immittimus, ijsque apertis (vt in cantharis illis stanneis fit) tantùm educimus aquæ quantùm volumus.* Oportet autem sensim exhaurire aquam, ex Hippoc. in aph. citato cùm inquit *quicunque empij aut hydropici dum vruntur, aut secantur, si pus, aut aqua simul & semel effluxerint, moriuntur.* Nam ex Hipp. aph. 51. lib. 2. *plurimum atque repente vacuare periculosum est.* Quare de internis affectionibus scribit Hipp. *per ferrum vrito hydropicos, & aquam sensim, & paulatim educito.* Quod præfiniuit Hollerius. *Oportet*, inquit, *semel in die aquam detrahere quantùm vires ferre poterunt: & ita singulis diebus facere, vsque ad 12. diem, quo exacto quod videtur reliquum, potest totum simul, & semel detrahi: aut si viribus metuis, magna pars educi*

poteſt. Lege reliqua apud illum authorem loco citato. Multa alia excogitata ſunt à Medicis remedia, vt ægrum tegere cumulo triticeo, quo curatos multos refert Foreſtus. Item littoris arena calida operiri eundem: aut furno repente includere præcipiunt ægrum.

DE TYMPANITE.

TYMPANITEM oſtendunt tumor læuis à flatu: ſonus à percuſſione: tenſio magna: ructus, & multi crepitus à quibus alleuatio, ſed perexigua percipitur. Cauſa proxima eſt refrigeratio iecoris, quæ plus generat flatus quàm humoris frigidi.

Futuri tympanitis ſigna deſcribuntur aph.11.li.4. *tormina circa ventriculum, labor, atque lumborum dolor, qui nec medicamentis, nec alio modo ſolui poteſt*: cum enim illa naſcantur ſymptomata à flatu diſtendente partes deſcriptas, nec poſſit earum intemperies vinci, quòd ſit habitualis, & hectica, neceſſariò ſequitur, vt tympanites inde naſcatur.

In Coacis cap. de Hydrope, ſcribitur *in ſiccis morbis hydropicis ſtillicidia vrinæ mala*. Nam omnis ſtranguria, niſi critica ſit, mala eſt.

Critica autem fuit ex j. Epidemion, Thaſis illis qui laborabant febre ſemitertiana diuturna. Inquit enim Hipp. *inter omnia ſigna fuit vnum vtile, & maximum quod multos maximis periculis liberauit, quibus ſcilicet in ſtranguriam mutatio facta eſt, eoque abſceſſus conuerſi ſunt*. Curationis ratio deducitur, ex eo quòd in tympanite licet flatus maiori copia colligatur quàm aqua; tamẽ aquæ ſemper aliquid admiſcetur.

Quare medicamétis flatum discussientibus ea sunt semper admiscenda quæ aquas ducant: vitandáque illa quæ flatum generant. Sit ergo aër calidus siccus, fameat, sitiat, exerceat corpus, pane vtatur biscocto, & cum aniso compacto: vitētur omnia quæ flatum pariunt, qualia sunt omnia cruda, legumina, rapæ, castaneæ, lacticinia omnia, pisces, & similia. Bibatur vinum vetus cum aqua decoctionis coriandorum: à pastu sumatur anisum solum, aut incrustatum saccharo.

Instituta victus ratione oportet primò præparare pituitam flatum generantem, syrupis de quinque radicibus, de mentha, & similibus, aposemate composito ex radicibus aperientibus, herbis, seminibus, floribus habentibus facultatem discutiendi flatus. Deinde præparatos humores purgare oportet medicamentis aquas purgantibus, & pituitam, & discutientibus flatus. Dissipant mirè flatus oleum anisi, & fœniculi. tum aquæ chymicè extractæ. Deinde oportet corroborare iecur, & eius intemperiem corrigere vt diximus.

DE HYPOSARCA.

HYPOSARCA detegitur tumore corporis œdematoso, qui dum premitur, retinet imprimentis vestigium. *Leucophlegmaticos* ex Hipp. aph. 29. lib. 7. *alui profluuium sanat*, nimirum integris viribus, nec iam contracto malo in corporis habitu. Anasarca quod à pituita originem duxit, calidis, & siccis curatur: primò præparātibus, deinde euacuantibus: postremò auferentibus malam iecoris dispositionem, quæ cum frigida sit, videndum est num

contigerit à calore retorrente. Nam hæc siquidem auxilium admittat, calidis, & moderatè humidis reparatur, vt in aliis speciebus hydropis. Si verò à frigido, & humido, calidis, & moderatè siccis, qualia sunt syrupus de absynthio pontico: troscisci de rhabarbaro, de absynthio, diacurcuma, & similia medicamenta: prægressis generalibus remediis.

Generalia ad morbos intestinorum. CAP. XXII.

TVMORES præter naturã intestinorum eodem modo fere curantur & cognoscuntur, atque illi qui sedem habent in ventriculo. Capite de voluulo eorum mentionem faciemus breuiter. Quare nostram conuertemus orationem ad fluxus ventris.

Fluxus ventris est symptomatica, aut critica humoris excretio per aluum facta. humoris nomine illud omnem intelligimus, quod in corpore contentum per anum effluit, vt potum, cibum, chilum, & humores proprie dictos, ex hoc sequitur fluxum ventris alium esse symptomaticum alium criticum. Symptomaticus est cũ stridore, qui sæpe & frequenter, aut multum & frequenter excitatur. Criticus die critrio excitatùr, rarò & multum excernunt ægri, leuiter ferunt, & meliùs habẽt, quia materia morbifica cocta excernitur. Ab humore excreto alius biliosus, alius melancholicus, alius sanguineus qui dysenteria dicitur: alius chilosus. A parte vnde labitur materia, alius cerebralis alius hepaticus, & ita de cæteris partibus. A causa omnis fluxus symptomaticus nascitur aut ab obstructione aut à debilitate retentricis, aut ab irritatione ob acrimoniam, & malignitatem; aut pondus. Cùm enim obstruuntur venæ meseraicæ, chylus ad hepar penetrare non potest, fertur itaque per intestina, & parit fluxum

chylosum. Cùm retentrix intestinorum ventriculi aut hepatis debilis est, concitatur fluxus ventris. Quando verò humores acrimonia sua, aut malignitate,aut denique pondere molestant & vollicant partes corporis, & præsertim intestina, proritantur ad excernendum.

Crudorum humorum excretio per aluum facta lienteria appellatur, sanguinis dysenteria, aliorum verò humorum diarrhæa.

Nulla harum diuisionum est superflua & inutilis ad medendum:nam critico fluxui, nisi quodammodo excesserit,remedia non sunt adhibenda, in symptomatico autẽ semper. Si quidẽ ab obstructione manauerit aperientibus erit vtẽdum. Si à debilitate intestinorum aut alterius partis corroborantĩbus & sistentibus. Si ab acrimonia,retundentibus materiæ acrimoniam,& humorẽ illum purgãtibus, si à malignitate alexiteriis, fluxus qui à parte sumit appellationẽ,parti illi remedia applicari iudicat,fluxus symptomaticus periculo non vaccat, quòd vigilias inducat, dolores,dissipationes spirituum, ex quibus periculum nascitur, criticus in bonis ducitur.

Vtrum autem aluo fluente sanguinẽ ducere liceat dubitatur.Hipp.de ratio. vict.in morb.acut.& Gal. 2.ad Glauco. scribũt; *si quis sanguinem detrahere voluerit, aluum fluentem sistat oportet.* Gal. in comm. illius sent.scribit,*quia fluxus alui debiliores efficit vires*; quod verissimum est, nam in omni euacuatione, etiam in critica debilitantur vires, quòd simul cum humoribus corruptis spiritus & calor dissoluantur. Sed distinguendum est; nam in fluxu alui sanguineo, qui dysenteria sanguinea appellatur, sanguinem ducere est necesse.In principio dysenteriæ biliosæ,constan-

tibus viribus sanguis est detrahendus moderata quantitate; quòd maius periculum impendeat ex vlcere futuro, quàm ex retractione humorum biliosorum ad internas partes. Si fluxus ab irritatione prauorum humorum pendeat, constantibus viribus, metu dysenteriæ futuræ, tum contemperandi instituto, sanguis detrahi debet, si fluxus ex virium debilitate proficiscatur, sanguis nequaquam est detrahendus, nam vires omninò collaberentur.

An verò fluente aluo purgare sit necessariũ disquiritur. Si fluxus fuerit criticus non est commodum purgare, nisi suspicio adsit remanere aliqua excrementa post crisim, à quibus timeatur recidiua. *Nam quæ relinquuntur post crises* ex Hipp. *recidiuas procreare solent.* Erit ergo tunc purgandum. Si symptomaticus distinguendum, nam si ab obstructione venarum meseraïcarum nascatur, purgandum, quo auferantur obstructiones, vt in fluxu chyloso. Si à debilitate naturæ, aut facultatis retentricis, purgandum nõ est. Quæritur num quando fluxus alui pendet ab excretrice irritata purgãdum sit. Hipp. aph. 2. l. 4. ait *purgantium medicamentorum vsu, talia è corpore ducentia, qualia etiam sponte prodeuntia iuuant: contrario verò modo exeuntia sistenda.* At quæ irritatione excernuntur iuuant, parte enim oneris leuata natura meliùs reliqua conficit. Tum experientia compertum est sæpius fieri mutationem in laudabiles excretiones. ad hæc Hipp. aph. 47. l. 4. scribit *excretiones in febribus cruentæ, fœtidæ, biliosæ, omnes malæ, commodè autem si prodeant bonæ.* Commodè prodeunt, si bene & leuiter ferat æger, & meliùs habeat. At quomodo bene & commodè fieri possunt excremẽta per aluum

fœtida, biliosa, liuida, cùm sint soboles paruarum dispositionum? fœtidæ possunt significare naturam victricem supra morbum: liuidæ aliquando sunt, non à necrosi partis cuiusquam, sed ex sanguine corrupto, cuius grumus cùm sit perniciosus, eius excretio bona est, esse possunt ab apertione venæ, tum ab abundantia sanguinis malæ non sunt, neque etiam biliosæ nisi crudę extiterint, quare illa omnia excrementa commodè excerni possunt. idcirco si commode ferantur & sponte, id est sine medicamẽto ex illo aphorismo possunt etiam commode medicamentis purgari; ergo in fluxu alui aliquo licet sanguinem ducere & purgare Botallus lib. de curatione per sanguinis missionem probat multis historiis in fluxu alui salutariter mitti sanguinem posse.

De dysenteria. CAP. XXIII.

DYSENTERIA est sanguinis effluxus per intestina, ab hæmorrhoidum fluxu facile distinguitur priuatione doloris intestinorum, & torminum: tum quòd sanguis in hæmorrhoidibus separatus excernatur in dysenteria cum fœcibus mixtus.

Dysenteria duplex est, vna critica, alia symptomatica; criticæ meminit Hipp. aph. 47. lib. 4. *excretiones*, inquit, *liuidas, cruentas, fœtidas, si bene exeant, bonas esse, si contra, malas.* & in Coacis prænoct. quibus *dolores hypochondriorum, oris ventriculi, hepatis & earum quæ circa vmbilicum sunt partium adsunt, excreto per aluum sanguine seruantur non excreto pereunt.* Symptomatica multiplex censetur, est enim vel sanguinea quando & venis per intestina laudabilis effluit

ſanguis adaperto earum orificio, hanc etiam quidam venoſam appellant, cuius ſignum patognomicum eſt effluxus ſanguinis laudabilis per inteſtina.

Cauſæ antecedentes & procatarticæ ſunt victus ratio optimi ſanguinis copiam generãs, aër optimè temperatus, vernum tẽpus, vita ſedentaria & otioſa, temperamentum corporis optimum & præſertim iecoris ſuppreſſio ſolemnis alicuius euacuationis, mutilatio alicuius membri, obſtructio venarũ iecoris per quas ſanguis defertur per vniuerſum corpus; tunc enim neceſſe eſt ſanguinem regurgitare, retróque cedere, & per inteſtina delabi: quæ cauſæ dignoſcuntur facilè ex laudabilis ſanguinis excretione, interim totum corpus emaciatur, generatur namque ſanguis ſed præ obſtructionibus radicum venæ cauæ non diſtribuitur in venas, quapropter moleſtus ſuo pondere & copia depellitur per inteſtina.

Secunda eſt vlceroſa, quia ab vlcere inteſtinorum pendet; hæc ratione cauſæ, aut ab atrabile aut à bile pendet, aut à pituita ſalſa quæ facile diſtinguntur per ipſa excrementa.

His addi poteſt alia ex Hipp. à rubicundo tumore lumborum introcedente ad inteſtina per quæ pergatur materia illius.

Poteſt etiam emanare à tumoribus præter naturã in inteſtinis procreatis quę ad vlceroſam referri, poteſt, perijt filius meus Honoratus nouẽ annos nat⁹ dyſenteria ab vlceribus orta ex tumoribus inteſtinorũ; cum eius locus eſſet nobis ambiguus & ſimptomatum cauſæ penitus ignotæ, demortui corpus ſecandum curauimus à magiſtro Petro Bontamper Chirurgo Aquenſi docto & probo qui inuenit à principio coli inteſtini ad finem vſq; recti pluſquã

ducenta vlcera rotúda, mixta cum apostematibus, quorum vlcerum aliqua corroserant totum intestinum; illis vlceribus interiacebāt partes aliquæ intestinorum sanæ & integræ. Anno supra millesimum sexcentesimo octauo mēse Augusto nata est dysenteria in puero D. Cōsiliarij du Perier quæ per interualla excitabatur quam suspicabar à punctura vermium nasci, quorũ quantitas admiranda fuit inuēta in eius intestinis post dissectum eius cadauer, nec mirum cũ viderim intestina reduplicata à vermibus.

De dysenteria hepatica dictum fuit capite de hepatitide, vlcùs intestinorum generatur ab erosione humorũ acrium, in qua diuersi sunt gradus notandi ratiōe varia intestinorum; primò namque pinguedo raditur: secundo excrementa intestinorum expellunt: tertiò caro propria intestinorum educitur.

In hac dysenteria cum vlcere affectus locus est diuersus, aut enim tenuia exulcerantur intestina, aut crassa; in superiori parte supra vmbilicũ, aut in inferiori sub vmbilico, quæ deprehenduntur de situ doloris, tum de mixtione fœcum, nam si cũ excremētis sanguis aut pus valde miscēātur vt adsit dolor circa vmbilicum in gracilibus exulceratio subest: si verò non valde misceantur in crassioribus latet, situs tamen doloris peritis anatomicis indicat locum affectũ proprium, dysenteria illa quæ vitio iecoris contingit obsessæ partis prēstantia magna est, cum symptomatum magnitudine. quæ verò ab vlcere pēdet, symptomātum tantùm magnitudine magna cēsenda vt dolorum, vigiliis & præsertim atrabilarij quæ maligna est tum fere omnis quæ ab vlcere excitatur.

Hepatica non raro maligna existit, quod interdũ nascatur à maligna qualitate facultatem naturalem

iecoris debilitáte; vomitus biliosus initio natus malignitatis est iudicium ex Coacis prænot. aph. 3. li. 6. scribitur *in longis dysenteriis cibi fastidium malum & cũ febre peius*; reparatione namque egent ægri per cibos cùm inaniantur; si verò febris accesserit qua dissipẽtur vires peior est censenda ex aph. 24. li. 4. *dysenteria ab atra bile lethalis* quia cancer externus vix sanatur, internus minùs potest; præsertim cum redintegretur semper ab excremẽtis alui acrioribus, in Coacis prænot. legitur *dysenteria intempestiue suppressa abscessum facit in lateribus, visceribus, vel articulis*. Hollerius, inquit in commento illius sententiæ *quantùm liceat cognoscere experiẽtia alios vidi suppressa intempestiue dysenteria in epilepsiam incidisse, alios in pleuritidem quidã quoq; conuersa materia ad manus fœdam densamq; scabiem lepræ similẽ pustulis sanosis cõfertim* inuexit, & in Coacis prę-not. *dysenteria quæ longa non sit lienosis vtilis* siquidẽ ex excretione purgetur materia in liene cõtenta scilicet succus melancholicus, longa vero praua est, ea enim desinens in hydropes & lienterias lethalis est: refrigerato nempe hepate per consensum & debilitatis intestinis à continuo fluxu & diuturno eadem ferè leguntur aphor. 43. lib. 6. & 48. eiusdem aph. 26. li. 4. ait Hipp. *difficultatẽ intestinorum habenti si veluti carũculæ deijciãtur lethale est*; quid vlcus sit insanabile, quia cutim contra se afficit, nec vllum superest regenerãdæ carnis fundamentum inscribit Duretus com. in hunc aphorismum & aphor. 27. lib. 7. scribit *à sincera deiectione dysenteria malum*, causæ prauitate & debilitate significata per sinceritatem excretionis.

Victus ratio instituatur hoc modo, degat in aëre moderato, frigidus namque vlceris est inimicus; calidior auget febrẽ, abstineat à vino nisi propter de-

bilitatem virium concedatur austerum rubrum. vtatur aqua chalybeata cum syrupo citoniorum & sorborum, cum eadẽ aqua fiant iuscula relicta pinguedine in iusculis, mitigat enim & lenit dolorem, iisdẽ incoquatur panis tostus; abstineat ab acrioribus, piperatis, salitis, acidis, somnus consilietur omni artificio, oblectamenta quærantur in omni fluxu ventris, fiat expressum coxæ veruecinæ in quo addo panis medulla & gummi arabici ʒ.j. vitellum oui.j. terræ sigillatæ & nucis muscatæ parum, mirificũ est remedium, vel ℞. scutellam lactis asinini aut caprilli, saccari ℥. ij. vitella ouorum n. ij. coquantur, vorentur singulis matutinis.

Quæritur num in dysenteria sanguinem detrahere liceat, in sãguinea licet ad euacuationẽ sanguinis redundantis constantibus viribus quo breui finiatur sanguinis deiectio molesta, in hepatica nõ itẽ, nam phlebotomia debilitat hepar; ea quæ est cum vlcere præsertim biliosa constantibus viribus & in morbi principio requirit venæ sectionem ad diuersionem humorum acrium ad intestina confluentium pauca copia & iteratis vicibus si vires ferant.

Num vero in dysenteria vlcerosa & intestinali sit sæpius purgãdum quoad totus humor exulcerãs sit eductus, indagatur siquidem humor distrahi posset per venæ sectionem, frictionem, inunctiones totius humoris dissipationem excitãtis purgatione leni egeremus, quoniam autẽ hoc vix fieri potest repetita purgatione est opus, nã si astringentia adhibueris ad sistendũ quæ non polleant vi purgatrice antequam fuerit ablata causa, humor illi retẽtus nouum creabit malum, quare saluo meliori iudicio vtemur medicamentis purgãtibus lenioribus, benignis cum astrictione, repetitis; vt rhabarbaro, mirobolanis, nã

dum purgatur humor peccans fiftitur defluxus,corroboratur pars affecta, tentandum tamen fempet retrahere ad partes extimas.

Quæritur autem num excitandus fit vomitus in dyfenteria Gal.4.meth.fcribit *fi in fuperioribus inteftinis vlcus conciftat per inferiora purgare conuenit, fi in inferioribus per fuperiora:* oportet autem vt vomitus lenior fit & æger facile vomat, ne vomitu violento commoueantur humores, fluxufque fiat maior in partem affectam.

Medicamenta vero quibus purgare oportet funt diuerfa,nam fi materia extiterit biliofa.

℞.mirobolanorum,cirinarum, & rhabarbari añ. ʒ.ij. puluerifentur adde fyrupi rofarum folutiuæ ℥. ij.aquæ plantaginis,aut portulacæ q.ß. fiat potus & exhibeatur.vel

℞. rhabarbari infufi in aqua plantaginis ʒ.j.ß.expreffioni fortiffimæ,adde caffiæ ℥. ß. vel quia caffia flatulenta eft lenitiui Nicolai ℥.ß.fyrupi rofarũ folutiui ℥.ij.fiat potio cum eadẽ aqua plãtaginis,capiat.

Si pituita falfa vlceris caufa extiterit ℞. corticis mirobolanorũ,citrinarum & chebularium añ.ʒ.ß. agarici ʒ.j.fyrupi rofarum folutiui ℥.j.ß.aquæ plantaginis q. f. vel decocti tormentillæ albæ pentaphili epitaphili,fiat potio,detur.

Cum bilis atra vlcus produxerit ℞. mirobalanarum Indarum ʒ.j ß. puluerentur. Adde fyrupi rofarũ foluti. ℥.ij. aquæ fumariæ q.ß.fiat potio,aliquando in ipfis purgationibus fanguis tanta fluit copia vt cogamur metus defectus virium vti fiftentibus fanguinẽ qui fiftitur hoc iulepo mire ℞.fucci plantaginis ℥. ij. ß. terræ lemniæ trochifcorum de berberi añ.ʒ. ß. coralli & margaritarum añ.ʒ.j. fy-

rupi de sorbis ℥. ij. fiat potio, continuetur aliquot diebus ℞. botrorum racemorum m̃.iij. vini austeri q.s. buliant cum vino austero, excipiat fumum ano sæpe ℞. amyli ʒ.ij. vini austeri quale est tortinũ aut torcularis q.ß. buliant ad spissitudinem capiat sæpe.

Purgato humore redundante detergentia vsurpabimus ℞. decocti hordei integri sacchari optimi ℥. ij. fiat clyster siquidem vlcus fuerit in intestinis inferioribus, si vero in superioribus ad quæ clyster non potest pertingere propinabimus per os ℥. sex decocti hordei, mellis rosati ℥. j. ß. si verò sordidũ fuerit vlcus ℞. hordei integri m̃. j. absynthij pontici m̃. ß. fiat decoctio ad ℔. j. addendo mellis rosati colati ℥. iij. fiat clyster. ℞. lancem dimidiam lactis caprilli, sacchari ℥. ij. vitella ouo. numero ij. coquantur & vorentur est namque detersiuum leniens.

Si dolor adfuerit lac chalibeatũ exhibeatur aut in quo fuerint lapides viginti extincti, lauat enim moderate, astringit & sedat. vel ℞. lactis chalybeati ℔. j. ß. iniiciatur per anum aut sumatur ore ℥. vi. aut viij.

℞. summitatũ absynthij m̃. j. seminis psilij leuiter torrefacti ʒ. ij. rosarum rubearum p. j. ß. succi citoniorum ℥. ij. cornu cerui nõ vsti, sed rappati ℥. ß. fiat decocto in aqua chalybeata ad ℔. j. in qua dissolue syrupi de rosis siccis ℥. ij. fiant tres doses mirabiles.

Postquam vlcus fuerit detersum ad incarnãdum & consolidandum ℞. succi plantaginis & portulacæ añ. ℥. iij. duo albumina ouorum, pulueris mastichis, sanguinis draconis, gũmi tragacãti añ. ʒ. j. ß. pinguedinis capræ, aut hœdi ʒ. ij. fiat clyster secundum artem. Langius scribit ℥. ij. radicum tormentillæ albæ coctarum in ℔. ij. aquæ ad tertiæ partis consumptionem, vlcus intestinorum consolidare.

ventriculi & inteſtimorum, facultate nihil patiente; frigida & humida intemperies vim & robur retentricis exoluit illiuſque humoris conſiſtentia facit lubricum ſtomachum, ita vt cibus & potus nulla interiecta mora labantur. Defluxio ſi ſit eiuſdem naturæ eundem procreat effectum, ſi ſalſa extiterit irritat inteſtina ad excretionem. Illius verò intemperiei ſigna ſunt doloris priuatio, nullus ructus acidus, niſi cum deleri cœperit intẽperies, calorque natiuus pene extinctus excitari, ex aph. 1. l. 6.

Si defluxio fuerit frigidæ pituitæ, ructus acidi ſtatim naſcuntur in principio; ſi ſalſæ pituitæ ſalſedine depræhenditur, in exulceratione interioris membranæ ventriculi & inteſtinorum percipitur dolor ex tranſitu labentis alimenti præſertim ſalſi & acris.

Magnus eſt morbus cum ventriculus afficiatur ob officij communitatem ſymptomatum magnitudine, priuantur namque ægri nutritione & propter continuum fluxum vigiliæ inducuntur, tum priuatione vaporum benigni ſomnum inducentis.

Lienteria ab acri humore ventriculum & inteſtina dulcerante ſi diu perſeuerarit in dyſenteriam conuertitur ex Gal. in aph. 1. lib. 6. in quo aphor. Hipp. ſcribit *in longis lienterijs ſi ructus acidus ſuperuenerit, qui prius non erat ſignum bonum.* ille ſignificat calorem excitari, cuius excitatione vapor generatur, à cuius vaporis excluſione ructus naſcitur.

Lienterica vitia cum difficili ſpiritu & lateris punctura in tabem deſinunt, ex Coacis prænot. intelligendus autem eſt aphoriſimus de ea quã catarrhus excitat ex humore acri & erodente, vt ſero bilioſo aut pituita ſalſa.

adde aceti albi cyatum vnum, fomentetur totus venter cum ſpongia.

℞. fomenti ſupra ſcripti ℔j. nellaeæ ſcutellas 4. coquantur omnia ſimul in vino rubeo ſtiptico & oxirodino, decoctionis ſuperioris impleantur ſacculi magni quadrati, infundantur in prædicto vino; applicentur ventriculo.

℞ thuris, maſticis, torrefactorũ aã. ʒ ß. trochiſcor. de ſpodio ʒ ij. incorporentur cum ſucco mentæ; fiant pillulæ paucæ, capiat iij. aut iiij. tribus horis poſt cœnam.

℞. thuris, maſticis, ſandaraçæ, torrefactorum ʒj. croci ℥iiij. opij ʒ j. terãtur omnia ſubtiliter & cum mina ſydoniorũ & ladani fuſi cum aceto, fiat ſuppoſitorium filo ligatum, vt extrahatur quando erit neceſſe.

De diarrhæa, CAP. XXV.

DIARRHÆA eſt deiectio frequens humorum extra dyſenteriã, lienteriã & tenaſmum, excernuntur enim in diarrhæa, aut bilis, aut pituita, aut ſuccus melancholicus, aut chilus.

Qualis ſit diarrhæa ab excrementis facilè dignoſcitur, à quib. dicitur chyloſa, bilioſa, pituitoſa, aut melãcholica, aut mixta ex pluribus. in diarrhæa aut totũ corpus affectũ eſt generans prauos humores, aut pars aliqua peculiaris. ſi à toto proficiſcatur aut eſt tãtùm redũdantia alicuius humoris, aut plurium; aut à colligatione ortũ ducit propter feruorem caloris: ſi ex redundantia ideſt plethora naſcatur, aderunt ſigna humoris in toto corpore redundantis iam explicata: ſi à colligatione deiectio erit exigua, glutinoſa, pinguis, & admodum graueolens ex putredine

& dominio caloris præter naturam.

Si à cerebro ortum duxerit ſpumoſa aderant excrementa ex Hipp. aph. 30. lib. 7. *quibus per diarrhæos ſpumoſa fiunt excrementa alui, his à capite fit defluxio.* fiunt autem ſpumoſa ob celerem & vehementiorem agitationem humoris. aderunt & ſigna catarrhi iam dicta; contingit etiam talis diarrhæa in ſomno potiſſimùm longiori. præterea qui hoc defluxu humorum pituitoſorum laborant, quod pituita defluat in ventriculum, ſentiunt dolorem ventriculi & cruditatem alimentorum, nec multùm ſitiunt. Si à debilitate attractricis iecoris naſcatur, excrementa erunt chyloſa: verum quia chyloſa eſſe poſſunt alijs de cauſis, vt ab aſtructione venarum meſeraicarum, oportet annectere ſigna debilitatis iecoris, de quibus in ſuperioribus dictum eſt. Si ab ſplene oriatur, excrementa erunt nigra & melancholica, tum aderunt ſigna male affecti ſplenis, quæ dicta ſunt à dentitione, poteſt diarrhea oriri, præſerim cum canini emittuntur ex aph. 25. lib. 3. Nam dum eggrediuntur dentes, dolores magnos procreant ſolutione continui gingiuarum, hic dolor communicatur cerebro, quod trahit ventriculum in ſympathiam mali, & ferè partes omnes corporis præcipuas ex qua affectione diarrhea naſcitur, à linguæ vitio, vt in balbis: ſcribitur enim aph. 32. lib. 6. *balbi longo alui profluuio maxime corripiuntur.* hic verò intelligitur de balbutione nata à nimia humoris copia replente cerebrum & linguam; qui humor dum in ventriculum prolabitur diarrhæam excitat, ſi ventriculus cauſa extiterit diarrhææ, deiectiones fiunt frequẽtes & exiguæ, vt plurimùm albæ & pituitoſæ, interdum nauſea & vomitu æger

mitur, nonnunquam nascitur ab alimentis facile putrescentibus, à vehementioribus medicamentis, à multitudine humorũ nonnunquam excitatur bis terue in anno per interualla salutariter.

In excrementis apparent signa humoris redundantis: aph.2.l.ait Hipp. *in perturbationibus & vomitibus spontaneis, si talia purgentur qualia oportet leuiter ferunt, sin minùs, contra*; nomine perturbationis alui intelligit diarrhæam: leüiter autẽ febre est signum ea expurgari viribus naturæ quæ nocebant corpori, ideo, inquit Hipp. *talia qualia oportet*, scilicet humores peccãtes & victi à natura purgãtur. aph.60. l.4. *aut in profluuijs alui mutationes iuuant, nisi in praua commutentur*, nam mutatio in melius, excrementum naturæ robur indicat, proindeque victoriã & salutem, in peius verò debilitatem & perniciem. aph.15. l. 6. *longo alui profluuio* id est diarrhæa *laborãti sponte vomitus superueniens morbum soluit*. nam vomitus reuulsionem efficit materiæ labentis per aluum in diarrhæa; quare remedio est. aph.17.l.6. *ophthalmia laborantem alui profluuio corripi bonum*; est nãque mali causæ reuulsio. & aph.29.l.7. *si leucoplegmatia detento fortis diarrhæa superuenerit, morbum soluit*: quia est purgatio materiæ pituitosæ morbum committẽtis. si deiectio in diarrhæa fuerit exigua, glutinosa, candida, subcrocea mala potissimũ vbi leuis fuerit exitiosior, si nigra aut liuida aut pinguis aut valde fœtida: quorũ rationes explicatæ sũt l. prognosticorum cap. de excrementis & aph.12. & in lib.5. *profluuium ventris in tabe lethali*; significat enim retẽtricis facultatis summã debilitatem & 34. l. eiusdẽ *mulieri vtero gerenti si aluus plurimũ fluat*, (intellige per diarrhæã) *periculum est ne abortiat*, priuatione nutritionis ipsius

fœtus, exolutione virium & agitatione corporis, qua vincula rumpuntur & fœtus excluditur.

In diarrhæa redundantia totius corporis, humor redundãs purgandus est, quod si sanguis cũ alijs humoribus excesserit, vena secãda est. in colligatione totius corporis quid præstãdũ sit dicetur c. de febre colliguãte, ea quæ fit per defluxũ humorũ à c. sanatur vt catarrhus, quæ verò nascitur à debilitate iecoris curatur reme. descrip. c. de hepatitide. si alienis vitio proficiscatur, lieni prospiciẽdũ est, vt diximus.

Diarrhæa à dentitione sistitur sedatione doloris gingiuarũ, cum butyro & melle, & cũ cerebro leporis cocto, corroboratione cerebri & stom. ea quæ pendẽt à stomachi morbo curãda medicamentis ad eius morbos præscriptis. Criticæ diarrhææ & ei qui certis tẽporum interuallis excitatur, salutariter nulla remedia debentur.

De tenasmo, CAP. XXVI.

TENASINVS est frequẽs & inane vt plurimũ egerẽdi desideriũ. excitatur à re intestinũ rectũ vellicãte & pungente, dũ enim pũgitur, conatur expellere id quod est molestũ. hinc excernẽdi frequẽs cõmouetur voluntas, quæ vt plurimũ est inanis, cũ nihil expella. generatur: ab vlcere recti intestini ab humoribus mordacibus, intestino recto adhærẽtibus; vel pungẽtibus trãscundo, à medicamento acri propinato, & tumorẽ præter naturã partis inferioris intestini recti; ab stercore indura. qui à frigore creditur excitari tenesmus, & à tumore præter naturã est mẽdosus sine excretione vlla. Signa harũ causarũ facilliura sunt Hipp. aph. 27. l. 7. scribit *si prægnãti tenesmus aduenerit abortus est causa*, ob motus vehementiam, conatus frequentiã, tum propter dolores qui facile vter propinquo communicantur.

Qui ab vlcere nascitur, curatur vt dysẽteria crass-

forũ inteſtinorũ. humores viſcidi & craſſi pũgentes debẽt purgari & inteſtina cliſmatis detergẽtibus leuari. poſt illa remedia prodeſt mire ſaccul⁹ ex furfure paratus, percoctus in æquis partibus aceti & vini rubri item ♃. iuſculi capitis veruecis & ſacchari añ. ℔. j. miſceãtur, fiat clyſter, bilioſi purgãdi & detergendi ſunt. ſi tumor præter naturã fuerit cauſa teneſmi, ſiquidẽ extiterit inflãmatio, detrahatur ſanguis ex venis inferioribus, parti applicentur medicamẽta repercutientia, tandẽ maturãtia, tũ diſcutientis alijs tumorum generibus, illa applicẽtur remedia quæ in chirurgia ſunt explicãda. indurato ſtercori remollientia debentur præſertim per cliſt.

De colico dolore, CAP. XXVII.

TRES naſcũtur morbi in ventre imo inter quos tãta eſt interdũ & maxime in eorũ ortu ſimilitudo, vt doctorum iudiciũ ſæpiſſimè fallant. hi ſunt colicus dolor nephriticus & ileus ſiue voluulus, quam ob cauſam diligenter ſunt diſtinguendi.

Colicus dolor vulgi ſentẽtia confuſa, nephriticũ, voluulũ, & colicũ proprie dictũ cõpl. doctorũ tamẽ diſtincto iudicio ſignificat dolorẽ qui in colo inteſtino procreatur; nõ quod in alijs inteſtinis nõ poſſit naſci, ſed quia ſęplus in eo oriatur propter craſſitiẽ illius pinguedinis copiã, tũ quia habet quaſdã interceptiones, quibus coarctatur multis in partibus, in alijs enim hæc nõ adsũt, cũ verò naſcitur in ileo, aut in ieiuno in ijs ob mẽbranarũ tenuitatẽ facile diſcutitur, nõ fit autẽ in ephiſi, ob breuitatẽ, nec in recto propter amplitudinẽ, relinquitur ergo vt in colo ſæpius naſcatur ex quo nomẽ traxit. Eſt verò vehemẽs dolor in colo inteſtino ex Gal. l. 6. de locis aff. geminã ob cauſã intẽperiem ſcilicet & corporũ quibus cõtinentur tenſionẽ à qua ſolutio continui

producitur, longum verò tempore colicum generat dolorem quia difficulter euacuatur.

Primò ergo ab ileo diſtinguendus eſt colicus dolor cum quo ratione loci affecti maiorem habet affinitatẽ, quàm cum nephritide Gal. aph. 44. l. 6. ait *in ileo nihil exire neque humorem neque flatũ per partẽ inferiorem, quamuis acerrimi clyſteres inijciantur.* In colico autẽ dolore aliquid erit, ſaltẽ poſt aliquot clyſteres. hoc ſignum proprium & inſeparabile eſſe dicitur. tamẽ non video quid impediat aliquid excludi per clyſteres, cum affectus ſit in ileo inteſtino: nam quæ in craſſis continentur inteſtinis inferioribus clyſmate exire poſſunt ſaltem in principio.

A nephritico autem colicus ſeparandus: primò ſi contigerit humorẽ craſſum & vitreum infigi parti inteſtini renibus adhærẽti difficillima eſt diſtinctio præſertim cùm Gal. in eo ſe deceptũ fateatur 6. de locis aff. quare animaduertendum eſt nephriticum dolorem excitari à calculo in cauitate renis exiſtẽte, tunc tẽporis grauis dolor ſentitur in rene ex 6. Epid. aut à calculo iam principiũ vreteris lacerante, aut vreterem diſtendente, qui dolor vehementiſſimus eſt. vitreus ille humor inteſtinis impactus efficit dolorẽ terebrantem, ac ſi clauo adacto perforarentur inteſtina. Quando verò aut laceratur aut diſtẽditur vreter fere idem dolor terebrãs percipitur niſi diſtinguatur ex effectu nimirũ quod remedijs iniectis in plurimũ cõquieſcat dolor colicus & humor ducatur, nephriticus autẽ dolor aut non ſedatur aut parũ. ab alijs verò colicis doloribus diſtinguitur pluribus ſignis à Gal. & Auic. deſcriptis. primò doloris ſitu; nã nephriticus dolor fixus eſt; colicus autẽ vagus. ſecũdò vomitus quãtitate, vehemẽ-

tia & frequentia, inquit enim Gal. 6. de locis aff. *vomitus vigent multò grauiores & magis assidui dolēte colo.* tertio. excretis nam in colico dolore si quid deijciatur id flatulentum quodammodo est, & sæpe numero supernatare consueuit, habentque excrementa similem consistentiam bubulō stercori. Auic. Fen. 16. lib. 3. addit *cum vacuus est stomachus augetur nephriticus, quo tempore lenior fit colicus dolor*: quod etiam potest deduci ex Hipp. 6. epid. in quo inquit *dolorem augeri postquam comederint non statim sed aliquo interiecto tempore* nam postquam cibus è stomacho in intestinum ceciderit premitur ren; quare dolor nephriticus augetur, colicus vero mitescit præsertim si à bile ortum duxerit, admixtione mitis & benignæ substantiæ alimenti. Postremo nephriticus dolor sensim gignitur colicus subito.

Causæ colici doloris sunt humor viscidus vt pituita vitrea aut alia; flatus, humor acris, salsus, pungens, vermes, pungentes intestina, obstructio ductus cholidoci ad intestina vergentis, ex Auic. cap. 1. doct. 4. Fen. 1. lib. 1.

Humoris frigidi dominantis in intestinis signa sunt causæ antecedentes generantes pituitam, ætas senilis, temperamentum frigidum humidum, regio frigida humida, anni tempus senile, pituitosi excrementi exclusio, ventris frigiditas tactu percepta.

Signa flatus sumuntur ex causis producentibus pituitam iam dictis, rugitus percepti, borborggini contorsio intestinorum tum distentio eorundem, signa existunt flatus.

Indicia acrium & biliosorum humorum capiuntur ex causis procatarticis & antecedentibus bilem

generantibus, tum ab excrementis & alijs signis.

Pituita salsa vt plurimum à cerebro descendit in intestina quæ corrosione sua exsitat colicum dolorem. Signa sunt delapsus illius ex cerebro qui deprehenditur salsędine oris, cui deinde succedit colicus dolor rodens.

Vermium indicia sumuntur ex proprio capite;in obstructione cholidoti meatus vrinæ apparent rubræ,tinctæ,vt annotauit Auic. loco cit. hoc nãque obstructo ductu, quo bilis ferebatur in intestina, necessarium est illam regurgitare ad hepar & vrinæ vias, ob idque vrinas bile tingi.

Nascitur nonnunquam colicus dolor ex cancroso abscessu intestinorum, qui intestina depascitur, qualis fuit deprehensus in generosissimo duce & equite Maltensi, Pugeto S.Gilij magno priore,in cuius intestino ephili subortus erat cancerosus tumor cum dolore vehementissimo.

Magnitudo doloris colici sensu ægrotantis detegitur, item ex eo quòd nihil omninò excludatur, nec humor nec flatus,quod cùm sit proprium&inseparabile doloris ilei, ex Gal. conuenit colico,non vt affectus est, sed vt magnus est affectus ex quo inferre licet eadem signa in diuersis affectibus, diuersa significare. Magnitudinis etiam signum est si ob vehementem dolorem extremarum partium perfrigeratio sentiatur.

In flatuoso dolore prædicendus est hydrops si præsidia nihil contulerint ex Hipp. 11. aph. lib. 4. inquit enim, *Quibus tormina adsunt & circa vmbilicũ cruciatus & dolor lumborum qui neque medicamento, neque per alia præsidia soluitur in timpanitem conuertuntur.* colicus dolor pituitosus mutatur aliquando in dolorẽ

arthriticum & paralysim, de quibus sic scribit doctissimus Crito consilio quodam libro 3. *admirabile est*, inquit, *in primis cum resolutio & paralysis fiat ex pituita crassa in cerebro contenta externis tenaciter compacta vt spiritus animalis in membrum in quod nerui propagantur distribui non possit; colicus vero dolor generatur ex humoribus & flatibus, vel in colo contentis, vel in intestinum aliunde fusis qui fiat, vt post colicum dolorem artus resoluantur; sunt enim loca valde dissita colo & principium neruorum cerebrum.* Et mirum videri potest quomodo materia ad extremos artus peruadat. Resp. non in omni colico dolore resoluuntur artus, sed tantùm in illò qui ex magna parte pendet & delapsu humorum pituitosorum ex capite in intestinum, in illa tantùm specie colici doloris sequitur resolutio: sic dictum est dolorem colicũ fieri ab humoribus crudis ex toto corpore, atque etiam ex capite in intestina effusis, quibus sæpe admiscetur aliquid bilis, quę mordicat intestina, primùm quidem, quia humores crassi & multi à natura simul & semel expelli non possunt, quare particulatim & secundùm partes effluunt & paroxismos colicos faciunt, vbi vero iam maxima pars pituitæ in intestina fusa est, & per aluum excreta & per paroxismun absumpta, vt iam quodammodo mitescere & rariùs inuadere colicus dolor videatur, tum reliqui humores & præsertim qui in capite sunt ob dolores, inediam, vigilias calidorum & incidentium vsu, sunt attenuati, quare relicta priori & consueta via ad propiorem declinat, ita secundùm neruos & musculos, & sic ad manus & pedes contendunt. Natura quoque si exoneratura maluut reliquias illas attenua-

tas in propinquo loco deponere, quàm in locũ tam remotum amandare, præsertim cùm non vt priùs tantis cruciatibus irritetur, & minor fiat à dolore attractio hincque etiam pendet artuum dolor, de hac autem permutatione scribit Hipp. sect. 4. lib. 6. Epid.

Methodi est, in magnis omnibus doloribus in causa morbi relicta symptomati succurramus, premit enim magis; si quidem fieri posset ablatione causæ doloriferæ præstaret hac progredi via, at periculum est ne citiùs æger intereat, quàm causa auferri possit; quare aut à rodinis aut obstrepefactinis est vtendum. *In hoc autem*, inquit Auicen. fen. 4. lib. 1. *maturo iudicio est vtendum & acri quo dignoscat medicus quodnam duorum temporum est futurum longius an tempus virtutis an doloris, & quanam duarum rerum sit deterior, an dolor vel finis exitiosus, qui timetur ex vsu stupefacientium, nam si dolor remanserit sua vi & magnitudine interficis & stupefacientis forsan non interficient & eorum noxam corrigere poteris; etsi semel collapsæ sint vires non restituentur.* Potior ergo est in tam vehementi dolore & præcipi virium lapsu dubia spes ex desperatione ex Celso capite decimo sexto lib. 7.

In materia pituitosa & flatulenta vtendum est in principio medicamentis mediocriter calidis, nam si vehementer calida vsurparemus, fieret attractio maior ad partem dolentem, à qua inflammatio timenda; vapores augerentur & flatus attenuando & non dissipando, vnde maior distentio & dolor: quocirca purgantia initio debent esse clementia: eadem ratione præcedat, autem oportet semper purgatio per clysterem remollientem atque à cle-

mentiorib. ad valentiora ſenſim faciendus eſt progreſſus. Ergo ſi dolor permiſerit, primo ℞. decoctionis maluæ, biſmaluæ, abſynthij pontici, ſeminis lini, aniſi, fœniculi, & furfuris, ℔. j. butyri recentis, & benedictæ laxatiuæ an̄. ℥ j. olei camomellini & de ſemine lini an̄. ℥ ij. ß. ſalis communis ℥ j. miſce fiat clyſter exhibeatur decunbendo in partem magis dolentem hæ euacuabuntur fæces induratæ, ℞. decti enematis carminatiui ℔. j. in qua diſſol. benedictæ laxatiuæ & terebint. venetæ an̄. ℥ j. olei nucis & ſeminis lini an̄. ℥ iiij. maluaſiæ ℥ iij. facit clyſter mirus, deinde paulò acrior exhibebitur, in quo cum ſuperioribus carminatiuis decoquatur ʒ j. elebori nigri & colochintis in panno ligatorum ne ſubſtantiæ inteſtinorum noceant, in cliſteribus debet admiſceri ʒ j. aut ʒ j. ß. olei aniſij per alchymiam extracti, aut terebentinæ. Sunt multi clyſteres inijciendi ſi præcedentes non eijciantur, ſuppoſitoria acria indenda, fouendus, prodeſt ex remollientibus, deinde purgentur humores pituitoſi cum pilulis & alijs medicamentis in forma potionis reſpondentib. humori peccandi.

Ablata cauſa ſi quid doloris remanſerit, curatur clyſteribus ex oleo camomelino, vino optimo, æquæ naphtæ æquis partibus mixtis, fotus ex aqua vitæ applicatus parti dolenti in cauſa frigida & flatuoſa mire confert.

Inteſtina lupi magnam vim ac facultatem habẽt ad corroboranda inteſtina eorum dolorem ſedandum lupi ſtercus potatum aut per clyſteres inditũ, omnem dolorem colicũ multorum ſententia curat à proprietate oculta, præſertim ſi cauſa frigida fuerit.

℞. decocti communis enematis ℔. j. in quo dissolue benedictæ laxatiuæ & terebinthinæ venetæ añ. ℥ j. olei nucis & seminis lini añ. ℥ iiij. vini maluatici ʒ iij. fiat clyster, detur.

Si oriatur a flatu ℞. foliorum lauri, origani, calamenti, pulegij, serpilli, saluiæ, rutæ, añ. m̄. j. absynthij pontici m̄. ß. vtriusque stœcados, camomelli melliloti añ. p. ij. seminum anisi, feniculi, aneti añ. ʒ. ij. vini & aquæ añ. q. s. fiat clyster, addendo olei rutæ, & camomellini añ. ℥ ij. potus poterit parari ex eodem decocto & oleis.

Stercus vaccarum mense maio collectum prodest si ex eo inungatur venter dissoluto cum oleo aliquo calido.

Cucurbitula magna ventri admotta curat dolorem miro modo ex flatu præsertim. vel ℞. vrinæ pueri ℔. j. olei liliorum & seminis lini añ. ℥. ij. theriacæ magnæ ʒ ij. misce, fiat clyster.

Si à bile nascatur colicus dolor, curatur euacuata bile, secundò medicamentis temperatis vt oleo, lacte & similibus, admirandum est remedium si voretur ʒ j. aut ʒ j. ß. pulueris glandiū siccatarum cum vino aut iusculo, additis aliquot granis mosci in viris curandis; in mulieribus vero ʒ ß. pulueris gariophilorum, ℞. conseruæ rosarum ℥ j. opij g̃. ij. croci orientalis g̃. iij. dissoluantur in ℥ iiij. decocti camomillæ.

Rondeletus sequens excogitauit remedium admirandum, ℞. pulueris diagalangæ, aromatici rosati añ. ʒ ij. castorei ʒ ß. euphorbij g̃. x. opij diligentissimè contusi cum pistillo ferreo ignito dissoluroque in vino maluatico ʒ j. ß. piperis, croci, myrrhæ añ. ʒ ß. formentur pillulæ decem pro dragma

capiat iiij. aut plures si non sedatur.

De ileo siue volvulo. CAP. XXVIII.

OMNIS dolor ilei intestini non est morbus ileus sed is tantùm in quo nihil per aluum excludi potest, etiamsi clysteres acerrimi iniiciantur, præsertim ex illis partibus quæ sunt supra locũ affectum: quod est proprium & inseparabile signum illius morbi, ex Gal. com. in aph. 44. lib. 6. & cũ possit fieri vt in alijs intestinis procreetur tumor aliquis præter naturam, à quo supprimátur fæces. Signa ilei affecti prodenda quo locus affectus ditinguatur.

In ileo itaque affecto sentitur dolor circa vmbilicum, & tumor apparens in partibus vmbilicalibus ad similitudinem cordæ conuolutæ & tensæ.

Si fit in alijs intestinis situs doloris mõstrabit locum affectum. Verum quia sæpius nascitur in ileo intestino dictus est ileus morbus.

Causa generalis est id omne quod potest obturare, potissimum intestina gracilia, ita vt omnino fæcũ excretio supprimatur, qualis sunt humores glutinantes intestinorum latera, enerocellæ, tumores præter naturam suis deteguntur signis, tumore scilicet duro illius regionis in qua potissimum situm est, is autem qualis sit deprehenditur ex simptomatis diuersis quæ solent sequi tumores internos, tum etiam ex causis generantibus tumores illos.

Inflãmatio & erysipelas habẽt febrẽ comitem, alij tumores nequaquã mollior. quæ est edema scirro, fæces indurari solent in ijs qui constipatione vẽtris laborant. Pituitosi humores viscidi deprehendunduntur ex causis effectis significantibus pituitosum humorem in corpore redundare. Si causa voluuli extiterit in tenuibus intestinis euomitur chilus in crassis stercus.

Si ægri ſtatim & initio vomant, tenuia inteſtina afficiuntur ſi vero poſt, aut tertio aut quarto die vomitiones ſuperueniant, affectionis magnitudo declaratur & affectus craſſorum inteſtinorum.

Magnitudo illius deprehendit ex ſpecie morbi cum inflãmatio & eryſipelas multo maiora pariant ſymptomata, quàm reliquæ ſpecies, à ſtercoris reiectione per os ſumitur magnitudinis indicium, cuius cauſa eſt naturæ conatus præpoſterus; cùm enim motu conſueto non poſſit per inferiora fæces excludere, periſtaltico maturali contrario inteſtina mouet, fitque vt per os fæces excludantur.

Hipp. aph. 44. lib. 1. ait, *Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileus ſuperuenerit morbus in ſeptem diebus pereunt niſi febre ſuperueniente ſatis vrina fluxerit:* intelligitur quando humor crudus eſt cauſa voluuli, quia vi caloris acrioris in vrinam verſus; remedio eſt ileo. ex aph. 10. lib. 7. *ab ileo vomitus* ob communicationem cum orificio ſtomachi, *ſingultus deſipientia vel conuulſio malum*, propter cerebri communicationem & ſympathiam, & in quo ſtercus per ſuperiora reijcitur malum, nulla enim fere patet ſanatio item, *in quo ſudor ſtercus redolet, malum*, inficiuntur enim ſpiritus vniuerſi, materia excrementoſa, vnde diſſipantur & extinguntur in Coac. Hipp. ait *vululoſis vomitus & ſurditas malum*, nam vomitus ſignificat morbi magnitudinem, ſurditas autem materiæ conuerſionem & tranſlationem ad cerebrum.

Si inflammatio aut eryſipelas fuerint cauſa ilei ſanguis ſtatim eſt mittendus ex venis inferioribus, affectus enim eſt infra diaphragma, maiori copia vt diximus in inflãmatione quàm in eryſipelate. Deinde ne materia in capacitate inteſtinorum concluſa

augeat

augeat inflammationem vomitus eſt prouocandus cum aqua multa tepente ad euitandum incremētū doloris & inflammationis: aqua enim laxādo ſedat dolorem, continuādus verò donec cacochimia fuerit euacuata, iubendum ne quidquam ſumat viginti quatuor horarum ſpacio ſi vires ferant, ſin faciendus eſt gallus aut galina rebus remolientibus, vt ficubus, paſſulis, dactylis, malua, butyro & iuſculum ægro exhibendū eodem tempore fiat fotus ex oleo camomelino & violato tepidis, vel fiat cataplaſma. ℞. capitum liliorū ℔.j. maluæ, biſmaluæ, parietariæ añ. m̄.j.ß. farinæ hordei, lini, fœnugræci añ.℥ ij. decoquantur, piſtentur per ſetaceum tranſmittantur, addendo butyri recentis ℥ ij. axungiæ porci inſulſæ ℥ iij. olei camomellini q. ß. fiat cataplaſma.

Deinde poſtquam tumor maturuerit, diſcutientia ſunt applicanda in alijs generibus tumorū medicamentis extrinſecis vtendum quibus curantur tumores externi. Si tumores viſcidi & craſſi ileon produxerint incidentia primò & alternantia vſurpabimus, deinde purgantia.

In fœcibus reſiccatis vtendum remolientibus ore ſumptis, per anum iniectis, & extrinſecus appoſitis vt fomentis cataplaſmatū, vnctionibus, balneo ex remollientibus parato, in hernia inteſtinali inteſtinum compellendum in ſuum locum, quod ſi fieri non poſſit hoc medicamento emollitur pars, deinde reponitur in ſuum locū: bulliant maluæ in oleo communi foueatur pars longo tempore, non deſunt qui pro exſtremis remedijs argenti viui aliquot grana exhibent, vt glandem catapultariam vorandam præbent, aut ſollium ope per anum immiſſa cæmula, inteſtina vento applent.

De vermibus. CAP. XXIX.

VERMIVM tria sunt genera, alij namque rotundi sunt & teretes qui in superioribus intestinis & gracilibus vt plurimũ nascuntur, ij sepissime ascendunt ad ventriculũ, hinc ad os, nonnunquã ad nares per palati cauũ; alij breuiores sunt & lati, figura sua semẽ cucurbitæ referentes, vnde cucurbini dicti sunt, qui generantur aut in cæco aut in coli intestini cellulis, qui dũ serie cõtinua inter se cohærent miræ longitudinis vermẽ repræsentãt: alij sunt exigui & tenues ascharides nuncupati à pungendo, similes caseorũ vermibus, quorũ sedes fere semper est in recto intestino & extremo sphinctere: Ascharidum punctio in recto intestino est signũ, tum in sphinctere percepta: in reliquis vermium generibus tam diuersa nascuntur symptomata vt medici non consentiant in signis vermiũ designãdis. Diuersitas illa signorũ proficiscitur ex causarum diuersitate, & varijs locis affectis. Inquietudo cõtinua & perennis nonnũquã vermibus affectos vexat, ob fumos acres vel ipsos vermes vellicantes orificiũ superius vẽtriculi, quod cõmune est nec propriũ nec inseparabile, quare sunt alia signa adiungẽda sæpe obtumescũt & veluti mortui iacent ob cõmunicationem affectus cum cerebro, quod signum magis propriũ est quã superius assignatũ; nonnullis adest ventris distentio cum murmure atque tortione; quibusdã lienteria, illud quidẽ à flatu mixto ex materia pituitosa nato, ex qua originem trahunt vermes: hoc verò à debilitate retẽtricis intestinorũ & ventriculi. nariũ pruritus maximè in infantibus accidit, dum vermibus laborant, ob vapores acres ad nares ascẽdentes à pituita putrente in stomacho & intestinis punctio intestinorum, sunt enim quidã vermes acuti ita vt in-

ſtar fabulæ feriant,qui ſi orificiũ ſuperius ventriculi pupugerint animi deliquium,epilepſiam,tremores, & palpitationes cordis generant. Ijs adiungẽda sũt ſigna certiora ex cauſis procatarcticis& antecedentibus nata,nã cùm multa in corpore, & præſertim in inteſtinis,abundauerit pituita, & febris ſuperuenerit, vermium copia in corpore ſuccreſſit , quorũ cauſa materialis eſt craſſa,pituita & lenta putreſcẽs, efficiens verò calor præter naturam, ſunt namque vermes in corpore eodem modo quo animalcula in reliquis corporibus putrecentibus.

Prognoſtica vermiũ explicauim⁹ generali prædict.

Præcautio fit per ea quæ impediũt pituitæ generationẽ,quare prohibẽdi ſunt cibi crudi generãtes pituitã,coitus immodicus & talia eiuſmodi quæ debilitãt calorẽ innatũ,vel poſſunt parere magã pituitæ copiã,frequẽter purgare oportet cum hiera picra, diaphenicone&reliquis phlegmagogis,ſi geniti fuerint vermes necãdi & detrudẽdi ſunt, multa ad hoc cõmoda sũt,rhabarbarũ puluerulatũ ſolũ mentaſtrũ aquaticũ, ſemen porri,nigellæ nuclei, folia & flores perſici,ſemẽ cõtra abſynthiũ,matricaria,gramẽ pulueratũ&radix illi⁹,coriandrũ,ſumac,acatia,hipochiſtis,portulacæ ſemẽ coralina vera,dantur autẽ à ℈ j. ad ʒ j.cũ aliquo liquore cõueniẽte vt aqua plãtaginis vel portulacæ vel graminis. argentũ viuũ datur ſolũ,vel cum ſaccharo mixtũ &oleo amygd.dulc.ad ʒ j.ß. ſine periculo,℞. herniariæ puluerate,& cornu cerui præparati ã̃. ʒ ß. capiat cum aqua graminis. Cõpoſita ſunt theriaca eodẽ põdere, hiera præ omnibus ad ℥ ß.aut ℞.ſucci mẽtaſtri,radicis ænulę cãpanę,abſynth.rutæ ã̃.℥ iiij.ſucci lactucæ ſylu.cicor.graminis ã̃.℥vj.ſumac,cornu cerui vſti,ſemin. portul.corticis granat.ã̃.ʒ ij.nigellæ,myrrh.ã̃.ʒ j

theriacæ magnæ ʒ j.ß rasuræ eboris, corticis mori celsi an̄. ʒ iij. syrupi de absynthio q. ß. misce, fiat confectio liquida, detur coclear cum aqua portulacæ aut graminis. Confectio hæc vermifuga appellatur, quæ post dari cum supra dictis aquis ad ʒ ij. vel ℞. centauri, vtriusque absynthij, polipodij quercus, an̄. ℥ ij. seminis contra ℥ ß. decoquantur omnia cum aceto, pistētur addendo fellis arietis vel bouis q.ß.fiat cataplasma, applicetur vmbilico ℞. absynthij, costi amari, calamenti, origani, pulegij, foliorum persici an̄. m̄. j.decoquantur omnia in aceto, contundantur & percolētur ad modum carnium citoniorū, addendo aloēs & agarici an̄.℥.j.colochinthis ℥ ß. olei amigdalarū amararum q. ß.fiat vnguentū quo illinatur totus vēter inferior. fit etiā sequens cōfectio solida ad vermes ℞. seminis portulacæ caulium, seminis contra, nigellæ, coralinæ, rabarbar. seminis citri mundi, sandali rubei an̄.ʒ j. rosarū rubearum ʒ ß.dictani albi, cinnamomi cornu cerui vsti an̄.ʒ ij.sacchari dissoluti cum aqua cardui benedicti. fiat conditum præstantissimum. datur a ʒ j. ad ʒ ij. mirabile est hoc remedium.℞. floris sulphuris ʒ j. boli armenæ ℈ ß exhibeatur cum aqua graminis aut decocto herniariæ.

De morbis renum & vesicæ, tum de locis calculi & causis in genere. CAP. XXX.

VBICVMQVE humor glutinosus ad sui concretionem satis caloris nactus fuerit, ibi generari potest calculus, & proinde nascitur in omni ferè parte corporis. Fernel. cap. 10 lib. 5. calculorum pulmonis meminit cap. 5. lib. 7. calculorum vesicæ felleæ, & nos in corpore doctissimi, & studiosissimi

D.Pererij cõsiliarij regij in ſuprema Aquenſi curia, quò mortis eius cauſa exactiùs dignoſceretur, in eius chiſti fellis 17.lapillos triangulares cinericeos, & ſubnigros inuenimus, ex quibus tres auellanæ ſuperabant magnitudinẽ. Hollerius meminit lapidis in capite reperti, & vbi diſputat de vrina, ſcribit in mulieris corde, quæ diu vrinam purulentam excreuerat, repertos eſſe duos calculos. Galenus quoque calculum in mulieris vtero repertum profitetur. Beneuenius lib. de abditis morborum curationibus meminit lapidis inteſtinorum. Hac de re lege librum de calculis natis in corpore humano editũ à Ioanne Kenthmano.

Cauſa verò efficiens calculi eſt calor vehemens ex Hipp. tex. 35. partis 2. lib. de aëribus, aquis & locis Hanc ſententiam cõfirmat Gal.ad particulã 15.ſect. 3.lib.6.epid. notatuque dignum eſt axioma eiuſdem ad 6.ſect.lib.6 epid. *quando tenues humores exiſtunt, reneſque molles, nunquam calculus in ipſis generatur.* dolor etiam in renibus affligens eſt cauſa lapidis per accidens, nimirum attrahendo materiam aptam pro creationi lapidis, & debilitando facultatem expultricem. Hipp. tex. 38. partiſ. 2. lib. de aëribus locis & aquis, ſignum calculi veſicæ ſcribit, *quod vrinam ſplendidiſsimam calculoſi mingãt ſero ſimilem, quia id quod eſt pro bilioſiſsimum iſtis remanet, conſeruaturque ac creſcit.* Ex hoc textu luce meridiana clarius eſt, lapidem poſſe gigni in veſica, contra ſententiam Fernelij ſcriptam c. 12. lib. 6. qui tres adfert rationes in ſuæ ſententiæ tutelam. prima eſt quidquid impedit cur incoatus calculus in veſica non effluat, cum craſſa pituita, cùm pus grumi ſanguinis, per eius collũ excernantur. ſecunda quod effractis, & ruptis

calculis nucleus reperiatur, qui in rene videtur originem habuisse. tertia quod nemo calculo vesicæ laborauit, quin antea nephriticus non fuerit. Ad primam eius rationem respõdeo, sanguinis grumo, pus, & pituitã lentã è vesica effluere, cum sana est, & nondum calida laborat intẽperie. At quando orta est intemperies concrescunt, & lapidescunt pituitosa excremẽta, si enim grumi sãguinis, pituita crassa, & pus per vesicæ collum effluant, cur non & minutus lapis è rene eductus, & arenulæ, cùm maior sit capacitas colli vesicæ, quã vreteris Ad 2. de experientia nuclei reperti respõderi potest nõnullos calculos ex rene traxisse rudimentum, qui postea in vesica incrementũ habuerint, nõ tamen ideò sequitur omnes esse eiusmodi. 3. penitus falsa est; scripsit enim Hipp. in Coac. *nephriticos affectus reperiri non posse ante pubertatis annos*; calculi autem multi ante hanc ætatẽ generantur. censendũ ergo ex Hipp. lib. 4. de morbis, in generatione calculi, omnia quę crassiora sunt in vesicæ fundo subsidere, sicque non effluentia concrescere, & calculum ibi procreari.

De *calculo renum.* CAP. XXXI.

CALCVLVS renũ varia edit symptomata, pro diuerso loco, in quo est, cùm in rene continetur dolorem grauem procreat ex Hipp. 6. epid. *in rene dolor grauis*, is fixus esse solet in eodem loco; ad differentiam doloris colici locum mutantis. Quando autem in vreterem calculus depellitur, dolorem vehementem, & lacerantem infligit, qui locũ, vt calculus mutat. Nam grauis doloris in peracutum, & rursus huius in grauem transitus esse solet, vt diuersus calcui motus est & concitatio, aut quies. Atque ne nos decipiat lumborum dolor fixus, quorum, &

renum dolores mutuò ſeſe excipiunt. Nam nephritici dolores in ſui ſympathiam lumbos adducunt, & *dolorifica lumborum mala euadunt nephritica* quando humor tranſit ad renes, ſicut à renibus ad lumbos.

Verùm calculus vt plurimùm vnũ latus occupat nihilominùs parce, & crebro vrina mittitur propter ſympathiam renis alteriùs, tanta eſt vis ſympathiæ in ſocietate officij. Quidã calculi coniecturam captant ex arenulis per vrinas excluſis ſententiam Hippocratis ſequentes, is namque aph. 79. lib. 4. ſcribit, *quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, his veſica calculo laborat, aut renes.* hoc ſignum neceſſarium non eſt. Primo quòd in febribus ardentibus, & in calido iecoris temperamento arenulæ rubræ procreentur ſæpè, & excernantur. ſecundo quòd non ſit neceſſarium arenularum, & calculi generationem eodem tempore fieri, contingere tamen poteſt, vt cùm calculus eſt in renibus, aut veſica arenulæ per vrinas excludantur; ergò ſubſidẽtia vrinæ ſabuloſa, neque ſignum proprium eſt, neque inſeparabile calculi: nam à proprio ſigno ad rem ſignificatam argumentamur neceſſariò & inſeparabile ſignum ſemper comitatur affectum, quæ vera non ſunt in omni ſubſidentia ſabuloſa.

Diſtinguntur tamen arenulæ in hepate generatæ, ab illis quæ procreantur in renibus, & veſica, quòd illæ lateribus vaſis adhæreãt, neque vnquã ferè ſubſideãt ob tenuitatẽ, renũ autem & veſicæ ſubſidẽt. *Dolor grauis*, qui ſignum eſt calculi in rene, *augetur*, inquit Hip. loco cit. *cùm implẽtur cibo: nõ ſtatim* inquit Harculanus in ſua praxi, *ſed poſtquã deſcenderint cibi in inteſtina, præſertim in colũ.* Cũ enim renibus adhærear, os cùm plenũ eſt premit, & premẽdo auget dolorẽ.

Causa materialis omnis calculi est viscidus humor aut solus, aut mixtus cum arenulis. Efficiens verò calor vehemens siccans,& indurans materiam illam ex Hipp. loco cit.

Magnitudinis signa sunt vomitus æruginosus, inquit enim Hipp. 6. epid. *cùm creuerint dolores, æruginosa vomunt*, stupor femoris eius quod edicto respondet reni laboranti ostendit lapidis magnitudinem. Nam quandò magnus est calculus, comprimitur musculus psoas, qui ad supernam, & internã coxæ partem fertur, à qua compressione stupor nascitur ob interceptam spirituum viam propter compressionem nerui.

Tardus est morbus, præsertim si magnus fuerit calculus, nec possit per vreteres excludi, & licet excludatur, nihilominus intra certum temporis spatium rursus generatur.

Curatio instituitur ab Hipp. loco cit. his breuissimis verbis. *quiescere non conuenit, sed exercitari, non impleri iuuenes veratro purgare poplitis venã incidere, vrinam mouentibus deducere, attenuare, & mollire.* Incipit Hipp. à victus ratione, in quo meminit tantùm exercitij, & tenuis victus, ex quibus facillimum est cætera coniectare. Atque primò indicatione sumpta à causis efficiente, & materiali, calida & sicca sunt euitanda, cùm causa efficiens calculi sit calida & sicca. Item fugienda crassa,& viscida edulia, quod materia calculi existãt, vtendumque victu tenui, nã si dolor increscat quãdo cibis replẽtur,& cesset cùm cibis vacui sũt, vtendũ est victu tenui. Exercitio verò mediocri agitandũ corpus si æger perferre possit, quo calculus ad vesicã detrudatur facilius, præsertim cùm aut in vreteribus calculus consistit, aut

paruus delitescit in renibus,nam si in renibus magnus existat,ita vt egredi non possit,quies est præferenda exercitio, hoc enim exercitio fit, vt sanguinem mingat, ob venarum apertionem, & lacerationem.

Ætius ex Archigene scribit lac asininum calculosus assiduè heminæ mensura exhibendum post matutinas deambulationes,cùm lapidis generationem impediat. Aluus emollientibus clysteribus est solicitanda, posteà cogitandum de purgatione, & venæ sectione.Hipp.anteponit venæ sectioni purgationem,quòd vt plurimum cruditates multæ adsint, & forsan stomachi peculiaris cacochimia, quod cùm adest,venæ sectioni præmittendam esse purgationem omnes norunt. poplitis autem venam iubet aperiendam iuuenibus,idest ijs,qui viribus valent,&plethora laborant,ad doloris sedationem,& metu inflammationis futuræ,detracto sanguine, si fuerint humores præparati oportet purgare,non medicaméto violento,quale est helleborus, sed benigno, sin autem præparati non fuerint Hipp. iubet attenuandos humores,qui sunt materia lapidis, mollientia etiam vsurpanda ad sedatiónem doloris, atque hæc sunt, quæ Hipp. præstanda iubet,præscribitur parietaria frixa in oleo scorpionum & applicata.

Verum alia multa peculiaria sunt agenda. diuersa itaque remedia perhibentur pro diuersitate calculi: nam si sit magnus, & induratus vt non possit dissipari,incrementum eius prohibendum,dissolutio nullo modo tentanda;si verò recens concrescat, potest dissolui. Ea autem quæ dissoluunt recens concretum calculum, indurati calculi incremen-

tum, prohibent. Incipiamus ergo à clyſtere dolorem ſedante & euacuante ventrem. Nihil enim inquit Auicen. dolorem renum à calculo natum magis auget, quàm inteſtinorum repletio; ſi vomuerint ad vomendum prouoca. fiat itaque vomitorium ex aqua communi tepida, aceto, oximellite ſimplici & aqua raphani. Debēt inijci cliſteres parua quantitate, ne repletione inteſtinorum comprimantur renes, & dolor augeatur.

Quantum ad purgantia, leuientia medicamenta ſunt exhibenda. Nam inquit Auic. *cùm medicamentum per os exhibitum vehemens fuerit, impellendo humores verſus renes dolorem auget*: in lenificatione verò plurima fructus, quare diurectica fortia non iuuant, videndum ergò num diuretica conueniant in affectibus renum. Videntur conuenire, quia venas aperiunt, & materias attenuant, partibus impactas, tum quòd vrinæ copia, quam ad renes deducunt, cùm ex ſe abſtergendi vim habeat, eſt vtiliſſima. Ad id præſtandum Paul. Ægin. c. 15. in præſeruandis à calculo diuretica exhibenda cenſet cum oximellite ex eodem mirabilis eſt ſequens puluis ℞. ſeminis petroſelini, radicis eiuſdem, meditullio mundatæ añ. ʒ iiij. florum ſcordij ſteriati ʒ viij. in furno exſiccentur ſeparata & triturentur, miſceantur & propina ℈ ij. cum vino albo, aut iuſculo pulli, aut aqua conuenienti.

Marianus ſancti Borolitani pro ſecreto magno deſcribit clyſterem ſequentem ad doloris ſedationem ℞. decocti milij ℔ jß. eiuſdem Marriani ſecretum eſt ℞. ſtercorar. nimirum & columbæ. & porcellorũ añ. ℥ j. mellis deſpumati ℔ j. ß. fiat electuarium, capiat ʒ ß. cum iuſculo, vel vino, vel adde

facchari quantũ & mellis cap. ℥ ß. & addit hoc medicamentum diffoluere calculũ. Idem præftat femen antheræ ad ℈ ß. cum vino, mandibulæ lucij piftis fi in cinerem redigantur ad ʒ j. cum vino albo. Ad ftranguriam, quam patiũtur calculofi, dat. ℈ j. porcellorum cum vino. ad ardorẽ vrinæ fecretum, ℞. radicũ petrofelini, cichorij, fœniculi, afparagi, brufci, parietariæ, capparũ, feminis tribuli humidi añ. ℥ ij. vini albi boni phiolas tres, bulliãt omnia ad cõfumptionẽ tertiæ partis in ola lutata relicto in medio operculi foramine paruo ad menfurandam decocti diminutionem, de quo capiat ægrotus ℥ iij. mane, videbis mirabile in breui quod nõ eft meum nũc narrare, olei anethini, camomellini, buthiri añ. ℥ ij. falis parum, fiat clyfter. In colicis etiam prodeft multùm. fit ad eãdem intentionem cataplafma, ℞. foliorum caulium praffij, maluarum añ. m̃. j. radicis altheæ ℔ j ß. decoquantur in iure capitis veruecis, exhibeantur addendo mufcilaginis feminis lini, fœnugræci añ. ℔ j. ß. olei anetini, camomelini, liliorum alborum añ. ℥ iij. buth. ℥. vj. mellis autem ℥ v. piftentur. adde decocti fupradicta q. f. mifce farinæ hordei quantum fuf. fiat cataplafma, apponatur calidum. hoc cenfet Auic. fen. 8. l. 3. tract. 2. c. 8. Tamen contraria fententia probabilis videtur, quod materiæ nunquam debeant euacuari per loca infirma, loco namque affecto corroboratio debetur, non faftidium, & oppreffio. Id autem fit mediocriter aftringentibus, quaila non funt diuretica, ea enim aperiendi vi funt prædita ex Gal. c. 13. lib. 5. fimpl. quia renes & vefica facile debilitantur, & ad recipiendum apta efficiuntur. Adde quòd author de renum affectionibus fcribit deriuandos

esse humores in illis affectionibus per renes. quo hæc controuersia componatur censent authores medici distinguendum.primò diuretica impropriè dicta ea sunt omnia, quæ quoquo modo vrinæ copiam promouere possunt , quo significato omnia liquida,substãtiæ tenuis, diuretica vocari possunt, vt acetum , vinum album. Item quæ cùm sint tenuis substantiæ abstergunt, & penetrant, vt adiantum,gramen , & alia. propriè verò diuterica sunt habenda,quæ possident vim separandi serosos humores admixtos sanguini,colliquando,incidendo, separando , & hæc sunt tenuis substantiæ calidæ, siccæ in 3.gradu,vt seseli, daucus,& similia,de quibus loquitur Gal. 5. lib. c. 13. simpl. Alia sunt frigida, vt semen cucurbitæ, melonum, & similia.secundò ratione renum , & vesicæ , nam hæ partes disponuntur ad recipiendum affectionem, vitio in illarum partium substantia , existente, aut aliunde emanente per consensum. tertio aut nobis proponimus conseruare sanitatem illarum,aut præseruare à morbo.

His positis. In conseruatione sanitatis illius,qui in morbos renum incidere,solitus est, nullo modo conueniunt diuretica siue propria siue impropria, nisi qua ratione cum alterantibus miscẽtur ad corroborationem, aut repressionem intemperiei calidæ. Si verò accumularentur crassi, & viscidi humores in renibus , & vesica , aut vrinæ ductibus competerent diuretica impropriè dicta, oportet autem vt sempper purgatio præcedat. Si viæ minus latæ fuerint, tunc nullo modo conueniunt diuretica per se, sed accidens quatenus habent vim deferendi medicamenta,quæ illarum affectibus ad-

uersantur, ad vias affectas: in obstructionibus verò conueniunt.

Si verò humores multi vitio expultricis ad renes deferantur, nullo vitio in renibus existente, nullo modo conueniunt diuretica; sed ea quæ per secessum aquas educunt, vt ebulus, sambucus, iris, & similia. In renibus debilibus, & qui ex leui occasione in morbos incidere solent, diuretica non sunt ex vsu, ea namque commouent illos morbos, & materias ad renes impellunt.

His ita discussis, ad methodum institutam reuertamur. Componatur ergò talis clister ℞. lactis vaccini, aut alterius animalis ℔ j. vitella ouorum n. ij. olei communis ℥. iij. salis parum, fiat clister & inijciatur; si flatus adfuerint ℞. olei camomelini ℥. 6. inijciantur. Cùm æger est iuuenis, & robustus phlebotamiæ assuetus, ex saphena. Illi sanguinem mittere prodest in magno dolore.

His peractis de alijs remedijs cogitandum, fiat sacculus ex furfure, camomilla, anetho, melliloto cum oleo camomillæ decoctis, & apponâtur sæpè vel ℞. altheæ cum radicibus, maluæ, parietariæ añ. m̄. j. camomillæ m̄. ij. fœnugræci ℔. j. seminis lini ℔. ß. fiat decoctio, applicetur sæpè cum spongia. Deinde ℞. buthiri recentis ℥ j. ß. olei violati, pinguedinis gallinæ, olei amig. dulc. & liliorum añ. ℥ ß. ceræ q. ß. fiat vnguentum, vel ℞. Mucilaginis seminis lini, fœnugræci añ. ℥ vj. pinguedinis gallinæ ℥ iiij. farinæ hordei q. ß. fiat cataplasma.

Si istis dolor non cesserit remedijs, fiat semicupium ex remollientibus, & aperientibus, & si in-

tius inuoluitur therebentina optima, & cum forcipibus igni apponitur toties quoad calcinetur, extinguitur autem in aqua herniariæ, ononidis aut raphani, quò augeantur vires illius. puluis leporis in olla combusti, aut aqua illius per distillationem extracta mirè confert. puluis ossis poplitis posteriorum pedum leporis mirè prodest. puluis autem fit sine vlla adustione, potatur cum vino albo ad ℥ ij. Cinis scorpionum ab antiquis commendatur. fit autem hoc modo, includantur scorpiones colla vitreata, & benè obturata luto sapientiæ in furno ponatur cum paruo igne, exsiccentur, & non comburantur, de quo cinere capiat cum vino albo ℈.j. Oleum scorpionum si cum siphone in vesicam inijciatur, lapidem frangit veterum experientia, quæ de aue troglodite referuntur ab Ætro lege apud illum cap. xi. tetrabibli tertiæ sermone 3. lapis lincis, & iudaicus valde in hoc probantur, dantur ad ʒ. ß. puluis maxillarum, & dentium lucij piscis gallicè nuncupati (*brochet*) maximè confert ad calculos renum deturbandos experimento certo nostro. debet autem in vino albo infundi multis diebus antequam in puluerem redigatur.

In medicamentis compositis calculum comminuentibus hæ sunt obseruandæ normæ, incidentia debent immisceri, vt colamentum, cinnamomum, & similia, cum quibus etiam illa sunt adiungenda, quæ in renibus detineant medicamenta lapidem frangentia, qualia sunt mastix, gummi Arabicum, tragagantum, & similia. Item aperientia, quæ comminutum lapidem expellant, vt fœnugræcum, dauci semen, schenan-

diligenter vino albo generoſo, mox in ollam inijcito nouam vitro obductam, incruſtato illam luto aliquopiam, ac poſtea in furno exſiccentur, ita vt poſſint in tenuem puluerem redigi, tum verò affundè eiuſdem vini generoſi quantum poterunt imbibere, & rurſus exſiccato, ac tertio imbibito & exſiccato, vt ſuprà. Quartò verò puluerem irrorato, aqua diſtillationis fragarum, & olei ex calcantho ℥ j. poſtea inijce, & ſicca rurſus, vbi fuerit exſiccatum & bene pulueratum ſeruato in vaſe vitreo.

His datis ad puluerem accedendum, ℞. pulueris vitri calcinati ℥ iij. pulueris leporis vſti ℥ ij, pulueris auis trogloditis ℥ ß. ſanguinis hirci præparati modo dicto ℥ jß, amomi ℥ ij. ſeminis cardui, dauci, millij ſolis, aſparagi, añ. ℥ j. gummi tragacanti, & arabici añ. ℥ ß. fiat puluis, datur à ℥ ß. ad ℥ j. cum aqua, aut decocto aliquo diuretico, aut ℞. vitri calcinati ℥ ij. pulueris leporis præparati ℥ jß, lapidis Iudaici, & lincis, lapidis ſpongiæ, ſanguinis hirci præparati añ. ℥ j. pulueris auis trogloditis ℥ iij. pulueris veſicæ apri, cicadarum mortuarum, & in terra exſiccatarum, vermium terreſtrium exſiccatorum, cinerum ſcorpionum añ. ℈ ij. maſticis, aut gummi arabici añ. ℥ ß. fiat puluis, datur ad ℥ j. ß. ℞. ſucci fœniculi, petroſelini, apij añ. ℔ ß. in quibus intinge panis micam vnam, aut duas, appone regioni renum, & veſicæ ℞. bugloſſæ totius m̃. j. terebenthinæ ℔ j. diſtillentur ex oleo, capiat guttam vnam cum vino albo, mirabile. ℞. aquæ maluarum q. ſ. in qua infunde eryngij minutim inciſi ℔ j. ononidis, parietar. milij ſolis añ. m̃. iij. amigdal. amar. ℔ ß. deſtillentur in b. m̃. ex hac aqua dentur

Dd

℥ vj. corpore bene expurgato, in balnei aquæ tepidæ aut ſemicupij ingreſſu. vel ℞. pulpæ caſſiæ ℔ j. limonum inciſo. ℔ ß. deſtillentur in bal. m. detur ad ℥ vij. vel præſtantius, ℞. ſucci limo. & vini maluatici añ. ℥ ij. miſceantur, dentur, mirum eſt remedium ſi addatur ſacchari candi ℥ ß.

Lapidis in veſica contenti indicia. CAP. XXXII.

LAPIDEM in veſica contineri ſequentia ſigna indicant, pruritus in ima membri parte, tum in extrema, quò incitantur ægri ad pudendum digitis ſcalpendum. hoc fit à vapore acri ex capacitate veſicæ eo delato. vrina tenuis, & aquoſa, quod cruda ſit ob debilitatem viſicæ, frequens meiendi cupiditas, propter acrimoniam vrinæ, quam acquirit longa mora in veſica non poteſt libere expelli propter calculum, qui meatum, obturat. perſpicitur etiam ex eo, quod ſi concutiantur nates verſus partes inferiores, vrina liberiùs fluat, ea namque cõcuſſione deprimitur lapis ad veſice fũdum, liberiuſque exit vrina. quare æger conſtituatur in lecto, deinde ſurſum elatis cruribus, ita vt Chirurgi, aut alterius ſcapulis immitatur, qui ſuis brachijs debet crura amplexari, & amplexata concutere. Item cùm dolor ſedatur per mutationem ſitus corporis.

Certa prætereà ſunt indicia ſi immiſſa cannula, aut cathetere in veſicam lapis ſentiatur; aut ſi immiſſo digito in anum lapidis durities deprehendatur. Alij addunt pondus in pectine perceptum, quod in maioribus natu quærendum eſt, nam pueri hoc referre neſciunt. Adde quod hoc ſignum eſt potius magnitudinis calculi, quàm calculi ſimpli-

citer. Nam parui lapilli sensum grauitatis non pariunt; magnitudinis etiam indicium est, si præ violentia conatus in mingendo egrediatur intestini recti principium. Si verò cum vrina sanguis eijciatur, signum est asperitatis ipsius calculi.

Hippocrat. l. de aëre, locis, & aquis scribit, *cùm aluus ardens est, & feruida fuerit, in ijs necessè est etiam vesicam idem perpeti*, quare & pueris ipsis interno cùm maximè vigeant calore, mirum non est, si vesica calida reddatur. quamobrem in pueris generantibus calculos in vesica, oportet iuxta sumen applicare remedia frigida, &. medicamenta per os similia; & victum instituere refrigerantem.

Curatio autem calculi vesicæ non differt à curatione calculi renum, præterquam sectione, quæ chirurgica est.

De vlcere renum & vesicæ. CAP. XXXIII.

QVIA similitudo solet doctis medicis imponere, semper affectus distinguendi sunt, qui similes esse videntur, sunt enim multa similia in vlcere vesicæ, & renum, & potissimum sanguinis, & puris reiectio per vrinas. Differunt tamen in multis. primo qui vlcere renum laborant, nulla difficultate vrinæ premuntur, quæ tamen difficultas semper comitatur vlcus vesicæ, secundò differunt ramentis partium reiectis, nā ramenta renum sunt rubra, & carunculæ dicuntur. Vesicæ autem alba, & membranea. tertiò colore, consistentia, & quantitate sanguinis excreti nam qui ex

renibus educitur sanguis, rubicundus est & perspicuus, qui à vesica albior; à renibus multus, à vesica paucus. Quartò, qui sanguis à renibus educitur perfectè miscetur cum vrina, à vesica non item. Nam ex itineris longitudine commixtio fit perfecta, ob quam quidam asserunt sanguinem à renibus profluentem in vrina non subsidere, à vesica autem residere. Quinto, pus renum liquidius est quàm vesicæ, nam pus à vesica crassum est, pituitæ admixtum, subsidet in vrina, eiusque maior fœtor, quàm puris renum. Sextò, differunt loco doloris, tum quantitate ipsius, maior namque in vesica, quàm in renibus.

Licet ita se hæc habeant, à pure tamen reiecto per vrinas, non concluditur necessariò vlcus renum, aut vesicæ: nam in tumore præter naturam connexæ partis iecoris pus sæpissimè reijcitur per vrinas, pleuritide, & empiema nonnunquam repurgantur per vrinas, quare distinctio captanda est, ex signis designantibus partes affectas.

Causæ vlceris renum sunt tumor præter naturam apertus, capillorum, & arenularum transitus, præsertim si fuerint inæquales, scabies, pustulæ, frequens transitus rerum acrium, vt vrinæ, puris, medicamentorum, & humorum, vulnera inflicta, quæ omnia facilè dignoscuntur.

Tardus est morbus, magnus aliquando symptomatum magnitudine, nempe vrinæ ardore, stranguria, quæ vigilias excitat, à quibus totius corporis consumptio.

Hippocrat. 6. epid. scribit *vesicæ, & renum vitia in senibus difficulter curantur, & in alijs non facile*, quod medicamenta ad illas partes integris

viribus ferri non possint. secundò, quia vrina acris continuò feratur per illas partes, quocirca longus est morbus, & per sæpè ægros ducit ad interitum, & præsertim senes, cùm in illis difficiliùs vlcera sanentur, quàm in iuuenibus propter defectum laudabilis sanguinis.

Varij sunt scopi ad sanandum vlcus renum & vesicæ. primus est humorum in corpore redundantium expurgatio, in quo aduertendum est, ne medicamenta sint violenta, vlceri namque nocerent. secundus, est humorum in partem labentium diuersio, quæ statim facienda est in principio. fit autem deriuatione, vel diuersa purgatione; nam à renibus & vesica trahuntur humores ad intestina, tum sanguinis missione. Deriuatio quidem per venas inferiores tibiæ, aut pedis: diuersio per venas brachij, fiunt etiam cucurbitulis, & frictionibus. Reuulsio etiam fit vomitu ex Auic. c. de vlceribus renum, qui maximè prodest: concitatur autem medicamentis, vomitorijs, aut penna, vel digitis immissis in os. tertius, scopus est vlceris cum lenibus medicamentis detersio à principio vsque ad primam incrementi partem, detersio verò maior erit adhybenda à secunda incrementi parte ad statum vsque. tum demum vehementiora abstergentia erunt applicanda. quartus, carnis regeneratio. quintus, consolidatio vlceris, siue siccatrisatio.

Tempora autem vlcerum cognoscuntur ex cruditate, aut coctione puris maiore, aut minore.

Verùm in medicamentis topicis obseruandum,

vt cum medicamentis quædam miſceantur anodyna, & retinentia medicamenta in renibus, in methodo verò à lenioribus eſt auſpicandum, admiſcendo ſemper ea, quæ dicta ſunt prout neceſſitas poſtulabit. leuiora verò ſunt aqua hordei integri, in qua coquatur radicis fœniculi ℥. j. liquiritiæ ℥ ß. capiat ℥ vj. aut viij, vel inijciatur cum ſyphone in veſicam, vel ℞. hordei integri ℥ jß. radicis fœniculi, ℥ j. radicis liquiritiæ ℥ ß. fiat decoctio, de qua ſumat ℥ vj. addendo tragacanthi puluerati ʒ ß. croci g. iiij. capiat in hydromellire, poſſunt decoqui thyrſi, maluæ, & glicyrrhiza. Fortiora ſunt litoſpermum, radix apij, dauci, alchechengi, & adhuc vehementiora, ariſtolochia, iris, terebenthina, opponax in pillulis data. hoc compoſitum multi commendant ℞. ſeminis citrulli, cucumeris ſatiui mundatorum, ſeminis papaueris albi, & nigri, gummi amigdalarum, tragacanthi, anyli, ſeminis portulacæ, ſeminis maluæ, althex, laccæ ablutæ añ. ʒ v. ſpodij, ʒ. vj. boli armenæ ʒ. x. granorum pini maiorum & minorum excorticatorum, ſeminum alkekengi montani añ. ʒ iij. ſucci liquiritiæ, ſacchari, & pſilij añ. ʒ xx. terantur omnia præter ſaccharum, dentur ʒ. v. cum aqua hordei integri.

Ad conſolidationem vlcerum, renum trochiſci Gordonij mirè conferunt, qui à Gordonio, & Fontanono c. de vlcere renum deſcribuntur, ℞. foliorum plantaginis, caudæ equinæ, & conſol. maioris añ. m̃. j. adianti m̃. ß. glycyrrhiſæ contuſæ ℥ j. ſummitat. maluarum, fœniculi, petroſelini añ. m̃. ß. amyli, gummi arabici, tragacanthi, boli

armeni præparati añ. ʒ j. dactyllorum per frusta incisorum detracta interna cute & nucleis p. iij. seminum lactucæ, & portulacæ añ. ʒ j. ß. fiat decoctio in aqua pluuiæ ad ℔ j, ß. coletur, colaturæ adde sacchari candi ℥ iiij, penidiati ℥ ij. fiat iulep, capiat ℥ viij. mane, continuet. Lac sedat dolorem, cui si addatur albuminis oui aquosior pars mirum remedium existimatur. hæc compositio sedat dolorem, ℞. seminis portulacæ, lacti endiuiæ, scariolæ añ. ʒ ij. florum nenupharis & viol. añ. ʒ j. granorum papaueris albi ℥ j. granorum sebesten. ℥ ij. seminis hyoschiami albi ʒ ß. crocri ʒ j. liquiritiæ mundæ ʒ vj. granorum pini ʒ x. coquantur in ℔ vj. aquæ ad tertiæ partis consumptionem colentur & leuiter exprimantur, dentur ℥ vj. in aurora, ex ea poterit fieri sirupus cum saccharo.

Difficile est vesicæ vlcera carne replere cùm membranea sit. prætereà medicamenta misceantur cum vrina, quæ cum abstersiua sit incarnari prohibet, quare diligenter aduertẽdum, quid præstandum sit in carne vesicæ regeneranda. vt hoc fiat, medicamenta sunt eligenda, quæ adhæreant parti, sanguinem attrahant, & quæ partibus complexione, & consistentia conueniant; viscida ergò sint oportet, vt thus gummosum, puluis ireos, radix pentaphili, centaurij minoris, sypuridis, siue caudæ equinæ, flos hypochistidis, altheæ, corallum rubrum, sarcocola, flos hypericonis. Composita sunt, ℞. mucilaginis, seminis altheæ, citoniorum, psilij añ. ℥ j. aquæ albuminis oui conquassati ℥ j ß. lactis muliebris ℥ ij. cerusæ ℥ iij, gummi Arabici ʒ ij. misce exactè in mortario plumbeo, & cum syphone inijciantur quater in die. vel ℞. plumbi vsti

medullæ, ſeminis melonum an̄. ℥ v, ſpodij ℥ ij. gummi arabici, ſeminis papaueris albi, cornu cerui combuſti an̄. ℥ iij. opij ℥ j. hyoſchyami albi ℈ j. myrrhæ ℥ ij. tere, & miſce cum aqua endiuiæ, de quo capiat q. ſ. vel diſſolue cum lacte, & inijce cum ſiphone. Incarnantia medicamenta, quia ſicca incarnandi vim habeat: nam ſiccitate ſua ſuperficiem carnis exſiccando duram efficiunt: propriè tamen ea conſolidare dicuntur quæ præter ſiccitatem habent ſtipticitatem, & obſtructionem, quare vnum, & idem varie præparatum hæc duo præſtare poteſt, vt tragacantum, gummi arabicum torrefacta. Conſolidant; ſimpliciter autem vſurpata glutinant, & carnem generant. propriè conſolidantia ſunt luthum armenum, ſanguis draconis, hypochiſtis, carabæ, ex his parari poteſt hoc remedium ℞. boli armenæ, ſanguinis draconis, hypochiſtidis, carabæ, ſeminis melonum, gummi arabici amyli, roſarum, an̄. partes æquales conficiantur trochiſci cum ſucco caudæ equinæ, inijciantur cum aqua plantaginis in ſufficienti quantitate.

Additio de renum & veſicæ vlcere.

Anni vnius ſpatio, aut diutius incoquatur hordeum integrum in iuſculis liquiritiæ, & cũ pauco cinnamono ad diſſipãdos flatus, qui producũtur ab hordeo, diluatur vinum aqua hordei. Extra paſtum tempore ſitis vtatur hydromellite cõpoſito ex decocto hordei, liquiritiæ, melle, & ſaccharo roſato. poteſt etiam cum magno fructu vti decocto liquiritiæ ſolius, quo ſolo aliqui fuere ſanitati reſtituti. Capiat hordeatum mane hora ℥. cum ſaccharo roſato. alternis diebus, die-

bus verò interpositis capiat cyathum vnum emulsionis sequentis ℞. amigdalarum excorticatarum ℥ j. seminum melonum, cucurbitæ, citruli, cucumeris, ʒ ij. pistentur, dissoluantur cum aqua hordei ad ℥ v. colentur, capiat dictam quantitatem. septimo die ℞. cassiæ recens extractæ ʒ v. rhabarbari puluerati ʒ j. fiat bolus, capiat mane; sequenti die ℞. terebenthinæ lotæ in aqua hordei ℥ ß. deinde 6. dierum spatio capiat sequens decoctum ℞. pirolæ, tormentillæ albæ añ. m̄. ß. alchimillæ p. ij. betonicæ, fragariæ, equiseti, agrimoniæ, gariophilatæ, vnicæ peruincæ, pillosellæ, virgæ aureæ añ. m̄. j. radicis consolidæ maioris & rubię maioris añ. ʒ. j. ß. fiat decoctio ad ℔. j. ß. coletur, addatur sacchari rosati ℥ j. ß. capiat 6. diebus, deinde reuertatur ad supradicta remedia, continuet quoad sanitati iterando restituatur.

Aqua balneorum aquensium est mira in hoc affectu bibita mane ieiuno stomacho. Item aqua fontis meinæ mirum est, quàm promptè dolores vlcerum vesicæ, & renum sedet decoctum turionum, maluarum, sumptum ieiuno ventriculo. potest addi aliqua portio buthiri recentis. ℞. vnguenti albi Galeni ℥ iij. vnguenti rosati Mesues ℥ ij. succorum plantaginis & poligoni añ. ℥ j. aceti rosati modicũ, fiat linimentum, vnguatur regio renum si doleat multùm, ℞. maluarum, violariæ añ. m̄. ij. altheæ m̄. j. florum camomillæ p. ij. fœnugræci ℥ j. sulfuris p. j. fiat omnium decoctio in aqua, addantur farina fabarum, & hordei, olei camomelini, & violati q. s. fiat cataplasma, applicetur loco dolenti.

De diabete. CAP. XXXIIII.

DIABETE est profluuium vrinæ ferè continuum. Signa illius sunt, sitis magna, & vrinæ fluxus, in quo ea quæ bibuntur sine vlla mutatione excernuntur per vrinas. Verum pro ratione causæ distinguitur magnitudo symptomatum. Nam sitis maior est causa existente calida, quàm frigida, in eo morbo afficiuntur renes. Constat namque diabetem esse affectionem partium vrinæ excernendæ dicatarum, at siue fiat attractione, siue expressione, siue vt loquuntur, transmissione, renum affectio est, vesica enim non attrahit serum, neque exprimit frigore, sed molestiæ sensu; ergo renum est affectio. Gal. cap. 2. lib. 6. Loc. affect existimauit sola fieri attractione renum in suo officio excedente, & retentrice debilitata, quod vt scribit Auic. vt plurimùm accidit, tamèn ipse putat diabetem à frigore etiam nasci per expressionem, & transmissionem. Modum attractionis explicat his verbis Galenus. *In primis trahitur sanguis serosus ex venis quem cùm renes totum attraxerint, videaturque sanguis in venis humiditate serosa destitutus, & spoliatus, exsiccata tum vasa humorem trahunt ab hepate, deinde ex intestinis & ventriculo. Cùm itaque exsiccatæ fuerint venæ, quæ in ore ventriculi sunt, potum desiderat homo.* Transmissionis modum exponit Capiuaccius hoc modo, *quando igitur renes sunt frigidi, tunc impossibile est fluxionem vrinæ fieri per modum attraxionis, sed fit per modum transmissionis, vt pars robusta transmittit ad debilem.* Renes frigidi possunt quidem humorem præsentem,

quem in se continent exprellere compressione. Verùm nisi ex aliis partibus serum ad renes detrudatur, tanta copia non potest affluere vt pariat diabetem, quamobrem necesse est partes reliquas totius corporis frigidas esse, & compressas vi frigoris, quo transmittant serosum humorem exprimendo in renes. ob id scribit Auicen. *fit diabetes nonnunquam à frigore dominante corpori, & renibus.* Venerunt autem illi authores in hanc sententiam, quod frigida exhibita noceant, calida iuuent. Obseruarunt hoc malum in frigidis temperamentis, in senibus, & decrepitis, hyemis tempore sine vlla febre, vel alteriùs partis ardore, sine vllo ardore renum; quæ sunt signa causæ illius proximæ.

Si vero contingat ab attractione renum violenta, adest calor perceptus circa renum regionem, calida applicata nocent, frigida iuuant. afficit verò potissimum iuuenes calidos temperamento Auic. aliam causam recenset proximam huius affectus dilatationem, & apertionem vreterum, quæ contingit, cùm retentrix debilis est propter mollientem partium, quæ incommoda est omnibus facultatibus naturalibus, præterquam coctrici ex Gal. c. 3. lib. 3. de symp. cau. Renum autem facultas retentrix perexigua est naturæ instituto, diu enim serum retineri non erat opus propter loci angustiam & attractricis robur.

Frigiditatis renum, & totius corporis, causas procatarticas duas recenset Auicennas potum nimium aquæ frigidæ, aut refrigerationem vt acetum, vinum album. Item quæ cùm sint tenuis substantiæ abstergunt, & penetrant, vt adianiũ

gramen, & alia. proprie verò diuretica ſunt habenda, quæ poſſident vim ſeparandi ſeroſos humores admixtos ſanguini, colliquando, incidendo, ſeparando, & hæc ſunt tenuis ſubſtantiæ calidæ, ſiccæ in 3. gradu, vt ſeſeli, daucus, & ſimilia, de quibus loquitur Gal. 5. lib. cap, 13. ſimpl. Alia ſunt frigida, vt ſemen cucurbitæ, melonum, & ſimilia. ſecundò ratione renum, & veſicæ, nam hæ partes diſponuntur ad recipiendam affectionem, vitio in illarũ partium ſubſtantia, exiſtente, aut aliunde emanante per conſenſum. tertio, aut nobis proponimus conſeruare ſanitatem illarum, aut perſeuerare à morbo.

His poſitis in conſeruatione ſanitatis illius, qui in morbos renum incidere ſolitus eſt, nullo modo conueniunt diuretica ſiue propria ſiue impropria, niſi qua ratione cum alterãtibus miſcentur ad corroborationem, aut repreſſionem intemperiei calidæ. Si vero accumularentur craſſi, & viſcidi humores in renibus, & veſica, aut vrinæ ductibus cõpeterent diuretica impropriè dicta oportet autem vt ſemper purgatio præcedat. Si viæ minus latæ fuerint, tunc nullo modo conueniunt diuretica per ſe ſed per accidens quatenus habent vim deferendi medicamenta, quæ illarum affectibus aduerſantur, ad vias affectas: in obſtructionibus verò conueniunt.

Si verò humores multi vitio expultricis ad renes deferantur, nullo vitio in renibus exiſtente, nullo modo conueniunt diuretica; ſed ea quæ per ſeceſſum aquas educunt, vt ebulus, ſambucus, iris, & ſimilia. In renibus debilibus, & qui ex leui occaſione in morbos incidere ſolent, diuretica non ſunt ex

vſu,ea namque commouent illos morbos,& materias ad renes impellunt.

His ita diſcuſſis,ad methodum inſtitutam reuertamur. Componatur ergò talis clyſter, ℞. lactis uaccini, aut alterius animalis ℔ j. vitella ouorum. n̄. ij. olei communis ℥ iij. ſalis parum, fiat clyſter & inijciatur; ſi flatus adfuerint,℞.olei camomelini ℥ 6. inijciantur. Cùm æger eſt iuuenis & robuſtus phlebotomiæ aſſuetus, ex ſaphena illi ſanguinem mittere prodeſt in magno dolore.

His peractis de alijs remediis cogitandum, fiat ſacculus ex furfure, camomilla, anetho, melliloto, cum oleo camomillæ decoctis,& apponatur ſæpè vel ℞.altheæ cum radicibus,maluæ, parietariæ añ. m̄. j. camomillæ m̄. ij. fœnugræci ℔. j. ſemitotius corporis ab externo aëre, vel aquam; quæ ab ægris deteguntur medico.

Hic morbus periculo plenus eſt, in tabem enim neglectus ægrum protrudit vehiculi ſanguinis priuatione: non enim defertur alimentum ad partes vnde atrophia& exſiccatio. A cauſa interna pericuculi plus habet, quàm ab externa, ab calore nimio renum mauis periculum creatur, quàm à frigore corporis.

Si plethora adſit detrahatur ſanguis conſtantibus viribus, moderatè autem extrahendus ex Auic.nam vires futuræ ſunt debiles, quæ magnam euacuationem ferre non poſſunt. In morbo inueterato nullo modo ſanguis mittendus, mittitur verò ad deriuationem ex venis inferioribus, ad reuulſionem ex venis brachij. Si affectus oriatur ex dilatatione vaſorum, aut ex nimio calore renum medicamenta frigida ſunt exhibenda, vt ℞. caſſiæ recentis extra-

ctæ ʒ vj. pulpæ tamarindorum ℥ ß. fiat bolus, aut ℞. ſyrupi roſati ſolut. ℥ iiij. mirobolanarum citrinarum puluerarum ʒ j. iuris puli q. ſ. fiat potio. Clyſteribus etiam vtendum ex decocto hordei, lacte, ſero lactis, oleo violato, tum etiam decocto rerum emollientium, hunc ſyrupum mirificè laudat Augenius, ℞. ſyrupi nenupharini & de papauere añ. ℥. ſpecierum trociſcorum de ſpodio ℈ ij. philonij perſici ʒ j. decocti, vngulæ caballinæ, equiſceti, & poligoni in aqua chalybeata facti q. ſ. capiat horis 5. ante prandium & à prandio hora 3. continuet longo tempore.

In cauſa calida ſeſſio in aqua frigida multùm prodeſt, vomitus ad diuerſionem optimus ſenſetur ex aqua tepida, & oleo paretur.

Si diabete à compreſſione oriatur euacuandum lenibus medicamentis, vt mirobolanis, agarico, & cæteris ſimilibus ne vis renum debilis catarticorum violentia debilitetur magis. Regio renum vngatur vnguento roſaceo Meſue, vel cerato ſandalino in calida affectione. In ea verò quæ fit ab expreſſione oleo maſticino cum puluere nucum cupreſſi. Tandem vſurpanda ſunt aſtringentia, vt ℞. trochiſcorum de ſpodio, de balauſtijs, de hypochiſtide añ. ℈ j. ſacchari roſati antiqui ℥ ij. pulueris cæterac ʒ ß. cum omphacio, fiat electuarium, datur ad ℥ ß. aut ſolum, aut cum aqua aliqua refrigerante, ℞. ſuberis puluerati ʒ j. capiat cum conſerua roſarum liquida, aut ſicca ℞. vngulæ porci in furno ſiccatæ intra vas terreum ʒ. j. capiat cum iuſculo, vngula debet ſiccari, non vri, ℞. acaciæ ʒ ij. roſarum rubrarum ſiccarum ʒ iij. balauſtiorum ℥ ß. gummi arabici ʒ ij. tragacanti ʒ j.

terantur & criblentur, conficiantur cum mucilaginis philij, & dantur cum aqua frigida ad ʒ j. extrinſecus etiam applicanda aſtringentia, vt ℞. olei omphacinj, & roſati, añ. ℥ j. balauſtiorum, gallarum immaturarum, corticis granatorum, hypochyſtidos pulueratorum añ. ℈ j. ceræ q. ſ. fiat vnguentum, applicetur regioni renum, ℞. farinæ hordei q. ſ. infundatur in olei roſati ſ. q. aceti parum apponatur renibus frigidis.

Proprietate occulta conferunt cerebrum leporis comeſtum, & veſica porci cocta, vt poſſit in puluerem redigi & diſſoluta in mortario cum pauco vino albo, & bibita ad ʒ j. ſingulis matutinis.

℞. Karabe, lapidis hæmatites, coralli rubri, raſuræ eboris añ. ℥ ß. ſeminum plantaginis, naſtur. in ſatarg. aſſat. añ. ℈ iiij. oſſis mirabol. baccharum cupreſſi, bacch. quer. gladium combuſtarum, & in aceto extinct. añ. ʒ ij. roſarum rubrarum p. j. myrthillor. boliarmeni añ. ʒ j. tragacant. combuſti ʒ ij. ß. ſabinæ, camepitheos añ. ʒ j. vermium terreſtrium in vino rubeo exſiccat. in furno ℥ ß. cum triplicato ſaccharo, capiat cum pauco hydromellite ʒ j. pillulæ de cynogloſſa ad ʒ ß. aut ʒ j. voratæ ſiſtunt vrinæ profluuium. Commendatur hoc remedium, ℞. ſucci hyoſciami, & papaueris añ. ℥ i. ſucci lolii ℥ ß. miſceantur, capiat ʒ i. aut ʒ ii.

De stranguria, dysuria, vel vrinæ stillicidio. CAP. XXXV.

GALENVS ad aphorismum 48. lib 7. scribit, *Stranguriam esse excretionẽ vrinæ guttatim factam.* Cato de re rustica lotij substillum appellauit; quotiescunque autem vesica nondum iusto modo plena cogitur ad excernendam vrinam fit stranguris ex Galeno com. in lib. 3. epid.

Est autem quadruplex stranguria. vna dicitur totius corporis, cùm nimirum vniuersum corpus acuto morbo correptum per vrinam repurgatur, quam Hipp. particula 8. sect. 2. lib. 1. epid. stranguriam non nephriticam appellauit. secunda, vocatur nephritica cum acris & purulentus humor in rene contentus stillatim per vesicã excernitur, tertia vesicaria quæ pendet à sola refrigeratione, & debili retentrice vesicæ, de qua Hipp. aph. 48. lib. 7. quarta proximorum locorum, cùm scilicet propter inflammationem intestini recti, aut vteri vrina acrior reddita stillatim effluit.

Vrinæ stillicidium aut pendet ab impotentia facultatis retentricis colli vesicæ, vel ob vehemẽtiam excretricis, vel ob excedentẽ vim attractricis. Retentrix debilitatur ab intemperiæ frigida humida, aut humida solũ, atque vt vniuersaliter loquamur, à quouis excessu intemperiei, omnis namque intemperies immoderata lædit actionem partis in qua est, alia tamen magis, alia minùs, alia primo & per se, alia per accidens. Intemperies frigida & humida, retentricem debilitat duobus modis per se aut per accidens, per se quidem, quia retentrix fit

naturaliter

naturaliter per calidum & ſiccum, quare à frigido & humido vt contrarijs corrumpitur, per accidens autem obſtruendo vias per quas ſpiritus feruntur ad collum veſicæ, illis vero priuatum paralyſi afficitur ad quam ſequitur vrinæ ſtillicidium & miſtio inuoluntaria.

Nonnunquam debilitatur retentrix ob reſolutionem ſpirituum à frequenti vſu diureticorum calidorum, nonnunquam à frequenti miſtione, omnium enim partium retentrix, facultas ſolet debilitari ab euacuatione frequenti, aſſueſcit enim non retinere. quare fit ferè immemor officij.

Vehementia facultatis expellentis pendet aut ab intemperie calida ſicca, aut frigida humida aut exceſſu cuiuſlibet intemperiei. idque per ſe; per accidens verò multis de cauſis. primò ob dolorem in collo veſicæ præceptum quo ſollicitatur facultas ad expellendum. ſecundò propter vlcera colli veſicæ, excoriationes, pruritus vel ſcabies. tertiò propter vrinæ aut humorum mordacium acrimoniam. quartò propter nimiam copiam vrinæ ab alijs partibus corporis in veſicam deriuatam. quintò propter lapillos & arenulas in veſica contentas, fit autem omnium illarum rerum expulſio propter rationem iam dictam, quod ſcilicet omnes partes id ſoleant expellere quod moleſtum eſt. ſextò propter conſenſum cum alijs partibus vt cum vtero, inteſtinis, ſphinctere, interfœmineo; dum enim hæ partes laborant vlcere vel inflammatione, afficiunt veſicam proximam per conſenſum, vnde naſcitur vrinæ ſtillicidium.

Eadem ratione attractio vehemens in causa esse potest vrinæ stillicidij; fit autem calore nimio aut dolore interdum his iunctis; simul enim cum spiritu, humores, & secum ad partes dolentes attrahuntur, vnde pars onere grauata expellit sæpissimè quod molestum est. hinc nascitur vrinæ stillicidium.

Curatio instituitur varia pro causarum diuersitate, si frigida & humida intemperies stillicidij vrinæ causa extiterit calefacientibus, & exsiccantibus est vtendum. primò itaque præparetur pituita, deinde expurgetur, partim verò applicentur fotus & vnguenta discutientia. si paralysis sit causa stranguriæ, curetur remedijs ad paralysim descriptis. cùm vsus diureticorum stranguriam pepererit, excitaturque stranguria à fluxu consueto, astringentibus est vtendum. Vitium immoderatæ expultricis ab intemperie calida & sicca nascens frigidis humidis curatur. Remedia symptomatum reliquorum quæ expultricem concitant iam dicta sunt, & postea dicentur. Attractricis vehementioris vitia si pendeant à nimio calore aut dolore, sanantur remedijs dictis. Auic. & Paulus vtuntur in omni stillicidio, vrinam iuuantibus à proprietate, qualia sunt puluis ex gutture gallinæ, puluis ex vesica suilla, puluis testiculorum leporis & cerebri eiusdem, conferunt etiam illa mingenticis in lecto, capiuntur verò à ʒ j. ad ʒ ij. cum diureticis, quoad vesicam deferantur.

De suppreßione vrinæ. CAP. XXXVI.

CAVSA suppressionis vrinæ aut est in renibus, aut in vesica, aut in ductu illius existit; in renibus cum ambo obstruuntur, aut non attrahunt secum. Obstruuntur renes à lapillis, à calculo, tum à crassis & viscidis humoribus, vel rerum affectu potest laborare vreter & vena emulgia, de quibus vnde Petrum Salium lib. de affectionibus partium capite 14. non attrahitur vrina ob debilitatem renum, quæ consistit, in mollitis eorum. Vidimus aquis sectiis iuuenem febre continua laborantem cum perfecta vrinæ suppressione post obitum, dissectum fuit cadauer & inuenti sunt renes spongici molliores, vnde coniecimus suppressionem vrinæ à debili attractrice renum natam fuisse, præsertim cum ne gutta quidem vrinæ inuenta fuerit in vesica.

Si causa fuerit in vesica, aut est debilitas expultricis, aut ductus vrinarij impedimentum, si debilitas expultricis suppressionem effecerit, vrina egredietur dum premetur sumen. Impedimentum ductus nascitur à re obturante aut à comprimente, aut partium subsidentia. obturatur ductus à tumore præter naturam à caruncula, aut lapillo, à grumo sanguinis, à pituita viscida à pure. compressio fit, à tumoribus partiuum vicinarum vt intestini. & vteri subsidentia, aut à nimia siccitate, vt à febribus ardentibus: aut per conuulsionem, vt scribit Gal. com. in aph. 17. lib. 3.

Cum causa suppressionis est in renibus, vesica nullo humore tumet, cum in vesica est, tumescit & dura est, debilitas expultricis nascitur à frigore. Quare dignoscitur frigore partis tum ex causis frigiditatem generantibus. res obstruentes facile dignoscuntur : nam si lapis obstruat meatum, signa iam explicata fuere in capite de lapide vesicæ, si sanguinis grumus ab excretis petitur dignotio, excretio autem illorum procuratur immissione cannulæ iunci aut candelæ, eodem pacto depræhenditur pituita viscida & pus. Carunculæ solent sequi vlcera, ductus quæ nascuntur aut à gonorrhoea aut ab ardore vrinæ, in subsidentia coalescunt latera ductus, ita vt nihil intromitti possit sine violentia, tumores, partium proximarum percipiuntur ex renitentia illarum, & dolore.

Vrinæ suppressio periculosum est malum, generat namque dolores à distentione, conuulsiones, tremores, & desipientias per ascensum seri in cerebrum, apoplexiam. si fiat renum vitio insanabilis est fere, si à debilitate facultatis expultricis vesicæ tollitur quidem manibus comprimendo : sed causa non facilè aufertur. In tumore ductus genito à sanguine species est suppurationis : à frigidis verò & crassis humoribus duratione longa spes sanationis eripitur. Lapis transponi potest coxarum succussione ; sed vix auferri nisi per sectionem. Caruncula exteri potest. reliqua quæ obstruunt facilliùs aufferri possunt, tum, & subsidentia & siccitate sola, vt conuulsio à repletione, à siccitate autem neruo-

rum insanabilis, nihilominus obstructiò à grumo sanguinis, nisi cito curetur mortem adfert, nam grumus sanguinis dùm corrumpitur, malignitatem acquirit, vnde consequi potest mors.

Debilitas vesicæ curatur purgatione humorum frigidorum, topicis calefacientibus appositis & immissis. grumus sanguinis dissoluitur remedijs dictis capite de sputo sanguinis, pituita purganda, & diuertenda, deinde ℞. radicis lapati acuti q. s. contundatur vehementer, & cum cyatho vini albi vna misceatur, coletur, & bibatur ieiuno stomacho. si pituita obstructionem pepererit, immittatur in vesicam candela inuncta oleo scorpionum, vel ℞. olei terebintinæ arte chimica extracti ʒ j. syrupi violati ℥ j. aquæ raphani aut ononidis q. s. fiat iulep, capiatur. Petrus Salius capite 14. scribit *in extrema necessitate dentur* ℈. II. *cantharidarum integrarum cum semin. ameos* ℈. I. *quod est cantharidarum antidotum, vt probaui*, verùm vt dulcis fiat remedium adde zacchari candi puluerizati ʒ ß.

Cum pus adest, quia ab vlcere nascitur, vlceris curationi est incumbendum, tumores præter naturam illarum partium sanantur cùm dictis remedijs in alijs capitibus. Caruncula sanatur purgatione humoris dominantis in corpore, remolitione partis per semicupia ex remollientibus, deinde fiant duo vnguenta sequentia ℞. olei rosati opt. ℥. j. cerusæ venetæ ℥ ß. camphor. opt. & tutiæ præparatæ añ. ℥. ß. litargiri. auri præparati ℥ j. Antimonij crudi puluerisati & cribel-

lari per setaceum ʒ jß. aloes, mastices, Galbani añ. ℈ ij. trochis. albi, Rhasis & derof. añ. ℈ ij. fief albi siue opio ʒ jß. fiat vnguentũ quod ponitur in fine candelæ inuolutæ tela tenuissima per giros, si hoc vnguentum non potuerit agere ob duritiam carunculæ, adde vitrioli vsti & loti cum aqua ros. & mixti cum oleo ros. vel Antimonio crudo vel alumine vsto: nihil certius quàm admiscere puluerem præcipitatum, bene præparatum. Secundum vnguentum paratur ad consolidandam partem, ℞. vnguenti ros. Gal. recens facti & loti in agone ros. albi Rasis camphorati ℥ j. pomatæ factæ ex axungia parui hœdi sine speciebus ℥ jß. omnia simul misce in mortario plumbeo, incorporentur, eo vngatur candela à fine superioris vnguenti vsque ad partem externam candelæ, relinquatur in ductu, & auferatur tantum tempore mictionis: deinde rursus ponatur vt supra, tandiuque detineatur, quoad caruncula exteratur omnino. In omni suppressione vrinæ laudatur hoc remedium. ℞. cæpe vnum, diuidatur superna parte in quatuor partes & prunis sepeliatur fere totum: instilletur per diuisuram paulatim oleum amigd. dulc. Postquam fuerit coctum contundatur leuiter, & pectini adhibeatur, calidè, reiteretur quoad erit necesse.

De gonorrhaea. CAP. XXXVII.

TRIPLEX est omnino gonorrhæa ; primam antiqui pollutionem nocturnam appellant, cùm ſcilicet inter dormiendum emittitur ſemen ob varias cauſas ; nempe aut propter partium dorſalium calorem à decubitu ſupino natum ; aut propter amaſiæ imaginationem falſam : aut quia rei venereæ ſe operam dare dormiendo aliquis exiſtimet ; contingit verò hæc fere æque hominibus ac mulieribus ijſque prę ſertim qui renũ, hepatis, & vaſorum ſeminalium calore magno prædití ſunt, quique ſemen copioſum ac calidum coaſeruant.

Siquidem hoc profluuium ſeminis modum exceſſerit, vires ad tabem vſque exhaurit.

In his curandis omnibus quæ ſperma augent & flatulenta ſunt, vt ouis ſorbilibus, pineis, fabis , rapis , Cyuara veſci interdicendum eſt. quare ijs vtendum quæ ſiccant ac genituram conſumunt, ac lumbos & renes refrigerant. tale eſt ſemen viticis toſtum vel frictum , folia & flores eiuſdem, non modò comeſta vel in potu ſumpta, & cum floribus nymphææ in lecto ſubſtrata venerem cohibent. Lumbis ramina applicanda plumbi , lactucæ, pſylei, ſolani ſuccus & polygoni maximam vim habent ad venerem cohibendam.

Secunda fit ex putrilagine phlegmatis ſalſi & crudi, quod non rarò cum momento genituræ permiſcetur , defluit verò præcipue à cerebro

per ſpinam dorſi ad lumbos & etiam ab hepate per venas, per vaſa ſpermatica ad vterum & penem, à quo non ſine excoriatione ſenſim diſtillat, huius fomentum eſt ſanguis crudus & impurus, de quo Hidpocrat. lib. de morb. muli. ÿ: inquit, *menſtrua alba accidunt, ſi corpus impurum, & caput pituita repletum* fuerit, ac nec per nares nec per ſedem nec per vrinæ meatus: ſed per menſes tantùm expurgentur, quod etiam conficiant. 2. de morb. his verbis, *niſi*, inquit, *in hoc ex catarrhi, & genituræ à capite per ſpinam dorſi defluxu. quem formicarum motu ſenſim delabi plerique ſentiunt, caput & corporis molem bene purgaueris, patiens maraſmo quem dorſalem appellant, marceſcet & morietur.* quod confirmatur lib. 6. Epid. in hiſtoria Satyri Darſi qui annum vigeſimum quintum agens ſæpe noctu per inſomnium, ac interdiu ſemen effudit, anno 30. contabuit & mortuus eſt; neque dicendum eſt hanc effuſionem fuiſſe prolifici ſeminis cum vinea excretione vel tantilla, tanta virium & ſpirituum copia diſſipetur, cùm illius excretio quinquennium parum illæſo vitali robore durare potuerit; purgandi ſunt crudi & corrupti humores vitaque ſobria inſtituenda, & balneis refrigerandum totum corpus, fonticulos etiam aperire conuenit in brachijs ad deriuationem.

Tertia ſpecies eſt virulenta & venerea quæ potius pyurrhæa quam gonorrhæa dici debet, effluit enim in ea pus viroſum album aut ſubcitrinum, nonnunquam ſanioſum, viride ſubflauum, vaſis ſpermaticis, quod non raro ductum

rinarium excedit ex hac virulenta lue accidit, vt quicquid in vasis spermaticis coaceruatum est, corrumpatur & putredine accrescat ardor vrinæ & dolor, tentigo, siue priapismus quæ significant vlcus in ductu vrinario subesse. Hoc virulento fluore præter rationem suppresso, tum plerumque abscessus colligitur, alias in testibus, alias in perinæo, qui sæpe in fistulam desinit per quam lotium tandem effluit. Hæc curatur remedijs quæ lui venereæ solent applicari, decoctis nempe gaiaci sarsaparil. bolis ex terebint. & cassia; purgationibus, sanguinis missione, ex saphena aut vena malleoli, vt venenum à partibus nobilibus retrahatur, ne gonorrhææ succedat lues venerea, hoc aposema commodissimum est ad hanc virulentiam sanandam, ℞. rad. graminis, rusci, & asparagi añ. ℥ ij flor. cicorei, endiuiæ, lact. hepaticæ, agrimoniæ añ. m̄. ß. sem. frigid. mag. anisi, fœniculi añ. ʒ. ß. passul. mundat ℥ j. liquiritiæ rasæ ʒ vj. rasparuræ cornu cerui ℥ ij. sen. orient ℥ iij. polypodij quercini ℥ ij. epithimi ℥ j. fiat decoctio in colaturæ clarificatæ ℔. ij. dissolue sacchari q. ß. pro tribus dosibus., vel capiat manè, ℞. chinæ per talleolas sectæ ℥ j. sarsæ parillæ. ℥ ij. rasparuræ cornu cerui ℥ j. ß. rad. iridis nostratis ℥ j. lagopi, penthaphilli, eptaphylli, cicorij, ceterac, capilli vener. añ. m̄. j. seminum frigidor. mai. ℥ ß. ros. rub. violarum, buglossæ añ. m̄. ß. fiat decoctio cum aqua chalybeata: in colatura ℔. ij. dissolue sacchari rosati ℥. iij. fiant tres doses, continuet. Diuulsiones descriptæ in formulis conueniunt in hoc affectu. His peractis iniectionibus vtendum est ex sacch.

& aqua rof. ex decoct. hordei cum melle rosa. aut decoct. hordei cum vnguento albo Rasis, præstantissimum remedium est miscere siliquarum fabarum cineres cum aqua plantaginis & inijcere satis magna quantitate.

De ardore vrinæ. CAP. XXXVIII.

VRINAE ardor symptoma est plurium affectionum, nimirum calculi vlceris renum, & vesicæ, diabetes & stillicidij vrinæ, & vt paucis concludam omnis affectus earum partium quæ vrinæ conficiendæ & educendæ dicatæ sunt, cum scilicet tanta est vrinæ acrimonia vt ductus vrinarius exulceretur, vnde transeundo fit mordicatio & punctura quæ ardor vrinæ appellatur.

Hic ardor curatur ablata causa illum producente, remedia verò peculiaria symptomatis hæc præcipua perhibentur. ℞. sem. althææ, maluæ,citon, añ. ℥ j. diatragacanti ʒ iij. infundantur in aqua tepida decoctionis maluarum, seminis papaueris albi & alkekengi añ. q. s. fiat expressio, quæ erit mucilago, ex qua fiat syrupus hoc modo. ℞. mucilaginis præscriptæ ℥ j. decoctionis prædictæ maluarum ℥ iij. sacchari optimi ℥ ij. misce ad vnam dosim, quæ per sex vel octo dies exhibenda est, & si fuerit vehemens calor adde parùm mucilaginis, seminis psylij, fiat iniectio in membrum virile cum lacte tepido vel aqua plantaginis aut cum decoctione hordei & mucilagine, psylij vel cytoniorum, decoct. cæterac. bibitum mire confer. tvel ℞. cassiæ recens extractæ ʒ. vj. camphoræ g̃. v. fiat bolus, capiat,

Syrupus de Sebesten mire confert, tum conserua facta ex floribus althææ, nec nõ vsus sacchari rosati. ℞. mucilaginis diagracanti, psyllij & althææ añ. ʒ vj. olei violati & myrtillorum añ. ʒ j. cũ modico ceræ, fiat vnguẽtum molle, quo vngatur perineum, vel ℞. lactis mulieris puellam lactantis & albuminis oui conquassati añ. q. s. inungatur petia & loco dolenti apponatur sæpe.

De vteri suffocatione. CAP. XXXIX.

VTERVS non suffocatur sed propter causas ex vtero natas contingit respirationis difficultas quam suffocationem appellant, symptomata sunt perspicua. Causæ symptomatum difficiles libro de morbis mulierum qui Hippo. esse perhibetur; causa suffocationis vteri est ascensus vteri ad iecur, & ad diaphragma. Causam eius ascensus refert autor ille *Ad magnam vasorum inanitionem, aut vehementiorem solito laborem quo exsiccantur; quamobrem ascendunt vteri, cum sint vacui & leues existant*; addit & causam quam vocant sine qua non, cum inquit, *Amplum enim locum in quẽ conuertantur nacti sunt*, vacuo nimirum ventre, *ascendunt autem vteri*, vt causam finalem explicet, *quia resiccati ad humorem sursum feruntur, iecur enim humidum est*; Ex quo colligere licet primo & per se resiccatos vteros ferri ad iecur, quo reficiantur & humescant; per accidens autem ad diaphragma, hunc ascensum sequitur suffocatio intercipiendo respirationem, atque vt suam melius confirmet sententiam, inquit,

interdum etiam ſimul atque vteri hepar appetere cœperint, pituita ex capite velut ſuffocato ad pracordia defluit, nonnunquam etiam vna cum pituitæ defluxu ab hepate vteri in ſuum locum feruntur & ſuffocatio ceſſat, quia nimirum humectantur vteri aduentu pituitæ, & pleni grauiores deſcendunt. Quòd autem hoc verùm probat ab accidente ſuperueniente; *ſtridor ſiue murmur ab ipſis vteris concitatur vbi ad ſuam ſedem feruntur.* ex conſequenti etiam idem affirmat his verbis *cùm vteri redierint in ſuum locum, eo depulſi affluxu pituitæ è cerebro labentis, poſt illum deſcenſum interdum venter humidior quàm prius redditur, nam caput in ventrem partem pituitæ deponit.* Recenſet deinde ſymptomata quæ ſequuntur ad illam ſuffocationem, & nequis exiſtimaret ſemper vterum ferri ad iecur humoris quærendi cauſa, ſcribit, *Interdum etiam vbi mulier vaſorum inanitionem paſſa fuerit, vehementerque laborauerit, vteri ad veſicam conuerſi in eius oſculum impingunt & ſtranguriam inducunt*, hæc eſt plana Hipp. ſententia, cui Galen. 6. lib. de loc aff. ex diametro aduerſatur. Primo Gal. non negat poſſe aſcendere vteros propter diſtentionem à repletione ortam ligamentorum vteri, ſed quæſtio eſt, num inaniti aſcendant ad humorem captandum. Gal. videtur petere principium cum dilemmate agat, nam quia Hipp. ſcripſit, *Interdum ferri vteros ad veſicam*, certum eſt ex illo autore vteros exſiccatos ſimpliciter humorem quærere, Gal. Ergo ſatis erat ex Hipp. ad probandum eos non aſcendere, ſed ex proximis partibus quærere quo ſatiarentur; hanc tamen attractionem non probat Gal. quòd nulla ſit alia via per quam vterus poſſit attrahere à iecore humorem,

quem vena caua, & eius ramis hypogaſtrij, quare ſurſum non feretur, ſed ex illis canalibus deducet ſanguinem quo ſatiabitur eis ſitis. Capiuacius vt quodammodo occurreret huic ſententiæ ita diſtinguit. *Vaſa vteri*, inquit, *duplicia ſunt, alia deferunt materias ad vterum, ſemen ſcilicet & ſanguinem menſtruum, alia autem ſunt venæ propriæ vteri, præfocatio vteri fit, quia venenum frigidum generatur propter obſtructionem vaſorum, non vteri. Sed vaſorum ad vterum pertingentium, dum igitur vaſa materias deferentia ad literam obſtruuntur, certum eſt quod tunc venæ vteri inaniuntur, vnde ſiccatur vterus qui antea irrigabatur & humectabatur ratione tum ſanguinis menſtrui tum ſeminis*; Hæc ratio argutum ſeminis & menſtruorum tantam obſtructionem, quin ſemper ad nutriendum commet & ſanguis ad vterum quod videre eſt in magnis obſtructionibus viſcerum in quibus nihilominus nutriantur viſcera licet non æquè commode, & quamuis concederemus obſtructiones, liberum impedire commeatum ſanguinis à venis ad vterum, non ſequitur vterum à iecore poſſe per ſui applicationem attrahere ſanguinem ad nutritionem, vt probat Galenus, quare reſponſio Capiuacij nullius eſt momenti, tum licet quæ ab his auctoribus adferuntur eſſent vera, negat tamen Galenus poſſe aſcendere vterum ad diaphragma. Primo quia vix poſſit ventriculum tangere vt ex anatome poteſt cuique eſſe perſpicuum; adde, quamuis ita ſurſum efferretur vt aut nullo interiecto medio comprimeret ſeptum tranſuerſum, non auferret tamen reſpirationem, nec induceret ani-

mi deliquia, membrorum conuulsionem vel carum. Quod probat hoc modo, *cùm aliquis ventriculum cibis impleuit, ventriculus premit diaphragma difficilemque efficit respirationem, cætera verò symptomata non procreat. Præterea in summa grauiditate premitur diaphragma siue horum symptomatum prouentu:* Quare falsa est eorum opinio.

Postquam Galenus refutauit sententiam superiorem suam descripsit loco citato, nimirum suffocationem vteri nasci ex semine retento & mensibus suppressis, id probat ex suppositionibus *quòd inter omnes medicos conueniat hunc affectum magis ex parte viduis euenire, iisque maximè quæ antea probe purgarentur ac parerent, atque virorum concubitu gauderent, quibus omnibus rebus priuatæ quid probabilius excogitari potest quàm vt quod ob retenta menstrua vel semel cohitum huiusmodi mulieres vteri dispositionibus crucientur, quæ potius à semine retento emanant, nam semen vt est in mulieribus humidius, ita est frigidius.* Hoc autem consequi ostendit, quia *suffocatio refrigerantur à frigiditate ex semine emanante*, quod autem semen retentum pariat, varias affectiones probat, *si in viris salacibus fiat coitus intermissio, capitis grauitate tentantur, cibos fastidiunt ac febribus obnoxij sunt*, atque alia multa recenset, quare à semine retento in mulieribus putat illa accidentia proficisci: hoc idem confirmat experimento quodam muliere, longo iam tempore vidua, quæ præter cætera mala; *neruorum quoque distentione vexabatur ac dicente obstetrice vterum esse retractum, remedijs ad huiusmodi affectus consuetis decreuerat, vt quibus adhibitis partim ob ipsorum calorem, partim etiam quod inter curandum tractarentur pates muliebres, oborta titil-*

latione cum calore & voluptate veluti per coitum vsu venire solet, excreuit crassum plurimumque semen, atque ita molestia liberata est mulier. Quare à semine corrupto suppresso nasci certum est eas affectiones.

. A suppressis mensibus eodem plane modo oriri potest facile probari, quod in mulieribus quibus sunt suppressi menses maxime contingat; quibus ita positis comparat Galenus noxas & symptomata inter se quæ ab vtraque causa solent oriri, scribitque symptomata à semine retento maiora esse, quod mulieres consuetudine viri fruentes, licet suppressione mensium laborent, afficiuntur quidem malis accidentibus, respiratione tamen non priuantur, neque animi defectione vehementi, nec alijs affectionibus malignis; tum quia viduæ licet menstruas purgationes patiantur, nihilominus ex suppresso semine malis illis symptomatis excruciantur.

Oportet nunc soluere dubia quæ ex positis consequuntur. primò non videtur tam parua moles seminis corrupti posse parere tam grauia symptomata, at phalangij aut scorpionis ictus perexiguus afficit grauissimis symptomatis totum corpus, constat etiam ex torpedine & magnete corpora alia in alia agere solis qualitatibus transmissis, venenum autem posse nasci in corpore humano testantur omnes medici, tùm pestis, quare nil mirum si vitiatum semen, aut huiusmodi menstruum, cum retinetur & putrescit corporibus vt afficiantur idoneis grauia inferat accidentia.

Animaduertuntur in vtero alij motus excitati ab odorantibus & fœtidis, non tamen hi motus ab

illis rebus commouentur in omnibus mulieribus, sed præsertim in illis quæ vteri suffocationem ob peculiarem dispositionem sunt obnoxia. Nam si odorata eorum naribus offerantur, histerico affliguntur paroxismo, si ori vteri liberantur: Contra vero fœtida naso oblata, hysterica affectione liberant; vteri autem ori, vterum labentem repellant. Sunt qui horum motuum hanc rationem reddant nimirum odorata naribus oblata commouere humores tetros in vtero contentos per sympathiam priùs commoto cerebro; deinde vtero. Verùm si hæc vera sunt cum ori vteri admouentur odorata, cur non commouent per se & primò vterum, quæ namque proximiora sunt facilius alterantur, & commouent subiectum aptum, respondent, si commouerint habent vim discutiendi commota; quæ vero naribus apponuntur, commouent non discutiunt. At odorata statim cum vtero apponuntur illico non discutiunt; de repente tamen suffocationem tollunt, & licet hoc non præstarent, non possunt discutere tam cito crassam materiam seminis corruptam, à qua interdum nascitur hic affectus, de fœtidis autem censent illa remedio esse naribus adiuncta, qua fœtida aduersantur vapori morbum committenti, cui opinioni etiam aduersantur rationes in medium allatæ cùm vterus in suffocatione non mouetur. Sed tantum cum attrahit, cum amplectitur & cum expellit aut si commouentur, forsan hoc fit, vt censet Serapio cap. de suffocatione matricis, non quod sit animal solitarium & in animali, sed quia ei est proprietas naturalis illis rebus commoueri, sicut hepati & spleni attrahere

attrahere res dulces & illis oblectari, quamuis non sit in illis gustus. verum fœtidis naso admotis quiescit suffocatio, an illis fœtidis dissipantur teter vapor, an fœtida fugient in suum locum reuertitur; teter vapor non discutitur fœtidis, imo forsan augetur. fugere autem fœtida si fateamur, incidemus in sententiam illius autoris quem Gal.6. de lo. affec. confutat; quid ergo dicendum cur Philonium, pillulæ de cynoglossa sunt remedio, etiamsi stupefacientia quodammodo. Cur autem odorata commouent suffocationem vteri mirum est, experientia tamen certum, qui huius problematis rationem fingunt ascensum vteri sua propria natura ad bonos odores sese promouentis, erant quod iam probatum sit vterum non ascendere, hoc propositum soluit mercu. lib. de morbis mulierum cum distinctione; primò omnes mulieres odoribus, non affici suffocatione vteri, sed illas solum quibus alioqui malè affectus est vterus, 2. illæ mulieres non solū propter odoramenta vteri vexantur suffocatione, sed etiam aliis de causis etiā leuibus, propter malā vteri dispositionē nempe à timore, mœrore, & aliis, his positis inquit odorata sua natura percellunt caput, cerebro verò affecto trahitur vterus in consensum affectus, quare agitantur praui humores vteri, hæc ratio videtur verisimilis, verum cur odorata vtero supposita iuuant; an quia non tantum commoueat, sed etiam commotos humores & vapores dissipat, deinde quærit Mercurialis cur mulieres præfocatæ excitantur tetris vaporibus naribus admotis, huius euentus duas causas reddit. Primò quia praui odores maxime sensus ipsos tentant, & præsertim odoratum. Secundo quia praui odores sunt

maxime noſtræ naturæ inimici, ratione huius contrarietatis natura in mulieribus quanquam ſopita excitatur,hæc veriſſima eſſent ſi eadem ſumpta eoſdem non præſtarent effectus, ac ſumpta & vorata etiamſi odore non percipiantur, vt enim ille dicebat vterus non habet odoratum, neque etiam ventriculus, & reliquæ internæ corporis partes. at,inquies,eſt ſenſus inimicitiæ & damni, naturalis quidam, quo partes naturali quodam inſtinctu ſentiũt fœtida noxia, an ergo inſurgunt in fœtida quæ ſimul expellant, tam tetros illos vapores, atque ita ſe liberant duobus hoſtibus? at hoc falſum eſt, nam fœtidis non excluſis ipſæ liberantur ſuffocatione. Quare vt odorata in diſpoſitis commouent aut diſſipant variis partibus admota, ita forſan illa fœtida habeat vim reprimendi vapores illos tetros nõ obſtruendo meatus vt Alex. cenſebat problem.64.lib. 2.ſed proprietate quadam occulta, nam ſi fœtida in lipothimia à virium debilitate extra vteri ſuffocationem offerantur, nocent multam & licet ſemper inimica naturæ noſtræ, in præfocatis etiam animo linquentibus mire iuuant proprietate illa experientia ſola cognita, non autem inimicitia,nam ea ratione venena magis excitarent quod eſt falſum.

In præfocata multa contingunt & varia accidentia,quorum Gal. rationem ducit ex cauſa efficiente tum ex parte affecta; atque in primis totum corpus hiſtericarum refrigeratur ob venenoſam illam qualitatem oppugnantẽ ſpiritus& calidum innatũ toto corpore,vnde reſpirationis abolitio & pulſus: ſi illa materia vel craſſa fuerit vel acris,cõuulſiones:ſi verò atræbilis naturã habuerit,mœſtitiam induas quemadmodum animi quoque defectiones & extenſio-

nes, & refrigerationes, & stomachi æstuationem.

Prædictio talis institui potest, suffocatio vteri quæ pendet ex corrupto semine periculosior est ea quæ ex mēstruis corruptis ortum ducit. Hip. aph. 35. li. 5. scribit *mulieri hysterica aut difficultas parienti sternutatio superueniēs bonum*, nā stenutatio signū est naturæ refocillentę & recreatæ, tū ea excludatur materia venenata. Si vteri pręfocatio nascatur ex sanguine mēstruo retēto, si vires ferant, sanguinem detrahēdum quidā arbitrantur, quod est extra cōtrouersiam positum, ad paroxysmum suffocationis vteri remedia communia ligentur extremitates, fricentur brachia, & tibiæ, puluis insuffletur in nares ex elleboro albo aut euphorbio, cucurbitulæ applicentur coxis interioribus, in vuluam immittatur moscus, aut alia odorata, vel ℞. galliæ moscatæ ℥. ij. cinnamomi folij, macis, garyoph. añ. ℈. j. ambræ, mosci añ. g̃. iij. ladani, storacis añ. q. s. cum aqua rosata moscata, fiat veluti suppositorium, & indatur sinui pudoris, vel ℞. pulueris supra dicti q. s. excipiatur oleo de spica, aut laurino, in quibus mixtis intingat digitos obstetrix & vtero indat, fiat & suffumigium. ℞. assæ fœtidæ, euphorbij, castorei, olei rutacei q. s. fiat formula quæ carbonibus iniiciatur, fiat suffumigium naribus excipiendum. ℞. galbanum, castoreum, gagatem, capillos hominis, assam fœtidam, plumam crematam, cornu alicuius animalis cremantur, separentur aut mixta, excipiat fumum naribus globulus odorandus. ℞. assæ fœtidæ ℈. ij. castorei ℈. j. fiat nodulus & olfaciat, acetum scilliticum vel in quo pulegium, calamentum, thymum, origanum, coxerint, naribus admouenda vomitus excitabitur cum penna intincta aceto scillitico, hypochondria

rùm perueſtigandum erat, num Gal. intelligat vires requiri robuſtas in ſanguinis miſſione, ratione ſpiritum tantum, an ratione carnoſarum partium & ſolidarum, ego vires robuſtas requiri exiſtimo ſecundum omne roboris genus, quòd deficientibus ſpiritibus neceſſe eſt temperiem partium carnoſarum & ſolidarum debilitari, propterea quod illa temperies foueatur calore & ſpiritu influente: quare ſi ex diſſipatione aut extinctione ſpirituum fuerint vires affectæ & languidæ, omnes vires erunt quodammodo debiles, quare ſanguis non eſt detrahendus, rurſus opponit Galen. cap. 5. lib. 12. met. ſcribentem vires eſſe validis in ſolidis partibus, quando hæ ſunt bene temperatæ. at in præfocatione vteri non poſſunt eſſe bene temperatæ, quia adeſt refrigeratio in toto corpore, & proinde in ſolidis partibus huic dubitationi inquit ſatisfacit Galenus cap. 2. lib. 3. de præſag. ex pulſibus, vbi ait, cor vel incaluiſſe vel incaleſcere; ſi cor incaluerit, languidæ ſunt vires, ſi incaleſcit poſſunt eſſe validæ: aſſumit, at præfocatio vteri eſt intemperies, ob id non eſt in facto eſſe, non ergo eſt frigiditas aut frigida diſcraſia, cuius ratione vires conſtare nequeant, in ſolidis verum nos expendamus ſententiam Galen. cuius hic eſt ſenſus, omnes pulſus qui ſunt comites intemperiei ipſius cordis imbecilli ſunt: non tamen retro commeat conſequentia, omnes debiles pulſus ſequi intemperiem ipſius corporis cordis. Nam in omni lipothimia & ſtera ſine vlla ipſius corporis cordis intemperie pulſus ſunt debiles quare dum incaleſcit cor poſſunt eſſe debiles &

robuſti vt in febribus quibuſdam quæ hecticæ non ſunt eo in loco, Galenus non agit de ſanguine mittendo ſed cōtendit probare in diſcraſia facta cordis, pulſus eſſe debiles:non negat tamen vires eſſe poſſe debiles extra illam cordis intemperiem æqualem, quæ virium debilitas non poteſt nos à ſanguine mittendo dehortari, quocumque enim modo vires ſunt debiles à diſſipatione, ſanguis detrahi non debet, nam ipſa detractione ſanguinis exhauriuntur ſpiritus qui anteà debilitati omninò extinguntur, At Galen.ſent.23. com.4. in lib. de ratione victus in morbis acutis ſcribit,*ſi ſupra modum oppletæ fuerint venæ, opprimi virtutem eſt neceſſe: atque inextinctionis agi periculum caliditatem quæ ob copiam ſuffocationi quidpiam ſimile patitur, cum hoc contingit Hipp. venam brachij ſecādam cenſet*, ex quo colligit Capricatius etiam in lipotimia hiſterici paroxyſmi ſanguinem eſſe detrahendum, verum quidem eſt ſi ab oppreſſione ſola naſcatur affectus, quæ non eſt ſine plethora,cui debetur euacuatio: at hiſterica affectio non pendet à plethora, ſed à venenata qualitate ex Galen. lib.6. doc. aff. cui ſi adiuncta ſit plethorica affectio poſt paroxyſmum vena erit ſecanda.In confirmationem ſuæ ſententiæ affert opinionē Auic.cuius verba hæc ſunt cap.8. fen. 21. tract.4. lib.4. *oportet ergo vt phlebotometur ſaphena partis, cui oppoſita eſt pars declinationis vteri, ſi ſentiatur repletio, & putauerit, & dixerit obſtetrix quod venæ in illa parte ſunt tenſæ, & plenæ, & illic eſt groſſitudo*, ex quo textu ita argumentatur retrahitur vterus ad harum aliquam poſitionem, vbi ſuffocatio fit ob retentionem ſanguinis menſtrui, & dum adeſt retractio, tū actu adeſt ſyncope, & præfocatio, quare Auic. in præfocatione actu exiſtente

ſecat venam. huius argumenti prima propoſitio falſa eſt ex contorſione vteri & inclinatione in alteram partem multoties accidere præfocationem vteri, non ſemper tamen, ergo voluit Auic. ſaphenam oppoſitam ſecari tantum in diſtorſione vteri, à repletione orta: nam in aliis cauſis, quas ipſe Auic. recenſet, nimirum in ſcirrho, in ſiccitate, in craſſis humoribus non iubet ſecandam venam. Minor etiam falſa eſt, nam vterus poteſt retrahi in alteram partem, & tamen non ſuffocabitur ſemper mulier durante diſtorſione, quod probauimus in ſuperioribus: poſtremo vnam affert experientiam quo ſtabiliat ſuam ſententiam, verum vna hirundo non facit ver, & forſan illa ſimul cum hiſterica præfocatione opprimebatur plethora, cuius depletione fuit ſubleuata.

Periculoſum ergo eſt in omni ſuffocatione vteri pendente à menſibus ſuppreſſis detrahere ſanguinem, & præſertim in ipſo paroxyſmo cum lipotimia exiſtente. Quocirca excitandæ hiſtiricæ ſunt remediis præſcriptis, deinde ea exhibenda quæ poſſunt menſtrua prouocare, quando autem ſuffocatio naſcitur ex ſemine retento, ſi adſit maritus habeat rem cum illa oportet, ſi abſens fuerit, aut vidua, aut virgo extiterit, aut Deo dicauerit virginitatem ſequentibus curabitur remediis.

Ei quæ nupta eſt aut vidua obſtetrix in ſinum pudoris immittat digitos, & ſequentia adhibeantur remedia. ℞. ſem. agni caſti, ſeminis portula. & aceroſæ añ. partes æquales, ſeminis menthæ, & calamenthi añ. ℈.ij. ſacchari diſſoluti in aqua menthæ, fiat confectio in rotulis, capiat ʒ.j. vel ʒ.ij. deinde capiat ℥.iij. aquæ menthæ & ℥. ß. vini citoniorum.

℞. ℥. ij. aceti fortissimi, salis gemmæ, salis nitri añ. ʒ. ij. misceantur & inuoluantur intra frustum sericum, & indatur vtero. ℞. radicis ireos, radicis calamenthi & panis porcini añ. m̄. j. bulliant in vini optimi q. s. fiat lotura tibiarum. ℞. matricariæ florum camomillæ, calamenthi, abrotani, anisi, carui & dauci añ. m̄. j. acetosæ, agni casti, coriandri præparati añ. m̄. ß. bulliant in aqua ad 4. partis consumptionem, sedeat in eo tepido: deinde egrediendo è balneo vngatur sequenti vnguento, ℞. olei sesamini ʒ. j. ß. galliæ moscatæ ʒ. j. ceræ albæ q. ß. fiat vnguent. vngatur os vteri.
℞. iusculi pulli herbis matricalibus farcti ℥. iiij. olei nucis moscatæ ʒ. ij. theriacæ ʒ. ij. galbani cum vino dissoluti ℥. ß. fiat iniectio cum metrenchite, ℞. maluæ, bis maluæ camedreos & matricariæ añ. m̄. j. ß. camomillæ, meliloti, rosarum añ. p. j. anysi, fœniculi, seminis cardui benedicti añ. ʒ. j. ß. fiat decoctio in colaturæ ℔. j. dissolue galbani in vino albo dissoluti ℥. ß. olei nucis moscatæ ʒ. ij. theriacæ optimæ ʒ. j. ß. sappæ, ℥. ij. fiat clyster. detur. ℞. artemisiæ, matricariæ, mercurialis añ. m̄. j. seminis anisi, fœniculi, florum camomillæ, meliloti, rosarum, añ. m̄. ß. fiat decoctio in colaturæ ℔. j. dissolue cariocostini aut benedictæ laxatiuæ ℥. j. galbani dissoluti cum vino ʒ. ij. mellis, mercurialis ℥. ij. fiet clyster detur. vel

℞. mercur. matrica. arthemi. añ. m̄. j. semin. anisi, fœniculi, sesel. añ. ʒ. ij. florum rosa. anthos añ. m̄. ß. fiat decoctio in collat. ℔. j. ß. dissolue galbani in vino dissoluti ʒ. ij. sapæ ℥. ij. mellis, mercur. ℥. iij. fiat clyster & detur.

℞. foliorum agni casti, rutæ, cicutæ, mentastri, montani, teteli, aristolochiæ, rubiæ tinctor. fiant trochisci postquam omnia fuerint in puluerem redacta, cum aqua decoctionis mentastri, & rutæ, datur cum eadem aqua ʒ.j. bis in hebdomada, siccat semen miro modo. ℞. assæ fœtidæ ʒ.j. dauci, ʒ.ß. puluerentur, fiant pillulæ quinque cum melle rosato, capiat. vel ℞. pillularum aggregati, assæ fœtidæ, castorei añ. ʒ.ß. fiant pillulæ, cum melle rosato vel ℞. mithridatij ℈.j. assæ fœtidæ ℈.j. fiant tres pillulæ, capiat vnam quotidie, vna hora ante auroram, ℞. seminis agni casti ʒ.j. mellis rosati & aquæ calidæ añ. ℥.ß. ℞. terebinthinæ lotæ cum aqua matricariæ ʒ.iij. dauci ℈.j. mellis rosati q. ß. fiat bolus. vel ℞. agarici ℈.ij. terebint. ʒ.ij. dauci & assæ fœtidæ añ.℈.ß. puluerentur & misceantur, ℞. Castorei ʒ.ij. capillorum ægrotantis ʒ.j. resinæ pini q.ß. ad incorporandum fiant formulæ, ad suffumigium.

Si humores maligni excitauerint suffocationem vteri, ℞. pillulæ de hiera. Nicolai ʒ.ß. fœtid. ℈.j. fiant pillulæ molles cum syrupo de artemisia, ℞. syrupi de artemisia, mellis rosati & oximellitis simpl. añ. ℥.ß. aquæ matricariæ, melissæ, & buglossæ, misceantur q. ß. continuet 7. diebus: deinde, ℞. artemisiæ m̃.j. martricariæ, iuæ moscatæ, borrag. bugl. vuarum passarum añ. ℥.j. liquiritiæ ℥.ß. sebesten. n. viij. iuiubas n.x. bulliant ad medias in decocto ß.q. dissolue catholiconis ʒ.v. indi mas. ʒ.ij. diaphenic. ʒ.iij. capiat, deinde præparetur materia. ℞. artemisiæ m̃.iij. sanamundæ calamẽti, caprifolij, capillorũ veneris, ceterac, politrici,

enulæ campanæ, maratri, ſeminis petroſelini, calami aromatici, ſpicæ nardi, adianti, thimi, epithimi, ſandali albi, rubei, nucis moſcatæ, ſeminis baſiliconis, camedrios, camepiteos an̄. ℥. j. ſacchari & mellis an̄. ℔. ij. vini ℥. iij. fiat ſyrupis magiſtralis ſecundum artem; capiat ℥. iij. mane cum ℥. iiij. aquæ artemiſiæ.

Præparatis humoribus. ℞. ſpecierum electuarij benedictæ ʒ. iij. coloquintidis præparatæ, turbith. & eſulæ correctæ an̄. ℈. ß. puluerentur excipiantur ſyrupo de matricaria, aut de artemiſia, fiant pillulæ, capiat vt viſum erit. Tribus horis poſt pillulas ſumptas, ℞. diamargarit. ʒ. ß. aromatici roſati & diamoſci dulcis an̄. ʒ. j. miſceantur, capiat cum cocleari. Deinde peſſarium fiat ad purgandum vterum, tum aperiatur fonticulus in tibia parte interna, & paretur balneum ſupra ſcriptum.

De Hydrope vteri. CAP. XL.

HYDROPES vteri in nouem ſpecies diſtribui poſſunt, quarum duæ ſunt à flatu, ſeptem ab aqua, Hipp. lib. de mulierum morbis meminit hydropis, ex menſium ſuppreſſione, in qua faſtidia cibi, malachia, lumborum grauitas, ventris prominentia, falſum dant grauiditatis indicium: ſed prius tribus menſibus erumpunt menſtrua gummoſa, carni corruptæ ſimilia, eodem lib. deſcribitur ſecundus vteri hydropſi. in quo pauci menſes, & paruus ventris tumor grauiditati ſimilis, ſed mammarum mollitie lactis deprauatione, febris rigore, oris vteri gracilitate & humiditate, iſte tumor à vera grauiditate diſtinguitur. Tertius eſt ex paucioribus, dete-

rioribus,& per longius tẽpus fluentibus menstruis, quia post hæc menstrua, cõcipiunt statim vnà cum fœtu corrupto aqua educitur. Quartus est cum retentis mensibus mammæ attolluntur, clauiculæ & thorax attenuantur, pedes & venter tument & aqua fœtus instar, in vtero mouetur. Quintus in quo menses prodeunt atenosi cum vteri & venarũ proximarum tumore, inferiorisque ventris multa duritie. Sextus id quod effluit cruentum est, & saniosum, & mordicans. Septimus in quo vteri flatuosi cum stridore & tumore, sed cum magno dolore, & febre ex lib. de natur. mulierũ deducitur. Octauus, in quo fluunt menses deteriores qui statim deficiũt cum tumore ventris, & siccitate mammarum, ore vteri gracili, calido & aquoso. Superest ex eod. lib. nonus ab vteri inflammatione, vnde vomitus venter inflatus, qui tumor crescit ad mensem vsque decimum, tum præteritis decem mensibus aqua venter repletur vnde ascites. Curantur hæ omnes species hydropis remediis præscriptis cap. de hydrope.

De purgando & sanguine mittendo in grauidis. CAP. XLI.

NVLLVS est affectus qui magis ancipitem reddat medicum, quàm morbus acutus mulieris grauidæ; morbi namque violentia & magnitudo, magna remedia postulat, mulieris autem status & dispositio non semper patitur illa magna applicari, aphorismus enim est Hipp. *vteroque gerentem prehendi morbo acuto lethale existit*; non est autem tutum læthalibus morbis magna adhibere remedia, cum vi-

res in lethalibus debiles sint, propterea Hipp. aph. 1. lib. 4. *interdicit purgationem in prægnantibus*, *nisi materia turgeat*, *si turgeat concedit* à 4. mense ad 7. sanguinis missionem, dehortatur Hipp. 30. aph. lib. 5. dum scribit, *mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortu.* Certum est, propter robur vinculorum fœtus, à 4. ad 7. vsque grauidas posse tuto purgari, materia turgente, de reliquis autem mensibus dubium est, in primis mensibus ad 4. vsque purgationes periculo non vacant, quòd fœtus vincula tenera sint, & facile rumpi possint, veluti pediculi fructuum recens natorum. Vxor Antimachi cum esset prægnans à duobus mensibus exhibito catarthio mortua est, in postremis mensibus non minùs periculosum ob ligamentorum fœtus siccitatem, vti etiam contingit in fructibus maturitati proximis, inter quos octauus mensis pessimus est, & funestus, propter fœtus magnitudinem, tum ob mensis conditionem, qui solet fœtui esse funestus, 7. epid. vxor olympiadæ quæ iam otto menses fœtum vtero gerebat, cum ex casu abortisset 8. mense, eodem mortua est.

Galen. in com. citati aphorismi scribit *morbos acutos abortum adferre*: *quod febres continuas fere coniunctas habeant*, *propter quas periclitantur prægnantes*, *ob auctum calorem*, *& alimenti defectum*: non tam magnus est fœtus in primis mensibus, vt ob alimenti inopiam deficiat, ergo tutior illis mensibus medicatio.

Quibus autem liceat purgare cognoscimus, si animaduerterimus ea quæ abortū solent excitare, excitatur abortus exagitatione, vehementi dolore, calore nimio, amarore, innuit enim Auic. *quæ vermi-*

bus aduerſantur & fœtui noxia ſunt, emollientia & laxantia vincula fugienda. Quare in purgando hæc ſunt vitanda, cætera verò ſunt vſurpanda.

De ſanguinis miſſione dubium eſt etiam propter aptionis citat. præſertim ſi fœtus fuerit grandior, nam detractione ſanguinis priuantur nutrimento: verùm hæc ſunt intelligenda vt in pluribus, veluti in mulieribus debilitas, pituitoſis aut melancholicis, at in ſanguineis & robuſtis locum habere non poteſt, quod dum celſus contemplaretur cap. 10. lib. 2. Inquit, *ſiquidem antiqui primam vltimamque ætatem ſuſtinere non poſſe hoc auxilij genus iudicabant, perſuaſerantque ſibi mulierem grauidam quæ curata eſſet abortum eſſe facturam, poſtea vero vſus oſtendit nihil ex his eſſe perpetuum, aliaſque obſeruationes adhibendas eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat, intereſt enim non quæ ætas ſit neque quid intus in corpore geratur, ſed quæ vires ſint conſiderare, in ſanguine tamen detrahendo prægnantibus maxima ratio debet adhiberi quantitatis ipſius ſanguinis.*

Cæterum quædam ſunt mulieres ita ſanguineæ, vt ſingulis grauiditatis menſibus menſtrua fundant; aliæ, niſi eis ſanguis detrahatur præ copia fœtus ſuffocabitur. Poſtremò ſi prægnans in vitæ diſcrimine verſetur ſitque ſpes aliqua, in remediis ſolemnibus poſita, nulla habita fœtus ratione ea ſunt applicanda, nam matre intereunte frequentiùs fœtus periturus eſt, quàm fœtu intereunte, mater. In ſanguineis & in iis quibus libere fluent menſtrua ſanguis eſt detrahendus ſæpius, & præſertim menſibus prioribus,

nam cum ſingulis menſibus impetum faciat ſanguis menſtruus ad vteri venas, & cum redundet primis menſibus illas aperit & cauſa eſt abortus.

De puerperijs. CAP. XLII.

PVERPERIA dicuntur purgamenta ſiue lochia quæ edito fœtu excluduntur. Lochia ex Gal. ſunt purgatio rerum alienarum quæ per tempus grauiditatis collectæ ſunt, nimirum reliquis menſtruorũ in venis maioribus & circa locos muliebres exiſtentium, quæ ſeruantur incorruptæ grauiditatis tempore à calore natiuo aucto & amplificato. Lochia hæc non numquam ſupprimuntur ante tempus, ex quo multa mala initium ducunt, quod vt cognoſcatur intelligendum eſt quanto tempore effluere debeant naturæ lege.

Quantitas temporis illius purgationis deſumenda ex proportione & comparatione cum tempore naturalis purgationis menſtruæ, quæ ita conſtituitur ſecundum doctiſſimũ Duretum Com. in aphor. 4. capit. de morb. mulier. In Coac. animaduertionibus, *quæ ſunt biduo menſtruales, vt viragines dies* 18. *exigunt in puerperijs, quæ triduo* 27. *quæ quatriduo* 36. *quæ ſunt in menſtruales* 5. *dierum ſpatio fere ſunt puerperales ad* 45. *diem à partu, vltra* 5. *diem non agnouit menſtruales Hipp.* Moſes vero ſanctus 7. dierum menſtruales conſtituit, & 40. puerperales, ratio ergo temporis menſtruorum ad puerperarum purgamentorum tempus eſt vt monadis ad nouem: roganda ergo puerpera quot diebus menſtrualis eſſe conſueuerit, & deinde numerare dies purgationis à partu, atque ita ſententiam ferre de ſuppreſſione lochiorum. De

ea ſuppreſſione loquitur Hipp. aphor. 4. cap. de morb. mulier. In Coacis prænotationibus, hoc pacto, *quæ tum à partu, tum ex abortu aliquantiſper cumulate prærupta ſunt & ſuppreſſa immeritò difficilia*, omnis namque ſuppreſſio materiæ excludendæ ægro eſt maximè noxia.

Diuerſa autem parit mala eiuſmodi ſuppreſſio; ac ſymptomata prout tranſlatio materiæ fit illius corruptæ in varias partes, *his itaque eo modo affectis rigor hoſtilis*, inquit Hipp. fit autem per tranſlationem materiæ illius in partes vtero ſuperiores, eſtque ſymptomaticus & inanis, febris hiſtoriam ordiens, cordis dolorem & hipocundriorum ſuſcitans quæ ſunt ſigna tranſlati humoris in illas partes quæ deſcribuntur ab Hipp. in hiſtoria vxoris Philini, *in illis etiam mulieribus alui turbatio hoſtilis*, cuius cauſa eſt ſerum, quod ex locis muliebribus, & lumbis fuit tranſlatum ad iecur, indeque ad cor, in quo cardialgiam excitat, & ad inteſtina vnde alui fluxus perennis. Hæc autem accidunt maxime ſi laborent hypochondri inflammatione aliqua ſiſtrophica, per collectionem ſuppreſſæ materiæ eo tranſlatæ.

Futuri autem alui fluxus ſignum ſcribit Hipp. aphor. 6. eiuſd. cap. *Dolores in ſuperioribus partibus circa tenue inteſtinum, his verò circa criſim veterni contingunt admodum anxij, cum impotentia ex vacuitate, ſudatiuncula & perfrigeratio*, dolores illi naſcuntur ex humoribus corruptis ad illa loca tranſlatis, quæ impetu ſympromatico natura, depellit ad inteſtina, vnde naſcitur alui fluxus. Continuitate autem alui fluxus, circa criſim ſuboritur veternus ſubanxius, à debilitate cerebri propter labores, & vigilias præcedẽtes,

aut ab oppressione nata per anadromem humorum ad cerebrum, impotentia autem à vacuitate & inanitione, quàm procreat alui fluxus perennis, priuatio alimenti, dolor acerbus, vigiliæ & partium principum grauissima læsio, sudatiuncula ab exolutione partium solidarum, è quibus exudat succus alibilis, perfrigeratio contingit ab interitu caloris innati quæ symptomata sunt mortifera. deinde Hipp. scribit *ac recidiua huiusmodi plurimis cùm cessarint, obortæ citò ipsas interimunt*, quia secundi insultus primis periculosiores sunt, præsertim cum symptomaticis mortiferis, ob languidas vires.

In suppressione ergo puerperiorum cum fiat anadromes & raptus humoris corrupti sursum, per inferiora ducendi indicatio suboritur Hipp. scribit, *Stymargi famula vbi filium peperisset conuersum est ei vteri osculum, & dolor ad coxam & crus iuxta malleolum secta vena liberata est.* Illud etiam testatur Hipp. cum Philini vxoris puerperæ affectæ febre per suppressionem lochiorum ea tantum remedia applicuerit, quæ ducunt per inferiora, quare si sanguis sit ducendus eadem lege per inferiora mittatur est necesse, siquidē per venas brachij detrahatur, vt ferè fit à practicis materia lochiorū corrupta deducitur ad partes nobiles, quod est fugiendum.

Verum ex Petri Salij cap. 23. lib. de affect. particul. considerandum an morbus acutus sit natus aut in principio puerperij, vel medio tempore, vel vltimis diebus. Si namq; in principio cōtigerit & larga præcesserit sanguinis effluxio, sanguinis missione nō est opus, si pauca extiterit aut suppressa fuerit, oportet sanguinē mittere ex venis inferioribus, si medio tempore duo cōtemplanda sunt, primū an materia

pendeat

pẽdeat ab humore in aliquo loco peculiari impacto aut per totũ corpus sparso etiã præcesserit satis larga sanguinis euacuatio. Si pendeat à dispersa materia toto corpore,est,paucum fuerit sanguinis effluuium per venas inferiores oportet sanguinem educere: & licet fuerit magnum, si morbus inualescat per easdem detrahendum.si materia in aliqua parte sedem habeat,vt in pleuritide siue profluuium sanguinis fuerit largum aut parcum. à venis brachij ducere oportet sanguinem, tamen quia potest materia illa particulariter locum afficiens ascendisse ad pleuram, ne fiat maior attractio. per venæ sextionem debent fieri frictiones coxarum deorsum, & deinde ligaturæ dolorificæ in medio crurum, quoad sãguis detractus sit,à misso sanguine soluantur ligaturæ,& cucurbitæ coxæ,interiori parte apponantur, fiet hoc artificio vt materia pleuritim suscitans euacuetur & humoris ascensus inhibeatur. In postremo tempore licet magis superiores venas secare eodem artificio obseruato.

De suppreßis mensibus. CAP. XXXXIII.

MENSES supprimuntur aut quia sanguis non gignitur, propter labores dissipantes, aut quia conuertitur in pinguedinem, vt in obæsis,aut quod euacuatur per aliam viam,vt per nares,sputa, hemorrhoidas, aut propterea quod deprauata est partium vteri conformatio, vel quòd impedita sunt vasa per quæ fluit sanguis; impediuntur verò ob naturalem vteri crassitiem & visciditatem sanguinis, densitas vteri aphor. 62. lib. 5. sterilitatis causa est,quod mensium effluxus cohibeatur, eius

ſigna ſunt refrigeratio vteri venus extincta & ſopita, cõformatio deprauata facile detegitur, vt ſi clauſum orificium vteri, aut pellicula, aut caruncula aliqua oppoſita, obſtructio à ſanguine pituitoſo, craſſo, & melancholico percipitur ex ſignis humoris redundantis, ex ſignis obſtructionum.

Hipp. ſcribit aphor. 33. lib. 5. *mulieri menſtruis præter naturam deficientibus, ſanguis ex naribus fluens bonum.* efficitur namque reuulſio & euacuatio ſanguinis retenti. Quare ergo naturæ imitatione, medici in ſuppreſſis mẽſibus non ducunt ſanguinem ex brachio? Reſp. ad euacuandum ſanguinem retentum poſſunt, non ad prouocandos menſes, quare ſatius eſt ex poplitea aut malleoli vena detrahere ad vtrumque ſcopum.

Et aphor. 57. lib. 5. *menſtruis abundantibus morbi eueniunt & ſubſidentibus accidunt ab vtero*, ſi namque fluant immoderate menſes, natiuus calor languet, & partes nobiles calore deſtitutæ, ſua non obeunt munia, vnde cachexia, hydrops, lienteria, & alij morbi.

Si ſupprimantur menſes multa fiunt morborum genera in diuerſis partibus, prout ad illas feruntur quæ partis affectæ & materiæ morbificæ naturam ſequũtur, vt ſi in pulmonem feratur ſanguis menſtruus, perineumoniam & phthiſim parit; ſi in cerebrum apoplexiam, epilepſiam, & alios.

Si conformatio ſit vitiata, videndum num poſſit corrigi manu chyrurgica. ſi durus & denſus ſit à prima conſtitutione, vterus vix curatur. Reliquum eſt ergo vt præſcribamus remedia ad obſtructiones vaſorum, quæ omnia debent applicari prope illud tempus in quo menſes ſunt fluxuri, qua-

re hoc petatur à mulieribus.

His positis purgabimus corpus conuenienti medicamento, & humores præparabimus medicamentis tenues efficiendo & fluidos, vt moueamus menses ex partibus inferioribus, oportet sanguinem ducere, prope ergo tempus efluxus mensium aperiemus saphenam aut venā maleoli à prandio 4. aut 5. horis post pastum, imperabimusque vt deambulet, 1. aut 2. horas, quantitas sanguinis non debet extrahi magna, ne partes corporis priuatæ sanguine ad se reliquum sanguinis attrahant, fluxumque cohibeant, quare potius extrahendus sanguis vt incitetur effluxus, non vt euacuetur. his peractis oportet cucurbitulas coxis applicare interioribus, abluenda sunt crura ex decocto pulegij, maioranæ, fol. lauri & similium: balneum paretur ex aperientibus, ℞. camedreos, camepit. pariet. mercurialis, rubiæ maior. añ. f. j. rad. irid. fœmi. petrosel. añ. ℔. j. chamome. melilot. anethi, stecad. añ. m. ij. semin. fœnic. anisi, bacch. lauri añ. ℥ jß. fiat decoctio pro balneo, aut semicupio. balneum emolliens & parum aperiens conueniet maximè, suffumigium debet parari à balneo ℞. rosſ. p. ij. macis ℥ ß. puluerentur & ponantur in parua olla suppositis carbonibus, capiat fumum cum emboto per vuluam, ℞. radicem vnam tapisi barbati cortice detracto, in forma suppositorij, illine eam triphera magna & ℈ß. scammonij, addito oleo anethino, teneat in matrice noctu, pessarum ex mercuriali mirabile est, contunditur, panno inuoluitur & immittitur. Puluis paretur ℞. spic. croci, trochis. de myrrha, rub.

tinct. an̄. ℨj. fiat puluis pro tribus dosibus, capiat cum vino albo, ℞. ſucci iridis noſtratis ℥j. vini albi ℥iiij. croci ℈j. bibat mane, vel ℞. appij, caſſiæ ligneæ ℈jß. cum ſucco apij, formentur pillulæ, detur. ℨj. mane ieiuno ſtomacho, ℞. trochiſ-rorum de abſynthio, & de rhabarb. an̄. ℨj. antidoti hæmagogi ℨjß. arthemiſiæ, cinammo. an̄. ℨj. limaturæ chalybis præparati ℥j. cum ſyrupo capill. ven. fiat confectio liquida de qua capiat ℨj. mane ſurgendo è lecto, deinde deambulet.

Cum parcè fluunt, quo die incipiunt effluere, pimpinellæ decocti fumus eſt recipiendus per os vteri, mirè namque confert. experimentum. Quercet. ℞. milij ſolis, aniſi, viſci quercini an̄. ℨiij. dictami ℨj. croci ℈j. contundenda contundantur & macerentur 24. horis in vino albo generoſo, deinde parum bulliant, ex quo exhibe ℥iiij. id prodeſt ad excludendum fœtum mortuum.

De menſium fluxu immodico, CAP. XXXXIV.

FLVIT immoderate ſanguis ab vtero ob eaſdem cauſas, & eodem plane modo quo diximus, cap. de hęmorrhagia per nares, hic fluxus reumatiſimus dicitur vteri, eius materia ſerum eſt ſanguinis bilioſi, aut pituitoſi color pallidus, ruber, albus, qualitas illius eſt toto genere præter naturam, plurimùm moleſta naturæ, quantitas modum excedens, nulla periodus, vt qui ſine ordine fluat.

Gignitur autem hoc ſeroſum excrementum in genere venoſo, aut in aliquo viſcere nobili, hepate, cerebro, ventriculo, liene: ſi iuuante natura confer-

tim & repente excludatur, id fit bonis naturæ rebus; si mala symptomata cõnexa habeat, funestum est, hic vero fluxus, incommodus est, non tantùm indiuiduo, sed & speciei, generationẽ namque impedit, & multos parit morbos nempe cachexiam, hydropem, vlcus vteri, atrophiam, conuulsiones ab inanitione lethales: scribit enim Hipp. aphor. 56. l. 5. *si muliebri profluuio conuulsio aut animi defectus superuenerit, mortale.*

Ad menses superfluos retinendos multa parantur remedia; primò diuersione vtendum est incidẽdo venas brachij, apponendo cucurbitulas hipochõdrijs, fricãdo brachia, & ligãdo vehemẽter paruos digitos. secundò deriuando apertione hæmorrhoidum. tertiò purgando humores serosos, & biliosos tenues medicamentis benignis, vt ♃. medullæ tamarind. cass. fistu. recenter extractæ añ. ℥ ß. pulueris corticis mirobol. citrin. & rhei electi infusi per noctem in aqua endiuiæ añ. ʒ j. syrup. aut succi rosat. ℥ j. aquæ portul. aut plantaginis q. s. fiat potus, detur in aurora, vel ♃. mirobol. citrin. ℥ ß. syrupi rosat. solut. ℥ iij. aquæ plantaginis q. ß. fiat potus.

Dum hæc fiũt incrassandi sunt humores alimentis frigidis & medicamẽtis, vt syrupo granato. myrtil. citon. de agresta, de ribes, cum aqua portulac. plantagin. cicor. addendo puluer. charabe aut coralli rubri añ. ℈ j. aut ʒ ß. ex hibenda lequens confertio, ♃. micletæ ℥ ß. cum aqua plãtaginis q. ß. vel ♃. micletæ cons. rosant. antiquæ añ. ℥ jß. pulueris spod. sang. dracon. carabæ, lapidis hæmatitis præparati, masticis, cornu cerui vsti añ. ʒ ij. syrupi myrtil. q. ß. fiat confectiodetu, r coclear vnum cũ aqua

plantag. ſtercus aſini, non ſolum ſumptum cum ſyrupo aliquo & aqua aſtringẽti, ſed & exterius ad motum cum aqua chalybeata & pauco aceto ſiſtit, hunc & quæcumque ſanguinis fluxum, vel ℞. ſucci ſtercoris aſinini recens. ℥ j. aut ij, ſyrupi myrtil. ℥ jß. aquæ plantaque q. ß. fiat iulep. detur mane in aurora, continuet quoad fuerit neceſſe ℞. ramentorum loti arboris, pimpinellæ añ. m̄. j. herbæ iudaicæ, aſteri attici & vnica peruincæ, añ. m̄. ß. fiat decoctio in aqua chalibeata; in colatura ℔ j. diſſolue ſalſi parillæ pulueratæ & raſuræ eboris añ. ℥ ß. continuet mane quindecim dierùm ſpatio, aut plurium ſi fuerit neceſſe. ℞ ſucci plantaginis aut centinodiæ, ſucci porrorũ, añ. ℥ j. ijs intingatur bombix & immittatur in vuluam. Vnguentum comitiſſæ adhibitum ſumini & parti poſteriori dorſi, mire prodeſt. puluis ſequens commodus eſt, ℞. corticis duorum ouorum recenter aduſtorum, thuris, maſticis añ. ℥ ß. margarit. electar. coralli rubri præparati, carabæ, cornu bouis añ. ʒ ij. lapidis hæmatitis & ſmaragdi præparati añ. ℈ ß. farinæ hordei ſine furfure p. ij. album ouorùm iij. addẽdo parum aquæ chalybeatæ, fiant duæ placẽtulæ aut iij. coquantur in clybano donec poſſint in puluerẽ redigi, detur ad ʒ ß. vel j. cum iure pedum arietis, paratur ſemicupium, ℞. fol. plantaginis, burſæ paſtoris, equiſeti, quercus, granatorum, ſorborum añ. m̄. iiij. baccharum myrthi, ſumac. añ. ℔ ß. malicorij, nucum pineæ, cupreſſi, lupulorum, glandiũ, añ. ℥ iiij. bulliant in ſ. q. aquæ chalybeatæ, addendo aceti q. ß. ſedeat ægræ inquinibus, hoc remediũ apponatur, ℞. album ouorum iij. boli armenæ ℥ ß. aceti q. ß. excipiantur ſtupis vel xilo, & inquinibus

applicentur, vel ℞. emplastri contra rupturam q. ß fiant duo emplastra oblonga & inquinibus apponantur. Gal. diebus 4. solo succo plantag. infuso in vterum curauit antiquam, mensium fluxionem, & lib. de succed. solo succo Lisimachus sanauit immodice fluentes menses. si illis succis pulueres adstringentes adiūxeris, erit efficacius remedium, vel si ex illis succis cū pulueribus supradictis effeceris pessarium, suffitus paratur vtilis ex stercore ouino, aut asinino, ex ranis combustis, & vngula mulæ, ℞. suberis raspati ℥ ß. picis ℥ j. misceantur pro suffumigio emplastrum paratur, ℞. lentium excortic. ℔ j. bursæ past. plantag. añ. m̄. iij. stercoris capræ & asinorum exsiccatorum añ. ℥ j ß. sanguinis draco. ℥ j. menthæ siccæ ℥ j. gipsi ℥ iij. album ouorum n. v. farinæ fabarum ℥ iij ß. infundatur gipsum in aceto, per diem, deinde bulliat cum succo plantag. & omnia simul, fiat emplast. vt artis est, applicetur sumini & cruribus, fomentatio potest parari. ℞. rof. m̄. ß. sumach. plantag. flor. granat. hypochisti, nucum cupressi an. m̄. j. pistentur omnia, bulliant in æquis partibus aquæ & aceti ad tertiæ partis consumptionem, appone pectori. pil. de bdelio, sistunt menses ad ʒ ß. decoctum simphiti maior. mirè prodest.

Ad fluxus albos & corruptos mulierum, ℞. cimini, macis, masticis, veruicis, thuris añ. ℥ ß. puluerentur subtiliter, deinde vngatur melle tota spina dorsi, & puluis supra scriptus inspergatur superposito linteo, continuet decem dies, mirum est remedium & probatum à Gabriele Fallopio.

De hæmorrhoidibus. CAP. XXXXV.

HÆMORRHOIS potest dici omnis vena per quam sanguis fluit, peculiari tamen significato dicuntur illæ venæ hemorrhoidales, quæ ano inseruntur, & per quas fluit sanguis, vt plurimum melancholicus, sunt autem duplices externæ & internæ, externæ nascuntur à ramo hypogastrico; internæ verò à mesenterico; negat Pereda per hypogastricam fieri euacuationem quia dissеminatæ per sphincterem exiguæ sint, quod falsum est & anatomæ repugnans: melius diuiderentur in superiores, & inferiores; superiores quidem internæ vocantur, quod non conspiciantur, inferiores verò externæ, quia conspicuæ. diuiduntur etiam in cæcas quæ nihil effundunt, & in apertas quæ sanguinẽ reijciunt. Cæcæ diuidũtur in verrucales, morales & vesicales, hæ fluunt, aut non fluunt, dolent aut non dolent.

Hipp. 12. aph. lib. 6. ait, *diuturnas curanti hæmorrhoidas, nisi quæpiam sernetur aperta, periculum aquæ inter cutem vel tabis impendet*: nam si materia fluere solita recurrat ad iecur, extinctione & suffocatione caloris hydrops nascitur; tabes verò pulmonum exulceratione & aph. 11. lib. 6. *melanch. & nephriticis hæmorrhoides superuenientes, bonæ sunt*; purgatione materiæ morbum committentis.

Hæmorrhoides autem fluunt moderatè, aut immoderatè illæ non sunt curandæ, per eas namque reijcitur sanguis melancholicus, qui multos morbos procreasset, de eo fluxu intelligendus Hipp. 6. epid. cum ait *qui hæmorrhoidum effluxu laborant his neque pleuritidi, neque peripneumoniæ, neque ter-*

minti , neque lepræ , neque alijs morbis obnoxij sunt
Si fluant immoderatè sanguisque laudabilis extiterit, diuertendus est effluxus, sanguinis detractione, & alijs remedijs purgandus humor ferociens benignis medicamentis, incrassandus sanguis medicamentis & alimentis.

Verùm vtrum in hæmorrhoidibus sanandis, vna sit aperta relinquenda est in dubio, Hipp. sententia est 12. aph. lib. 6. *Diuturnas curanti hæmorrhoidas, nisi quæpiam seruetur aperta periculum hydropis aut tabis impendet*, & lib. 4. de ratione victus in morbis acutis, vult vnam apertam relinqui, quia nisi maneat aperta, sanguis qui effluere consueuerat, per palyndromen recurrit, ad partes nobiles, & ad officiales, in quibus excitabit varia symptomata, à quibus vindicat fluxus hæmorrhoid. ex 6. epid. citato Ætius tetrab. 4. serm. 2. cap. 5. ait nullam esse relinquendam apertam, sed victus rationem aptè instruendam, & venæ sectionem imperandam ad Hipp. aphor. respondet Hipp, dixisse si vna non seruetur aperta, hoc est, si non côueniente dicta vtatur, quod autem hoc voluerit Hipp. ipsa aphorismi distinctio ostendit, ait enim hæmorrhoidas in veteratas sananti, est autem sanatio perfecta liberatio, & legitima curatio, præterea Hipp. in libell. de hæmorrhoid. inquit hemorrhoidem nullã absque vstione seruandam esse, sed omnes extrahendas; tamen Galenus verus Hippocratis interpres censer in comment. illius aphoris. vnam relinquendam esse apertam, & Ætius sibi contradicit: nam ait alibi; Melancholicis hæmorrhoides aperiendæ, in fœminis prolis gratia sunt prouocandi menses, si quidem suppressi fuerint, quare vt nodus quæstionis dissoluatur, distinctione

opus est, primo ratione temporis aliæ sunt vetustæ aliæ recentes, secundo ratione ægrotantis, qui aut optima reliquarum partium sanitate fruitur; aut alias partes malè dispositas habet, vt hepar, lienem & reliqua. tertio ratione remedij, aut enim cauteria adhibentur actualia, aut potentialia, ita vt nulla spes relinquatur apertionis in futurum, aut claudantur medicamentis repercussiuis aut desiccantibus, in qua curatione natura potest sua vi rursus hæmorrhoides aperire. quarto ratione modi curationis, aut enim simul omnes clauduntur, aut paulatim & vna post aliam interposito aliquo temporis spatio, quare si laborans hæmorrhoidibus sit obnoxius morbo comitiali; melancholiæ, aut tabi, qui affectus sanari possunt aut prohiberi, hæmorrhoidibus apertis illis non sunt claudendæ, nam Hipp. scribit aphoris. 11. lib. 6. *Melanch. & nephritide laborantibus hæmorroides superuenientes bonum*, si hæmorrhoidum fluxu detentus sanus sit reliquo corpore, vt qui redundet tantùm multo sangnine, ob mutilationem, aut otium, illi sunt omnes claudendæ, dummodo detrahatur sanguis iusta copia per interualla ex brachio & victus ratio instituatur parcior & commoda: nam in sanis fluxus consuetudo est fugienda, quia ex illo immoderato fluxu idem morbi nascuntur qui solent oriri ex suppresso fluxu, quod signauit Hipp. aphoris. 57. lib. 5. *Menstruis diutius fluentibus morbi eueniunt, non fluentibus autem morbi ex vtero contingunt.*

Si claudendæ sint id faciendum non est simul, sed paulatim, subita namque mutatio naturæ molesta esse solet; si sit claudendi captum consilium, id

debet fieri eo remedio quo adhibito nulla ſuperſit ſpes regreſſus, tale eſt exſiccatio quæ fit cauterio actuali approximato non adiuncto aut potentiali adhibito, retinentur etiam ijſdem remedijs quibus ſiſtuntur menſes. Pilulæ de bdelio mirę ſiſtunt ad ʒ j. ſumptæ.

Ad dolorem hæmorrhoid. ℞. barbe porrorum m̄ j. olei communis ℥ iiij. bulliant longo tempore & eo oleo vnge, vel contunde barbas porrorum inter duos lapides, & appone, vel ℞. vnguenti popul. butyri recentis an̄. ℥ j. croc. ℈ j. miſce, fiat vnguentum, vel fiat clyſter ex decocto duorum pullorum columborum & inijce. Nodulus ex ſolo Philonio curat, aut fomentum ſequens ſedat miro modo. ℞. foliorum tapſi barbati, maluæ vnicæ peruin. an̄. m̄. j. barbarum porro ℥ ij. ſemin. lini & fœnu. an̄. ℥ j. ß. fuma. dactylor an̄. n. vj. fiat decoctio pro fotu applicando ſæpe.

Oleum paratur ex ℥ ij. carnis porcinæ, aſello. & barbi porri an̄. m̄. j. olei commun. quarta j. bulliant ſimul & vngantur hæmorrhoides.

Puluerentur folia ſambuci, & eo puluere aſpergantur hæmorrhoides dolentes, mira præſtat.

℞. rad. althææ ℔. ß. radi. lior. ℥ ij. foliorum mal. hiochiami an̄. m̄. j. chamomillæ mellilοti, ſem. anethi an̄. ℥ j. farinæ fœnugræci, lini, hordei an̄. ℥ j. ß. olei ſeſamini ℥ iij. opij ʒ j. miſce, fiat cataplaſma cum decocto herbarum & rad. prædictam.

℞. ſucci tapſi barbati ℥ ß. butyri recentis q. ß. fiat vnguentum quo illinantur hæmorrhoides

Alexander Bened. mira refert de sequenti remedio. ℞. boli armeni, sãguinis draconis, masticis, gummi arabici añ. ʒ iij. puluerentur folia sambuci & eo puluere aspergentur hæmorrhoides dolentes, mira præstat myrrhæ, rosar. rubrar. aridarum, balaustiorum añ. ʒ ij. terantur subtiliter, adde butyri ℥ j. olei rosacei ℥ iij. ſucci foliorum porri ʒ iiij. ſucci fili pendulę ʒ iiij. fiat vnguentum ad ignem, tumores, hæmorrhoides discutit, dolores sedat, rhagadas sanat.

Si hæmorrhoides sint aperiendæ, vitandum ne fiat fistula, aperiuntur 8. aut 9. modis ex sententia Montagnani cons. 16. 8. cap. 2. Primò frictionibus coxarum, genitalium partium, natium, 2. cucurbitulis, modus autem applicandi est huiusmodi: cucurbitula apponitur parti, deinde calefit candela aut alio instrumento accenso in superficie extima, & exteriori vt attrahat. 3. apertione saphenæ aut popliteæ. 4. apertione venarum hæmorrhoidalium, quod vt fiat cucurbitulis attrahuntur 5. pungendo cum acubus argenteis subtilibus 6. aperiuntur confricando medicamentis aperientibus & excoriantibus, vt puluere calaminthi, origani, cyclaminis 7. frictionibus cum folijs ficus inuersis, sepè flamulæ & cæteris, 8. cum cauterijs actualibus, aut potential. 9. sanguisugis.

De arthritide. CAP. XXXXVI.

GORRHEVS definit arthritidem esse tumorem dolorificum articulorum humani corporis, quem fluxio in eos decumbens excitat, ergo cognoscitur arthritis dolore & tumore articulorum; tumor vero ita aliquando exiguus est, vt vix percipi possit. Ea quæ ad alicuius rei productionem conferunt, causæ illius quodammodo esse dicuntur, multa autem conferunt ad arthritidem generandam quæ hac methodo inuestigari proferunt.

In arthritide defluunt humores in articulos, fluxus autem cùm sit motus à mouente aliqua parte excitatur, hanc partem medici appellant mandantem, quæ lacessita pondere materiæ, aut eius acrimonia sese contrahit, quò illam expellat; hæc causa efficiens fluxus meritò dici potest; & cum fluxus sit motus localis à parte mandante tanquam à termino à quo mittitur ad aliam partem terminum, ad quem, fitque per intermedias partes; in his tãquam ductibus requiritur amplitudo meatus, quo humores libere fluant; in humore autem fluxuro ad fluendum aptitudo requiritur, quæ in consistentiæ dispositione sita est; nam licet meatus partium interiacentium sint patẽtes, nihilominus si humores fuerint crassi, & viscidi nòn fluent, hæ autem causæ sine quibus dicuntur, in parte vero effluxum recepturа requiruntur debilitas, & laxitas, & situs inferior; debilitas quidem quia partes robustæ solent ad alias imbecilliores fluxiones mittere, laxitas verò, quia multæ partes debiles, quæ compactæ sunt fluxionibus obnoxiæ non sunt, vt ossa; denique situs

inferior est necessarius, pondere namque suo faciliùs fluunt humores in partes abditas & inferiores. Robur partis mittentis situm est, in eius optima constitutione, debilitas verò partis recipientis nascitur ex varijs causis, veneris immoderato vsu, debilitata partis nutritiuæ facultate per exhaustum calorem innatum, & humidum primigenium; accumulatis crudis humoribus toto corpore, quam ob causam pronunciauit Hipp. aphor. 28. lib. 6. *eunuchos & pueros podagra non laborare*, quodquàm verissimum est ratione illius causæ, licet & pueri & eunuchi vitæ intemperantia possint podagra laborare, vt ait Galenus eorum in illum aphor. Multus potus vini generosi, præsertim ieiuno stomacho, articulos enim debiles reddit, quod neruorum substantiam promptissime offendat ex Galeni comment. recessus item à fonte caloris causa est illorum debilitatis, percussio, casus, luxationes, laxi sunt articuli sua natura, quò faciliùs cedant ossibus quæ in illis flectuntur, motu etiam ipso fiunt rariores superioribus causis arthritidis possit addi semen genitale cum quo feruntur morbi hæreditarij.

Materiæ copia varias habet causas, suppressionem solemnis euacuationis naturalis, symptomaticæ, & medicamentis factæ, otium diuturnum, victus ratio larga, causæ proximæ doloris in arthritide sunt humores copia distendentes, aut intemperie dolores excitantes, humores autem sunt vt licet colligere, ex Gal. lib. 10. κατὰ τοπ. cap. 2. sanguis aut pituita mixta cum bile: nam cum pituita nisi tenuis existat inepta sit ad motum, per bilis admixtionem facilè fluit.

Cognoscuntur verò causæ antecedentes præcipuæ ex relata ægri, coniunctæ ex signis humorum redundantium, tum ex iuuantibus & lædentibus.

Illius magnitudo ex simptomatum magnitudine detegitur, præsertim doloribus, molestior est, quæ sine tumore apparente vexat, dummodo fluxus cessauerit, nam materia expellitur in maius spatium, neque fit tanta continui soluto, in iuncturis, & articulis minùs laxis maior est dolor, vt in digitis propter maiorem distentionem & exactiorem sensum.

Tardus est morbus proindeque longus, nisi à sanguine ortum duxerit, quem se vno die curasse Gal. ait 18. cap de ratione curationis per sang. miss. tarditatis ratio petenda ex natura articulorum, tum materię articuli sunt exangues, frigidi, membranosi, & à fonte caloris remoti, quare materiam præsertim frigidam non possunt facile in pus conuertere aut dissoluere, vnde nascitur morbi diuturnitas.

Aph. 49. lib. 6. *Qui podagrici morbi fiunt ij sedata inflammatione intra dies* 40. *conquiescunt*, Quod & plurimum solet contingere, nisi materia concreuerit, nisi peccetur à medicis aut ab æquis, densum & durum corpus fuerit, calor natiuus debilis, nam tunc prorogatur in plures dies, *arthritis recens*, inquit Auicen. *facilè curari potest, inueterata difficilè, hæreditaria vix vnquam curatur*, Nodosa nescit remedijs cedere iuxta illud Horatij, *tollere nodosam est* Gal. loco citato secundum locos ait, diuturnitate temporis incurabilem effici, quòd humor efficiatur crassus

ad similitudinem puris crassionis vbi verò in ipsis articulis diutius moram traxerit, non solum crassior, sed & viscidior redditur, ex quo callus siue tophus generatur, qui postquam fuerit productus, ne speraueris ad pristinum statim redire articulum posse.

In arthritide curanda plures sunt scopi, doloris sedatio, fluentis humoris diuersio, aut deriuatio, redundantium humorum euacuatio, dissipatio humoris fluxi, corroboratio partis à qua fit fluxus, ne amplius humorem generet, & partis recipientis refocillatis, ne amplius humorem recipiat.

Methodi ratio postulat vt à doloris sedatione initium sumamus cum magis vrgeat: hæc autem sedatio fit sanguinis detractione, vbi conuenit anodynorum applicatione, fluxus interceptione, & aliquando vsu narcoticorũ, de quibus sigillatim agendum. Atque sanguinis missio causæ ablatione dolorem sedat, diuertit etiam si fluat adhuc materia, quare si fluxus sit coniunctus cum dolore sernit ad duos scopos, ad reuulsionem nempe & doloris sedationem. Cùm reuellere est animus prærepta reuulsionis obseruanda descripta in generali methodo: si deriuando pari modo. Auicen. cap. de curatione arthritidis scribit: *Si materia arthritidem committens fuerit composita, non debet mitti sanguis quod augeat dolorem, humores commoueat nec trahat materiã peccantem, sed sanguinem qui est naturæ thesaurus, & frenum bilis*, vide quæ hac de re diximus in methodo generali, capite de sanguinis missione. Vomitus etiã reuellit, quocirca post sanguinis missionem prouocandus interposito vno aut pluribus diebus, si æger ferat, fit alia deriuatio ad internas partes corporis

poris per purgantia medicamenta, non vehementia ne agitentur humores & ad fluendum reddantur paratiores.

In sedatione doloris &reliquorum remediorum applicatione oportet incipere à lenioribus obseruatis sequentibus documentis, quæ à viris præstantissimis traduntur medicamenta quæ apponuntur iuxta articulum sunt admouenda, potiùs quàm supra articulum, præsertim si fuerint frigida ne temperies partis lædatur nisi doloris vehementis nos cogat ad id præstandum, quòd hæc repellant & poros condensent,ne fluxio fiat;satius est moderatè calidis vti quam frigidis,Rhasis iudicio,ob eandem causam, tum ne repellendo fiat metastasis materiæ ad partem aliam nobiliorem, tum quia sanguinem ex vasis ambientibus & musculis in ischion aut aliũ articulum protruderent,aduertendum,itaque quod scribit Auicen. cap de Curat. arthritidis. *Cum materia est multa, & commota repellentibus non est vtendum* duabus de causis, propterea quòd contumacem efficiunt materiam, tum fortasse fit metastasis in partem nobilem, ex duobus verò malis maius est euitandum. mutandum est sæpè remedij genus, ne familiaritate hebetescat, neue concipiat calorem si quando autem metu suffocationis caloris innati partis dolentis,cogaris vti repercussiuis fluente materia, ea applicabis etiam satis remotè à parte affecta, quod via per quam materia fluit intercipiatur, & simul repellatur.

Anodyna sunt in calido affectu, cassia fistula dissoluta in oleo rosato, farynæ hordei,mucilag.psilij, vel citonij extracta, aqua ros. & pauco aceto aut camphora ad penetrationem, vel ℞. micæ panis

albi ℔. ij. macerentur in lacte, & coquantur, adde vitella ouorum n. iij. croci ℈ j. olei rosati in quo lumbrici cocti fuerint q. ß. fiat cataplasma, ficus addi possunt, passulæ, dactyli, & similia. si quidem dolor fuerit intollerabilis, ℞. cassiæ recens extractæ in fumo decoctionis maluarum ℥ iij. philon. rom. ℥ ß. misceantur, fiat applicatio, vel ℞. farinæ hordei sine furfure, medullæ panis añ. p. ij. fol. hyoch. maluæ, añ. m̃. j. florum chamomil. cortic. papau. albi añ. p. j. adde olei lumbric. & papaueris añ. ℥ j. opij & croci añ. ʒ ß. fiat cataplasma.

Siquidem fuerit repellendum, & fluxus intercipiendus, frigida erunt vsurpanda, vt mica panis infusa in aqua frigida plantaginis aut cucurbitæ cum pauco aceto, vel conteratur portulaca, & lenticula palustris, quæ opinione veterum in hoc affectu mira est, cucurbitæ rasura, item folia omnia refrigerantia, cerusæ lapis lotus in aqua frigida mire confert, Gueinerius iactat hoc præstantissimum remedium, ℞. mucilaginis, seminis psilij extractæ in aqua plantaginis q. s. misce, cum oleo rosato, omphacino & pauco aceto, & adhibe, ad fluxum intercipiendum vnguentum de bolo lotum cum aceto, conuenit appositum, remotè, à parte dolente prope magna vasa.

Sanguine detracto purgare oportebit humorem redundantem præsertim per vomitum, si æger ferat, nam reuellit, & purgat, cariocostinum Bairij est admirabile in arthritide, datur à ʒ ij. ad ℥ ß. describitur vero, ℞. hermodactyllor. alborum à cortice superiori nudatorum, diagridij añ. ʒ ij. costi, cyminj, zinziberis, caryphillor. añ. ʒ j. trita & cribelata cõficiantur cum syrupo facto ex melle & vino albo

inuicem coctis, fiat electuarium in forma opiatæ, Rondeletus parat vomitorium cum radice asari; aut semine eius, nam inquit præterquàm quòd excitat vomitum dolorem coxendicũ curat, quod experientia se probasse scribit cap. de ischiade, sin purgandam catarticis conuenientibus, vt rhabarbaro, diapruno solut. syrupo. rosar. solutiuo; multi præscribunt pillulas de hærmodactylis; & similes, quod existiment defluxum fieri semper à capite, quod falsum est, præsertim in sanguinea, doctè disputatum à Botallo lib. proprio de catarrho fluxiones omnes non fieri à capite, sed ab alijs partibus, quod expressit Hip. lib de locis in homine. *Labor fit vbi à carne humiditas fluxerit vitiosa*, Quare si aliunde defluxerit quàm à capite, vt in sanguinea arthritide, pillulis non erit vtendum, neque ferè in alijs quia agitando materiam commouent ad fluxum.

Fluxione iam consistente, & dolore vtrumque sedato, dissipantibus est vtendum præmisso clystere hoc ℞. radicis iridis ℥ j. nasturcij, absynthij pontici, camomillæ, rosar. añ. m ij. anisi, fœniculi, seseleos, vrticæ añ. ʒ ij. fiat decoctio in colaturæ ℔ i. dissolue hieræ compositæ ℥ j. mellis anthosati ℥ iij. olei comomelini ℥ ij. fiat clyster, deinde appositis sequentibus, oleo chamom. aneth. decocto chamomeli, rad. alteæ, fœnug. melliloti, vino austero, aqua marina, stercore vaccino vel. ℞. olei chamomelini ℥ ij. olei de lilio & sem. lini añ. ℥ ij. pulueris rosa. & stercoris bubuli añ. ℥ ß. ceræ q. ß. fiat vnguentum, vel ℞. cinerum caulium ʒ iij. adipis anatis, olei camomelini añ. ℥ j. misce & appone calida, vel ℞. olei, irini fœnugræci, farinæ cicerum añ. ℥ ij. melliloti ℥ j. ß. vini q. ß, fiat cataplasma

vel ℞. olei laurini ℥ iij. aquæ vitæ ℥ j. fiat lotura partis affectæ, quæ corroboranda ne facilè rursus fluxiones recipiat.

Vtendum balneo ex vino rubro austero, in quo bulliant aliqua styptica, vt balaustiæ, galliæ, sumach, hipochistis, nuces cupressi, & alia. Matheolus consilio quodam scribit, *quantum vero possit oleum vitrioli recte paratum, si bis in septimana sumantur quatuor guttæ in iusculo, aut in vino mane ieiuno stomacho est incredibile.*

In arthritide ab humore frigido eadem ratio à sedatione doloris, quæ fit deriuatione per purgationes, siquidem omnes articuli laborauerint; reuulsione per vomitum vstendum; vt autem anodyna in arthritide calida ad frigidum declinare debent, ita in hac ad calorem, quocirca debent esse attenuantia, quare conuenit oleum chamom. lumbricor. de terebint. vulpium, & similia, vel fiat cataplasma ex farina camomeli, meliloti, fœnugræci, puluere stercoris vaccini, cum oleo supradicto, cataplasma ex mucilag. seminis fœnugræci, lini extractis cum aceto aquæ admixto, adiuncto sufficienti melle, optimum est remedium quod superiori ferè est simile, bulliat fœnugr. in aqua & aceto, addendo mell. q. ß. fiat cataplasma, vel ℞. hermodactylorum stiracis liquidæ, ireos, masticis, saluiæ, rutæ añ. ʒ ij. olei camomillæ ℥ ij. ceræ q. ß. fiat vnguentum, vel ℞. hermodactyl. ℥ j. farinæ hordei ℥ j. ß. vitell. ouorum q. ß. fiat cataplasma, succus parietariæ misceatur, cum pauco vino & tepidum applicetur, ℞. decocti caul. ℔ j. fecis aceti. ℥ j. vitell. ouorum n ij. olei rosati ℥ ij. farinæ hordei & fabarum añ. q. ß. fiat cataplasma.

Secundus ſcopus eſt præparare materiam attenuantibus & inſidentibus pituitam, dummodo violentia diuretica non ſumantur præcipuè ante purgationem, ne humores ad iuncturas ducantur.

Tertius ſcopus eſt euacuatio materiæ redūdantis, ℞. pillul. de hermod. ʒ j. capiat poſt mediam noctem. Harculanus parat electuarium boni ſaporis ſoluens phlegma, ex iuncturis, ℞. hermod. ʒ j. mirobolan. citrini, zinziberis añ. ℈ j. minæ citoniorum q. ß. fiat elect. molle, capiat vnica doſi; ſi volueris ſimul cum pituita bilem ducere, adde diagridij g̃. vj. alia ſunt multa medicamenta vulgata vt pillulæ artriticæ, quibus vti poterimus.

Quartus ſcopus eſt diſſoluere reliquias materiæ, quod fiet cum medicamentis iam recitatis. Thermæ aluminoſæ maximè conferunt, ſaltæ, ferreæ, aquæ marinæ tepidæ, calcatio vuarum & detentio partis affectæ in magmate vini rubri maximè conferunt, vel ℞. flor. roſ. chamom. melliloti, anthos añ. m̃. j. balauſt. malua. ſumac. nucum cupreſſ. lupulorum glandium añ. ℥ j. ſaluiæ, menthæ, origani añ. m̃. ij. fiat decoctio in æquis partibus vini & aquæ marinæ, pro fotu partis affectæ.

Quintus ſcopus eſt corroboratio partium mittentium, quare ſi certis ſignis fuerit tibi perſpicuū materiam arthritidis ex capite profluere, caput purgabitur pillulis, errhinis, maſticatorijs; corroborabitur admotis cucuphis, ſuffumigijs, inſpertionibus & alijs deſcriptis cap. de affectibus cerebri, decocta ex ſalſa parilla, gayaco ſaſafraſ. multùm conducunt, terebinthina ad ʒ ij. vorata in ouo ſorbili mane, mirificè aufert dolores arthriticos, Alexandri Benedicti ſententia.

Cæterùm in iſchiade propter partis naturā multa peculiaria remedia adhiberi poſſunt, nā propter huius articuli magnitudinem, & profunditatem valentioribus eget remediis. Quare ℞. coſti, naſturcij, lauri, rutæ, cyclaminis, ſcillæ an. m̄. ſemis. piſtentur, fiat cataplaſma cum oleo ſcorpionum, & vulpino q. ſ. cataplaſma ex pice, ſulphuræ, gariophillis, pipere vtile eſt, fit cataplaſma ex folijs vrticæ, bis in die loco dolenti admotum, locus lauatur cum decocto ſaluiæ aut roriſmarini, aut cum aqua ſalſa; veſicatoria apta ſunt huic malo poſt generalia, facta ex cātaridibus, fermento & ſtaphide agria, multi adhibent cauteria, verùm antequam adhibeantur multa aduertenda quæ à doctiſſ. practicis deſcribuntur, cauteria debent tantùm apponi in arthritide frigida, aut mixta, nom in calida, cùm humor eſt craſſus effectus, & in tophum conuerſus; cauterij appoſitio nihil prodeſt, præſertim cùm crus eſt atrophia conſumptum, Rhaſis cap. 25. de ægritud. iuncturarū ſcribit, *Accipiatur inſtrumentum ferreum rotundum, cuius diameter ſit medij palmi, fiant quinque apices, in forma oſsium dactylorum ad ignem rubeant & apponatur prius circulo ſignato ſuper locum debilem, deinde apponatur butyrum*; priuſquam cauteria applicentur, alia remedia ſunt experienda, nam periculum eſt ne applicatio cauterij attrahat multā materiam in articulum debilem & laxum; cùm autem hoc remedium tuto adhiberi poteſt eligendum actuale, neque cutem tranſcendere debet, tuntque priùs partes proximæ & adiacentes muniendæ medicamentis repercuſſiuis, quæ defenſiua dicuntur vulgo. quantitas autē remedij menſuratur ex viriū robore, aut debilitate: Nā vt *quicunque empij, aut hydropij vruntur aut ſecantur ſi pus aut aqua vniuerſim efflu-*

xerint omninò moriuntur, quòd vna cum humoribus corruptis fiat magna spirituum dissipatio; ita si magnum fiat vlcus in debilibus, metus adest dissipationis ab euacuatione nimia, cæterum Hipp. lib. de affectionibus scribit, *vrendũ profundis crustis inustis, in osseis quidem partibus per fungos, in carnosis autem per ferramenta*, debetque seruari locus apertus saltem 40. diebus, sunt nonnulli etiam qui cauterio potentiali vtuntur cum summo fructu.

Nonnunquam materia arthritidis cõuertitur in tophos, huius meminit Gal. de alim. facult. & com. j. in lib. 6. epid. id dum acciderit curandũ sequentibus remedijs, quę gradibus distingui debent, Primi gradus sunt ℞. olei camomelini lilio, amygd. dulc. añ. ℥ j. pinguedinis galinæ, medullæ crurũ vaccæ, æsipi humidę añ. ℥ ß. mucilaginis, semin. lini fœnugr. añ. ʒ vj. ceræ parũ fiat vnguentum, ℞. olei liliorum & irini añ. ℥ j. æsipi humidæ, medullæ crurum vaccæ, aut cerui añ. ℥ ß. styracis liquidæ, coaguli añ ʒ ij. ceræ parum, fiat vnguentũ, ℞. amurcæ, olei liliorũ & irini, semin. lini añ. ℥ ij. mucilag. fœnugr. extract. cũ aceto ℥ j. ß. ping. anat. ʒ x. misce omnia, & locũ inunge, ℞. vulpẽ euisceratã in vino decoque, quoad ossa à carnibus separẽtur, carnẽ ferè & exprime, liquor expressus bulliat, in eod. vino, quoad formã vnguẽti acceperit, de quo, ℞. ℔ j. ß. adde masticis, castorei bdelij, myrrhę, baccharum lauri, añ. ℥ ß. euphorbij ʒ ij. fiat vnguentũ admirabile, in doloribus genuũ carpi, & cubitor. post generalia remedia, ℞. pulu. mastic. ladani, thuris, añ. ʒ iij. auri pigmenti & cinabaris añ. ʒ. ij. galliæ moscatę ℈ j. fiãt trocisci cũ tereb. & aqua milillę pro suffumigio: deinde ℞. emplast. de vigo, coronei, oxicroci, & de mell. añ. ℥ j. empla. de minio ʒ vj. misce cũ oleo lilio. & applicẽtur.

℞. tegulam bene calefactam, pone in ea folia saluiæ, cum erũt semitorrefacta affunde acetum fortissimum capiat fumum, & tandem tegula applicetur, cineres sarmentorum recoquantur in olla, ex his fiat sacculus & apponatur parti dolenti.

Ad sciaticam, post purgationes & sanguinis missiones, ℞. petrolei, olei philosophorum, succi ebuli añ. ℥ ß lumbricorum ʒ vj. vini maluatici ℥ ß. bulliant simul lento igne & his calidis vngatur locus dolens, post vsum huius olei. ℞. ceræ flauæ ℔. ß. therebinthinæ ℥ v ß. emplastri diachilonis & de Vigo cum mercurio añ ℥ iij. hermodactylorum ℥j. ʒ iij. florum camomillæ ℥ j. thuris schenanti, sileris montani, styracis, calamitæ, ladani añ. ℥ j. agarici ℥ iij. fiat emplastrum, addendo mercurij ℥ iiij. applicetur parti dolenti, dentillaria contusa & applicata cum ligatura plantæ pedis & coxæ dolenti, mira est. eadem apposita loco dolenti prodest, suadent multi fonticulum apponendum inguini quæ parte glandula intumescit, sed euitanda sunt vasa.

Ad antiquos dolores articulorũ sequẽtia cõmendãtur, ℞. seminis & foliorũ vrticæ añ. q. s. adde adipis vrsi q. s. fiat in modũ cataplasmatis, ℞. olei vulpini q. s. vnguatur, ℞. stercoris caprini, farinæ hordei añ. q. s. cum aceto, fiat cataplasma, ℞. radic. altheæ coctę, adde pinguedinis anatis q. s. fiat cataplas. rapa in pingui iure bene cocta, decocuntur camep. cum vino lauetur locus & applicetur herba cocta. Gueyn. mirificè commendat vnguentum ex ansere quod carminibus descripsit, ℞. anserem antiquum deplumatum, exanteratum, pelle nudatum, postquam tritus aut verberatus fuerit obfarcire oportet rebus sequentibus; ℞. pingued. porci, thuris

epiploi, ouilis, saluiæ, meliloti, fabarum, fuliginis ad replendum ventrem anseris añ. q. ß. in veru ponatur, assetur, supponendo vas quo excipiatur liquor, eo vngantur membra dolentia.

Secundi gradus & extremi sunt postquam foueris locum decocto remolliente, ℞. marquesitam ignitam quã irrorabis aceto forti, excipiat membrum dolens suffumigium, deinde aceto calido laua, & itera quoad fuerit necessarium, Rhasis scribit rad. keiri, quam garranam vulgo dicunt emplastri modo adhibitam materias gipseas dissoluere, multi hoc cataplasma applicant mira cum vtilitate, ℞. pedes suillos salitos n. vj. bulliant quousque in mucilagines conuertantur, pulueris casei antiqui partes duas, pulueris nasturcij partem vnam, misceantur, & apponantur.

Auic. in fine capitis de curatione podagræ scribit, *si dolor arthriticus in spina dorsi acciderit primario, deinde permutetur ad manus, extrahetur sanguis ab eadem manu morbo existente in declinatione.* Ad dolorem sedandum sequentia sum expertus, ℞. farinæ hordei & lentium añ. ℥ ij. cassiæ recens extractæ ℥ ijß. Philonij ℥ iij. misceantur, & cataplasmatis modo apponantur supra partem dolentem, adiecto pauco oleo nenupharino aut violato. Itẽ ℞. succi vmbilici veneris ℥ iij. olei rosa. ℥ jß. aceti rosa. parum, vngatur pars. vidi applicare vmbilicum veneris pistatum solum, sed verendum ne nimis partem refrigeret, tamen in magno ardore nihil periculi.

Postquam fluxio magna est collecta in parte, & in declinatione applicetur cum fœlicissimo successu cataplasma de cantharidibus, egreditur enim aqua, & sanatur dolor. Vide quæ scripsit Rodericus

à Fonſeca ad podagram curandã ex Cornegio medico Hiſpano,ad finem lib. de ſanitate tuẽda cuius remedia in multis ægris admiranda in hac patria quæ lentis eo optimo abundat ſum expertus.

An vinum competat morbo articulari, aëtius ſi pituitoſa fuerit arthritis iubet vnium dari flauum, antiquum,ſubtile,per interualla. Auic. prohibet in omni ſpecie articularia morbi. Paulus c.78. lib.3.in fine curationis bilioſæ defluxionis vinum concedit.Quò hæc loca concilientur dicendum, græcos concedere vinum in acceſſionum interuallo, quò natura refocilletur.Tũ in declinatione materiæ frigidæ, & in fine calidæ. At in calidis prohibẽt,quòd calefaciat & attenuet,fluxioneſque concitet. Quare Auicen. prohibet in principio, tum incremento omnis articularis morbi.

An verò balneum aquæ dulcis competat in morbo articulari Gal. c. 20.l.11.meth. ſcribit, balneum duobus modis podagram excitare, colliquãdo humores & venas aperiendo, iuuat tamen febris extinctionem,nam humores coquit & digerit, febrilem calorem retundit. Alexander balneum aquæ dulcis admittit tum Auicen. cap. de cura morbi articularis:Quod interpretatur Iacobus de partibus, quia poſt purgationem balneum reſoluit reliquias materiæ. Quare in principio pleno exiſtente corpore non quadrat. poſt purgationem abſolutam, ad reliquias morbi pellendas conuenit.

De victus ratione.

ITA Fernelius in quodam consilio, *protinus*, inquit, *vt articularis dolor, quempiam adoritur, consueti cibi & potus dimidium circuncidẽdum est, victusque tenuior, & purior imperandus, quo corporis & humoris moles immodica concidat, vinum interdicendum, cui calore & vapore noxia vis est proritandi fluxiones, & dolores exasperandi, danda pro potu aqua saccharata vitanda salsa, aromatica, & quæcumque caput tentant vt allium, cæpa, nasturcium, sinapi, idque maxime cum dolores immaniter fatigant, sorbitionibus & iusculis parcißimè vtendum, & aßis potius quam elixis, vt omni ratione corpus siccescat, & superuacuorum humorum non exigua portio absumatur.*

FINIS.

PRACTICÆ LIBER QVARTVS DE FEBRIBVS CVRANDIS.

Cap. I.

OMNIVM medicorum ſententia, febris eſt calor præter naturam in corde accenſus. Nomine cordis intelligimus eius ſubſtantiam ſolidam & in ea contentos ſpiritus, tum humores, qui dum accẽduntur febres excitantur, fit itaque vt quemadmodum in febris carentia cor ad omnes corporis partes mittit calorem natiuum, qui ab ipſo motu fluens dicitur : ita in febre calor præter naturam, quo ipſum cor afficitur, mittitur ad omnes corporis partes, à quo incaleſcunt præter modum, niſi quid impediat; vt in illis febribus in quibus interiora vruntur, & exteriora frigent. Licet ergo aliqua pars noſtri corporis, præter cor, afficiatur calore præter naturam, ille tamen affectus febris non dicitur, niſi cor calore illo præter naturam moleſtetur. Quæ ſententia eſt Galeni lib. de diff. feb. & 2. ad Glauco.

Et cùm verſemur in praxi quæritur commodè ad indicationes ſumendas num in febricitantibus ſit duplex calor. Adminiſtratio remedij & alimenti

clare ostendunt duplicem existere calorem in febricitantibus. Et licet hecticus videatur calore naturali carere, falsum tamen est; nam alimenti ope, in quo parum remanet calidi innati, sustentatur. Dum autem omni ex parte interijt, non est opus alimento. Qui autem volunt hominum contemplationi satisfacere multa proponunt dubia logica, & solutiones praxi nullo modo vtiles: quibus vt paucis ex rei natura respondeamus: contemplentur in febribus intermittentibus tempore paroxismi calorem præter naturam adesse, quo finito abesse, & calorem natiuum solum relinqui in corpore. Atque ita sic sese consequuntur, vt calor preter naturam producatur aliquando à naturali ratione subiecti & materiæ: nam quando calor aut qualitas quæ est in calido naturali substantificæ, propagatur vicinitate in materiam corruptam, aut illa qualitas introducitur, aliunde in eamdem materiam febris nascitur: non quòd calidi innati substãtia mutetur in ignem substantiam, sed quia qualitas, & elementaris caliditas propagatur & diffundatur in alienam.

Verùm quandoquidem naturæ sunt morbũ medicatrices ex lib. 1. epid. calor naturalis agitne in illũ qui est præter naturã? quæ maior est difficultas nec inutilis curationi. Certè calor præter naturã agit in substantiam caloris naturalis: ita per accidẽs in calorem, efficiendo acriorem & diminuendo etiam substantiam: & calor naturalis retundit vim caloris præter naturam, tandéque cùm morbus est solitarius euincit: & quãdo lethalis est euincitur à calore præter naturam, & dissoluitur. Agit autem calor naturalis duobus modis in materiam morbificam, quæ est subiectũ caloris præter naturam, æquando

& mitificando;& in calorem, retundendo suo suaui humore, est enim aqueus & aëreus ex decretis mediocrum. Adiuuatur autem in sua operatione diminutione materiæ morbificæ, euacuationibus retusione caloris præter naturam, alimẽtis & medicamẽtis frigidioribus propinatis. Sunt ergo duo calores in febricitantibus. Et vt opponamus tribus caloribus naturalibus, quorum mentionem fecimus in physiol.lib. de calo. inna. tres præter naturam calores in corde apprehenduntur. Nam quando calor naturalis, præsertim qui spiritus appellatur, aut qui consistit in halitu humorum, incalescit, & egreditur limites caloris natiui generales, præter naturam fit, qui mutatus est è naturali temperamento in igneum, excedens temperiei naturalis limites. Alter fit ex materia putrescente, calor putredinalis dictus. Tertius est malignus perniciosus, pestilens. Definitio qua dicitur febris calor naturalis in igneum, est definitio modi quo fit febris, nam proprie est intemperies calida & sicca.

Febris diuisio à Gal. ducitur ab essentia febris, ex eo quòd maioris & minoris rationem habet. Tum à materia in qua calor existit præter naturam: & à modo motus. In primo diuisionis membro, excusat antiquorum consuetudinem, quod qualitatis nomine quantitatem intelligerent. Qualitas propter gradus quos habet sua quãtitate non caret; Quantitas namque philosophia duplex est, vna molis, altera virtutis. Cæteras febres persequitur distribuẽdo, in ephemeram, & nó ephemeram appellat, non ephemeram *quia*, inquit c. 10.l. 2. de diff. feb. *aliud genus febris quod ex aduerso diarijs respondet, nullum nomen habet cõmune.* Non ephemeras diuidit in putri-

das & hecticas. Putridam in continuam & intermittentem. Quarum differentias persequitur Fernelius, qui palmam in febribus diuidendis reliquis præripuisse videtur. Primò distribuit febrē in simplicem putridam, & pestilentem. Simplicem verò, in ephemeram, synochum & hecticam. Putridam autem in continuā & intermittentem. Verùm simplex putridæ non aduersatur, sed potius cōpositæ aut multiplici: adde quòd quædam putrida vt tertiana exquisita est simplex. Præterea synochus est simplex Fernelio, & quædā continua synochus est, cùm tamen illi omnis continua sit putrida. Auega comm. in lib. Gal. de diff. feb. diuidit in hecticam, diariam, & humoralem: humoralem in putridam & non putridam: putridam in compositam & simplicem. Lectorum sit iudicium quantùm inter se discrepent in febribus diuidendis principes in medicina viri; fernelio enim ephemera est simplex, quotidiana putrida. Auegæ verò quotidiana simplex est; ephemera neque simplex neque composita. Nos Aristotelis insidentes methodo de qua alibi diximus cauebimus primò, ne idem in diuisione sæpius reperatur neue idē in diuersis eiusdem diuisionis membris locum habeat eodē sumptum modo. Secundò cōsiderabimus diuisiones febriū alias esse generales, quæ sumuntur ab his quæ omni febri cōueniūt; alias speculiares, quæ huic febris speciei accōmodantur. Neque absurdū cēsebimus vnā febris speciem, in diuersis diuisionibus, sedem occupare, modò id fiat diuersa ratione. Ex diuisionibus verò trahemus definitiones Galenico & Aristotelico constructutas artificio.

Febris ergo ratione affectus quem in manu tan-

gentis producit,alia eſt mordax,alia mittis. A ſubiecto in quo calor præter naturam ſedẽ habet,aut vt quibuſdam placet ab eſſentia, alia eſt in ſpiritibus, alia in humoribus,alia in partibus ſolidis : vnde dicuntur ſpiritales humorales,& hecticæ. Subiectum verò febris eſt proximum aut remotum. proximum ex pars ſolida, humoris nutribilis partis, & ſpiritus infixus:nam cùm febris ſit morbus, eſt affectio partis viuentis,ergo ſubiectum illius eſt pars viuens. Subiectum remotum conſiſtit in humoribus,vaſis contentis & ſpiritibus. Ratione numeri dictũ. alia dicitur diaria ſiue ephemera, quæ vnius diei ſpatio finitur,alia plurium. Reſpectu coniunctionis,& connexionis febris, alia ſimplex,alia cõpoſita, alia multiplex:nã duplex tertiana eſt,multiplex hæmitritæus cõpoſita;multiplicitas enim in ſimilium multitudine & cõiunctione conſiſtit,compoſitio verò in diuerſorum miſcella. febris habet ſuum motum,qui modo ſuo conſtat,à quo dicitur cõtinua aut intermittẽs, & quia cõtinuitas diuerſa eſt,nam aut ſemper eſt ſibi ſimilis aut diuerſa, ab illa febres dicuntur continẽtes aut ſynochi diſcriminis gratia. A more febris eſt aut maligna aut mittis. A tempore alia nocturna,alia diurna,à duratione,alia breuis, alia longa. Ratione originis alia eſſentialis dicitur,alia ſymptomatica.

Hæ ſunt fere vniuerſales febrium diuiſiones. peculiares diuiſiones nunc ſunt recenſendæ.

Febris ephemera dicitur ratione cauſarum illam producẽtiũ à mœrore,frigore,vſtione,vigilijs,cruditate,temulentia. hectica diuiditur per gradus, aut enim eſt primi,aut ſecũdi,aut tertij. Febris humoralis cõſiderata humoris diſpoſitione,aut eſt putris

ab

ab humore putrente, aut non putris, quæ fit ab inflãmato sanguine, continens dicta, & synochus non putris, diuiditur humoralis putrida ratione humorum putrentium, vt alia sit biliosa, alia pituitosa, alia melancholica. Sub febre multiplici continentur tertiana duplex, quotidiana duplex, & aliæ similes: sub febre cõposita continentur hectica cum humorali, hęmitritæus, tertiana continua, quartana continua, quotidiana continua, hęmitritæus siue semitertiana duplex est secundum mixtionis materiæ modũ, aut enim habet bilem exuperantem aut pituitã, vel neutram, sed ambos æquales humores, quæ semitertiana exquisita appellatur. Simplex febris cõplectitur illas omnes quæ solæ sunt, neque cum aliis coniunctæ, febris intermittens propter ordinẽ paroxismi, qui ordo semper est similis aut dissimilis, diuiditur in ordinatã & erraticam, à tempore accessionis, aliæ dicuntur tardantes, aliæ anticipãtes, aliæ subintrantes: nam antequam prior paroxysmus desinat, alius subintrat: aliæ cõmunicãtes cùm vnus paroxysmus incipit, mox post alterius paroxysmi initiationem, aliæ alternantes quando inter vnum & alterum paroxysmum cadit interuallum & modica quies, huius diuisionis tria membra postrema Sauonarolla ex mente Auicennæ retulit ad compositas febres; possunt tamen reduci ad intermittentes, vndoait Auicen. decipitur medicus putans esse continuam propter modum affligendi, vel putans tertianam esse quotidianam & contra: sed ex typis & ex signis quæ typum quotidianæ, tertianæ & quartanæ sequuntur, facilè distinguitur. Intermittens ordinata ex dierum numero, alia est quotidiana, alia tertiana, alia quartana, alia quintana &c. febris

ſymptomatica ex Fernelio diuiditur ratione ducta à cauſis, ſiue ab origine in eam quæ ex inflammatione, aut obſtructione alicuius partis naſcitur, quæ lenta ſimplex appellatur: aut à corruptione alicuius partis, quæ lenta periculoſa. Ea quæ ab inflammatione ortum habet ratione loci duplex eſt, aut enim oritur longè à corde aut prope cor. Tertiana febris duas habet diuiſiones, vnam à duratione, alteram à materia; primo modo alia eſt duodecim horarum, alia plurium, hæc diuiditur in ſimpliciter extenſam quæ eſt 24. horarum; & in ſufficiẽter extenſam, quæ porrigitur ad 36. horas. Illa verò diſtribuitur in eã quæ ex pura bile extra venas putrente naſcitur: quæ fit à bile non pura, ſed mixta cum alio humore notha, ſiue ſpuria appellatur: hæc quidem ſi fuerit admixta cum pituita, quibuſdam dicitur maioris famæ, ſi cum ſucco melancholico, minoris famæ, à ſymptomatibus quę febres comitãtur, febres varia ſortiuntur nomina; à ſyncope ſyncopales: à iactatione & moleſtia aſſodes; à calore interiore deurente cum externarum partium refrigeratione lipiria, à frigore verò mixto cùm calore, percepto in omnibus corporis partibus epiala nominatur. Syncopalia à quibuſdam diuiditur, ratione humoris ex quo naſcitur in ſyncopalem humoroſam, quæ fit à multis humoribus phlegmaticis crudis, qui opprimunt ſuperius os ventriculi; & in ſyncopalem minutam, quæ naſcitur ex humoribus bilioſis tenuibus. Febres quædam ab effectis quos producunt in corpore dicuntur colliguantes, ab ardore ardentes quæ à Galen. 4. de vict. rat. in morb. acut. ducta differentia à ſubiecto diuiditur in eam quæ totum corpus occupat, & dum quæ peculiarem obſidet partẽ.

Hæ ſunt differentiæ partium magis vulgares ex quibus trahi poſſunt definitiones obſeruata regula definitionum, nempe vt ex illis diuiſionibus noſtro inſtituto tot differẽtias accommodatas rei definiendæ ſumamus, quoad illam à reliquis omnibus diſtinguamus v.g. febris ſpiritalis eſt ſimplex eſſentialis quæ in ſpiritibus ſedem habet: ephemera quæ vnius diei ſpatio perſeuerat: humoralis quæ in humoribus ſedem habet. Tertiana eſt febris humoralis intermittens quæ, tertio quoque die repetit: Atque eodem pacto in cæteris eſt progrediendum.

De cognoſcenda febre. CAP. II.

FEBRIS vt alii morbi dignoſcitur per ſigna propria aut inſeparabilia, aut per vtraque ſimul. Illa autem in febre deſumi debent ex pulſus differẽtiis, & à calore tactu percepto. Nam cum in omni febre cor afficiatur intemperie calida ſicca, ea vim habet pulſum immutandi. Præterea diffunditur calor præter naturam per totum corpus qui tactu percipi poteſt auctus & à naturali differens. Ergo ex vna aut pluribus differentiis pulſus & ex caliditate præter naturã tactu percepta, febris qua febris eſt, dignoſci poteſt. Calor ille præter naturam auget vſum: aucti vſus nullus eſt proprius pulſus ex Gal. multi tamen familiares & præcipuè celer. Nam ſiue facultas debilis ſiue robuſta, aucto vſu ſemper pulſus eſt celer. vera itaque eſt propoſitio, febris adeſt, ergo pulſus celer eſt. Intellige autem pulſum pro motu cordis & arteriarum ſimul; aut pro ſolo motu cordis, propter ea quæ finxit Galenus potius quàm ſit expertus.

Verùm in dignoſcenda febre nobis eſt progrediendum ab effectis ad cauſas vt plurimùm, in quo progreſſu non ſequitur, celer eſt pulſus, ergo febris adeſt: huius enim celeritatis plures ſunt cauſæ, febris nempe & externa multa, motus ignis calor, Solis, ira, ſpirituum diſſipatio, quæ omnia cùm augeant vſum celerem, procreant pulſum; quare celeritati pulſus ad febrem dignoſcendam, aliud ſignum annectendum ex calore tactu percepto acri & vehementi. Neque ſatis eſt niſi abſint cauſæ extrinſecæ quæ hos effectus parere poſſint: quocirca pulſus celeritas cum calore vehementi tactu percepto, ita vt nulla ſit ſuſpitio cauſæ extrinſecæ aduentantis ſignum eſt proprium & inſeparabile febris qua febris eſt.

At in multis febribus exteriora frigida ſunt cum interiorum ardore, hoc contingit per accidens & in paucis febribus; ſcientia autem eſt de iis quæ ſunt per ſe, & fiunt ſemper aut vt plurimùm. Adde quòd ſemper adeſt celeritas pulſus præter naturam.

Vnaquæque febris ſua habet ſigna, de quibus dicetur ſuis locis.

De cauſis generalibus febrium. CAP. III.

QVIDQVID efficere poteſt & procreare intẽperiem calidam & ſiccã in corde, illud dicitur cauſa febris. Cauſæ autem febris quatenus morbus eſt, ſunt procatarticæ, antecedentes, & coniunctæ. Calor verò præter naturam producitur in noſtris corporibus quinque modis ex Gal. li. de cauſ. morb. c. 2. motus enim calefacit, cùm in eo agitentur ſpi-

ritus & humores qui facilè incendium concipiunt, præsertim si ad vim causæ efficientis, præparatio in corpore accedat; quod obseruandum semper præcipit Gal.1. de diff. feb. c.6. Ad motum referuntur ira, & tristitia; ira namque feruent humores, in tristitiâ commouentur. Secundò ex adhæsione rei calidæ; ad quem modum reuocantur Solis æstus, ignis vehemens, balnea calida. Tertiò ex retẽtione eorum quæ calida sunt in corpore ob densitatem cutis, aut restrictis & condensatis illius poris per antiperistasin aut vi frigoris. Quartò ex admixtione calidæ substantiæ talis potentia existentis, vt medicamenti assumpti, alimenti cibi & potus. Quintò ex putredine quæ fit à calore præter naturam.

Calor verò is qui ab enumeratis causis proficiscitur, nisi accensus fuerit in corde febris non dicitur. Oportet præterea vt sit præter naturam, nam motu aliquando calescit cor & totum corpus sine vlla febre. Omnes istæ causæ ex relatu ægri signa sunt febris existentis in corpore.

De præparatis ad febrem. CAP. IIII.

PRAEPARATIONIS ad febrem contemplatio non est inutilis, primò quod ex ea indicium feratur periculi aut securitatis ex illo aph.34.lib.2. *minùs periculosè ægrotant ij, quorum vel naturæ vel ætati, vel consuetudini, vel tempori familiaris morbus est, quàm quibus horum nullo affinis cognatusque existit.* Præterea ad præcautionem conducit, quos enim ad febres paratos iudicamus in illis precautione vtimur.

Diuersa sunt genera febrium, quibus diuersæ dispositiones respondent, quidã enim paratiores sunt

ad vnam febris speciem recipiendam quàm ad alias humidi & calidi faciliùs in febres putridas labuntur. Calidi verò & ſicci ad ephemeram & hecticam recipiendam magis ſunt apti. Neque tãtùm ad has, ſed etiam ad omnes, nam cum febris ſita ſit in calida & ſicca intemperie, bilioſi maxime erunt parati ad febrem omnis generis recipiendam.

Ex his præparationibus facilè intelligitur tranſmutatio in febribus, de qua Gal. lib. de diff. feb. c. 2. ita ſcribit; *Calor facillimè ex humoribus ad ſpiritum trãſmeat, humores autem tardius ignem concipiunt à ſuccenſo ſpiritu, atque etiam ſolidum corpus promptius calorem humoribus, aëræque ſubſtantiæ communicat, quam ipſum ab aliis concipiat. Omnis namque ſubſtantia tenuis facilius alteratur quàm craſſa, tenuiſſimus eſt aër, craſſiſſima corpora ſolida, humores medio genere ambigunt, febrilis diſpoſitio alias ex alio ex prædictis incipit, verùm in eo genere quod primo eſt affectum minime permanet, ſed occupat reliqua duo, ac niſi prius ſoluatur progreſſu temporis, illa ſimiliter afficit.* Auicennas lib. de feb. peculiariter magis iſta deſcribit hoc modo. *Illa corpora quæ in paſſiuis qualitatibus humore & ſiccitate temperata ſunt, calore autem excedunt ſunt parata ad ephemeram ex quibus ad humorales ſit facilis tranſmutatio. In corporibus verò calidis & ſiccis fit tranſitus facillimè ad hecticas.* At nõ fit mutatio ab extremo ad extremũ niſi per intermedium, extrema autem videntur ex Gal. ſpiritus & ſolidæ partes, humores verò medij ſunt, craſſiores quippe ſpiritibus, tenuiores ſolidis partibus. Habita ratione conſiſtentiæ hæc vera ſunt, ratione autem diſpoſitionis ad febrem falſa: nam ſolida calida vt eſt cor, facilius accenduntur, quàm humores qui liquidi actu ſemper ſunt & humidi. Quare ſolida corpora

calida ſicca ſpiritibus accenſis proximiora ſunt quàm humores, ratione diſpoſitionis ad febrem recipiendum.

De loco affecto in febribus, & de febris magnitudine.
CAP. V.

IN febribus quà febres ſunt ſemper afficitur cor, nunquam enim calor ille præter naturam febris appellatur, niſi fuerit in corde accenſus, in febribus ſymptomaticis præter cor aliqua alia pars afficitur aut præcipua, aut minùs præcipua; quæ cauſa eſt vt in ſymptomaticis natis ab affectione partium principum, magnitudo febris aucta exiſtimetur partium obſeſſarum ratione; partis namque obſeſſæ præſtantia omnia febris magnus quodammodo dici poteſt morbus, cùm in illa ſemper cor afficiatur.

Verum ephemeræ non ſunt magni morbi, quare partis præſtantiæ ſymptomatum magnitudo eſt adiungenda. Eam oſtendunt calor vehemens, pulſus celerrimus, creberrimus, ſitis magna, & inexhauſta, ariditas linguæ, magna febris cauſa, vt ſi febris excitetur in corporibus parum diſpoſitis ad illam, vt ſenum corporibus; ait enim Hipp. in aph. *ſenes raro febribus acutis laborare*, ob caloris penuriam; *ſi quando autem excorripiantur ad interitum ducit*, nulla alia ratione quam quod cauſa maxima ſit: maximi autem morbi periculoſi. Omnia febris maligna magna eſt.

Mutantur aliquando febres è tertianis ſimplicibus in tertianas duplices, ex illis in tertianas continuas & hęmitritæos, vt anno 1604. contigit in mul-

tis. Ratio huius mutationis fuit, quòd in principio bilis putrefceret, paulo poſt pituita putrefacta eſt quæ mixta cum bile duplicem tertianam peperit, mox putrefactis humoribus in maioribus vaſis, producta fuit continua mixta cum duplici tertiana.

De methodo medendi febribus ex Gal. c.1.lib.8. meth.med.
CAP. VI.

FEBRIVM vna differentia eſt in qua adhuc cauſa adeſt febrem creans; aut febre excitata iam deſiit cauſa, altera iam facta quam hecticam appellant Græci. Omnis febris indicatio veluti à morbo ablationem eius præſcribit. Secunda indicatio ſeu à tali morbo, quæ non ſimpliciter ſui amotionem vt prior, ſed certam ac determinatam remotionem poſtulat: nam cùm febricitans intemperie afficiatur neceſſe eſt ſanationem quoque eius febris intemperiei eſſe depulſionem; omnis autem exceſſus, per contrarium exceſſum curatur; eſt autem intemperies febrilis exceſſus in caloris abundantia, hinc ergo ad temperamentum regreſſus erit per id quod refrigerat; quare ſi iam febris præſens eſt, ſed cauſa quæ eam excitauit iam deſiit, ad hoc tantùm conſilium dirigatur vt refrigeretur: quocirca quærenda talis materia eſt quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At ſi in generatione adhuc febris eſt, cauſa quæ illam accendit amouenda. Sin eius iam genita eſt pars, & altera pars in fieri adhuc eſt, vtrique conſulendum: primùm quidem ſubmouendo eam cauſam quæ accendit febrem, deinde extinguendo febrem, quæ ab hac accenſa fuerat. Ergo niſi quis ad vnguem memoria tenuerit, quæ cau-

sæ febrem generant, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam methodo febri prospiciet.

De febre ephemera. CAP. VII.

FEBRIS ephemera est simplex febris minimè maligna, quæ in spiritibus sedem habet, & quoniam febris vt morbus est affectio partis viuentis & animatæ, nomine spirituum intelligimus spiritus infixos & in plantatos partibus solidis, præsertim cordi in quo sunt spiritus, humor primigeneus & pars solida proprie appellata.

Signa febris ephemeræ ex Gal. c. 9. l. 1. de diff. febr. sunt ab aliqua causa procatarctica incipere recenti, quod est inseparabile non proprium. Inseparabile verò & proprium vrinæ concoctio statim primo die, pulsus magnitudo & celeritas aucta, tum quod contractio minime crescat in celeritatem, ob exiguam copiam fuliginosorum excrementorum, denique caloris suauitas.

Diaria alia est plurium dierũ ex Gal. c. 1. l. 9. meth. med. alia vnius tantum, hæc diuisio vsu recepta est, satius tamen esset diuidere febrem spiritalem siue quæ consistit in spiritibus, aliam esse vnius diei, quæ ephemera proprie dicitur; aliam plurium dierum quæ improprie ephemera appellatur.

Nascuntur febres ephemeræ à causa procatartica, euidẽti, & externa, vt lassitudine, nimio labore & vehementi per quẽ accenduntur spiritus; ex temulẽtia, qua inflãmantur spiritus, vinoq; generoso. Ex ira, fit enim feruor sanguinis circa cor & spiritus, calefiunt præter naturam, ex mœrore, nam in eo retrahuntur spiritus ad cor in quo ignem concipiunt.

Ob vigilias ſiccant enim ſpiritus & accendunt, ob famem eadem ratione, ex Solis æſtu calefiunt enim inſpiratione; cutis ſiccitate & ex frigore conſtringitur enim cutis & corrugatur, vnde ſupprimitur effluuium fuliginoſorum excrementorum, à quibus ſuppreſſis ſpiritus vltra modum incaleſcunt per antiperiſtaſin. Ex bubone poteſt etiam naſci ephemera accenſis ſpiritibus, & quia tranſmutatio febrium ephemerarum in alias febres pertinet ad prognoſin, de tranſmutatione illarum eſt dicendum.

Tranſeunt diariæ in alias febres ex Gal. loco cit. medicorum ignorãtia, ægrorum intemperantia, miniſtrantium errore. Nam cùm iis qui integra ſanitate fruuntur delinquere nõ ſit tutum, haudquaquam id ægris ſine diſcrimine contingat, tranſeunt diariæ aut in putridás, aut in hecticas, prout maiorem habent cum alterutra ſimilitudinem & ſocietatem: nam inter ea quæ habent conſortium facilis eſt tranſmutatio. Eſt autem vtilis hæc cognitio futuræ tranſmutationis ad prædictionem necnon ad præcautionem.

Cognoſcitur hic tranſitus, cùm ſigna ephemeræ ſunt alienata, & alterius generis febris iam apparent indicia. Ergo ex aduſtione, cruditate, laſſitudine, vigiliis animi perturbatione, vel bubone, numquam ad tertium diem vſque progredietur febris acceſſio, niſi ſit commiſſus error circa laborantem. At quibus conſtipatio cutis febris occaſio exiſtit, his etiam vltra hos porrigi acceſſio poteſt. Item quæ fiunt ab obſtructionibus ſiquidem hæ magnæ fuerint, prorogantur vltra diem vnum.

Tranſmutatio verò in aliud genus febris naſci-

tur potiſſimum ex ſubiecti diſpoſitione, nam ſi humores ad putrefaciendum ſint parati ex diaria fit putrida, ſi verò cordis ſubſtantia ſicca ſit valde & calida, hectica naſcitur, fietque tranſitus vt diximus ab extremo ad extremum intacto medio.

Primum ſignum petitur à cauſis prægreſſis, quæ ab ægro præſciri debent. Signa verò quæ à cauſis procatarticis corpori imprimuntur talia ſunt. In iis qui ex mœrore laborant acrimonia caloris percipitur, & corporis macies. Qui ex ira diaria præhenduntur, habent oculos prominentes, faciem tumidam & rubicundam, calorem vehementem, & ex profundo corpore erumpentem, pulſum magnum & celerem. Si ob timorem contigerit, pulſus celer eſt, & color faciei pallidus, ſpiritus namque intrò recurrunt, quòd ſi timor perſeuerauerit, robur elangueſcit, diſſipantur ſpiritus, fiunt pulſus parui, languidi, rari; dum ex vigiliis oritur, adſunt decoloratio faciei, tumor, grauis oculorum motus propter humiditatem, vigiliæ namque, cum coctrici facultati ſint cõtrariæ, humorum crudorum & vaporum copiam pariunt, ex quibus pallidus faciei & oculorum color, tumor, grauitas & humiditas naſcuntur, pulſus in hac febre ſunt exigui à debili facultate, ſicciores propter humorum naturalium diſſipationẽ. Si laſſitudo pepererit diariam, cutis arida efficietur ex diſſipatione humoris, quæ ſiccitas perſeuerat vſque ad ſtatum, ſi mediocris fuerit laſſitudo; ſi verò vehemens ad finem vſque, hi gradus laſſitudinis differũt pulſibus, nam in primo ſunt magni, in poſtremo parui. Ab æſtu Solis manãs dignoſcitur lõgo in ſolatu ſub radiis Solis vehementioribus, & ſiccitate cutis capitis & caliditate magna, ex ſenſu

ardoris in capite percepto, oculorum rubore, venarum extuberantia. Ex cutis densitate nata hæc signa profert primo occursu, mittem, deinde acriorem calorem, si diutius tangendo immoratur, manus sentit: vrinas minimè ruffas nullam subsidentiam molis corporis, nulla namque fit resolutio propter densitatem, proinde neque oculos habent cauos, neque aridos, sed potius humidiores solito. In diariis ex bubone pulsus sunt maximi celeres & crebri, calor multus post statum, humor suauis egreditur & calidus, facies est rubicunda, tumida, sub albida vrina.

Methodus curandi febres ephemeras hæc est, in curandis his febribus ratio duplex est habenda, vna communis omnium, altera particularis cuiusq; speciei. Febris omnis vt talis indicat refrigerationem & humectationem, contrariorum namque contraria sunt remedia, quare Gal.1.ad Glauc. omnes curari balneo aquæ tepidæ scribit: victus ratio omnium debet esse frigida & humida eadē ratione, balneum verò debet vsurpari in accessionis declinatione, de victus ratione ita statuendum, vt cibi statuantur boni succi, facilis coctionis & distributionis, quales sunt prisana & iuscula, pisces saxatiles panis optimus, aues montanæ, & ex cicuribus pulli, capi, & gallinę: ergo qui diaria præhenduntur accessionis inclinatione aut declinatione in balneum cōiiciendi sunt: non omnes tamen eodem modo, neque eisdem balnei partibus vti debent. Præscribamus ergo victus rationem & balnei vsum secundum species diuersas ephemeræ.

Qui ob vigilias mœrorem, curas, lassitudinem, laborant diaria, egent cibis non tantùm humectan-

tibus,sed etiam somnum conciliantibus: sunt autem arcendi ab aëre balnei, ne noxam augeat. Igitur in balneo aquarum dulcium versari debent, vt perditam humiditatem resarciant, deinde copioso oleo tepido mollibus manibus fricari debent. Qui propter cutis densitatem in ephemeram inciderunt, cibos sumant oportet parum nutrientes & moderatè calefacientes, à vino autem limphato arcere non debemus, nisi plethora detineantur: balnei autem parte aërea potius vti debent, quàm aquea ob dissipationem. Qui diaria laborant ab æstu Solis aut ira, vinum iis non est concedendum, quoad perturbatio quieuerit; crebris verò balneis aquæ dulcis solaque exigui olei perfusione citra perfrictionem sint contenti. Qui ex bubone concœperũt ephemeram, tenuiter sunt nutriendi quòd eorum substantia non sit dissipata; vino autem abstineant oportet, ne fluxio augeatur. Vrantur autem potius aërea parte balnei quàm aquea.

Gal. c.1. l.9. meth. facit mentionem ephemeræ quæ ad plures dies extenditur. Ea nascitur ex vehementi obstructione pororum; nam cum fuliginosa & vaporosa excrementa quæ inflammarunt spiritus non possunt exire, tandiu affligunt quoad pori aperiantur, hanc Gal. appellat synochum non putrem c.2. l.9. meth. Nàm motum habet continuum & exporrectum sine vlla diuersitate, ephemera autem plurium dierum ab aliis dicitur, confundentibus ephemeram cum spiritali.

De febre continua & primò de synocho non putri. CAP. VIII.

FEBRIS synochus dicitur illa, quæ cùm sit plurium dierum motum habet continuum sine vlla insigni diuersitate & exacerbatione. Causa autem motus continui in febribus, est continua affectio cordis ab intemperie calida, hęc autem affectio progreditur ab inflammatione sanguinis, aut à putredine humorum qui continentur in maioribus vasis, aut in parte aliqua peculiari solida, affectu calido laborante, aut à proprio cordis incendio, in febribus intermittentibus cùm cor non afficiatur continuo fit. vt earum motus sit intermissus.

Synochus continua est & habet continuum motum, quia continuo afficitur cor calida & sicca intemperie, ab humore accenso aut putrente in maioribus vasis: siquidem accensi tantùm sint, fit synochus non putris, si verò putreat humor, potest fieri putrida synochus.

Verùm non omnes generant synochum sed tantum sanguis & bilis ex opinione Fernelij. Quare synochus non putris nascitur ex sanguine aut bile inflammatis intra maiora vasa, putris autem ex sanguine putrente.

Harum tres differentiæ notantur: nam si quod accenditur, ei quod transpirat par fuerit & æquale, nec minui calor febrilis videatur aut augeri, æqualiter progreditur, verùm si plus effluat quàm generetur, imminuendo. Si minùs transpiret quàm generetur, increscendo. Primi generis agmasticam siue omotonam: secundi paragmasticam: tertij epa-

gmasticam appellant, verùm id quod effluit non est sanguis, sed fuliginosum excrementum, ergo feruet sanguis ob illud quod est admixtum sanguini. Quæ fuerit demum necessitas constituendi hanc febris speciem paucis absoluamus.

Sanguineam aliqui non putrem esse censuerunt, febrem quod febres quasdam sine notis putredinis aliquot diebus perseuerare animaduerterint, quarũ subiectum non potest esse spiritus; nam hi facilè alterantur & dissipantur, quare non possunt diu affectum retinere, nisi subiectum aliud densius efficiatur. Sanguis ergo aut bilis feruet in illa febre, nam reliqui humores accendi non possunt citra putredinem. Ergo febris perseuerans pluribus diebus citra putredinem est in sanguine, aut in bile inflammatis, fit autem inflammatio per admixtos vapores & fuliginosa excrementa, eodem modo quo vapores calidi aquam calefaciunt.

Causæ huius febris plures sunt, prohibita vaporum exhalatio, quæ pendet ex pororum, quibus effumatio solet fieri, obstructione, vel constrictione. Illa nascitur ex rebus coarctantibus, vt frigore externo, balneis, & medicamentis frigidis, adstringẽtibus, frictionibus durioribus, corrugatione cutis à calore vehementi. Opturant poros sordes cuti hærẽtes, sanguinis nimia copia & crassities, pinguedo magna larga: iis causis addi potest suppressio euacuationis sanguinis, per quam generatur sanguinis nimia copia, hincque inflammatio illius oritur, hæc autem febris nascitur vt plurimùm ex Gal. 9. meth. in iis qui sanguine abundant, suntque habitu corporis denso.

Signa causæ proximæ, nempe sanguinis inflam-

mati sunt calor multus vaporosus, faciei saturatus color: oculorum & temporum venarum extumescentia: vrinæ rubicundæ, crassæ admodum siue perturbatione, pulsus sunt magni, celeres, frequentes & æquales. Quo signo maxime distinguitur à putrida synocho.

Signa magnitudinis sunt respirandi difficultas à sanguinis copia, inuoluntariæ lachrymæ à repletione cerebri, somnus profundus à vaporum quantitate ad caput elata. Maior est illa quæ semper increscit.

Nisi in principio succurratur huic febri sanguinis missione, suffocationis imminet periculum (præsertim si à sanguine ortum duxerit) syncopis aut effluxionis in pulmones, aut in aliam aliquam partem, finitur aut die quarto, aut 7. sudoribus ex Gal. lib. de Crisib.

Victus ratio tenuis esse debet, abundat enim sanguis laudabilis, refrigerans & humectans diæta; vt in omnibus febribus ex Hipp. in aph. Et quoniam vt plurimum sitis ægros exercet, ad eam sedandam sunt reperenda quæ diximus cap. de phrenitide.

Cùm autem ægri aliquando in febribus continuis vinum sibi exhiberi postulent, quærẽdum num in febribus sit propinandum vinum. Non videtur, nam Gal. 7. simpl. c. de centau. maio. dat ʒ. ij. centaurij febrientib. cum aqua, non febrientibus cum vino, & c. 9. eiusdem lib. de terra samia inquit, *bolus armena bibitur ex vino consistentia tenui, modicè dilato, si aut plane febre careat, aut leuiter ea teneatur, si autem grauius febriat admodum aqueo vino.* lib. 8. de comp. med. secund. lo. hepaticis obolos iij. aristolochiæ iubet

propi-

propinare, febrientibus ex aqua, non febrientibus ex vino. Plinius idem censet lib. 23. hist. nat. c. 1. Si concedatur aut ratione morbi; aut ratione causæ, aut ratione virium. Non primò quia febres multæ sunt in quibus non est dandum, vt in ephemeris & hecticis: tum quia febris calida est & sicca intemperies: neque ratione causæ, quia cùm effectus sit similis causæ, febris calidæ & siccæ non potest esse nisi causa calida & sicca. Neque ratione virium, nam 2. de vict. rat. in morb. acut. *ciborum adiectioni intendendere multò minùs subtrahere vero omninò sæpius expedit.* Quoniam, *impura corpora quò plus nutries, eò magis lædes*: atqui vinum præ cæteris multò magis nutrit. his adiungi potest experientia quotidiana; ergo febrientibus vinum non est concedendum.

Verùm contra opinionem illam vinum febrientibus esse exhibendum videtur. Gal. 3. cap. l. 8. metho. loquendo de febricitantibus inquit, *vinum verò ipse conscius es me eiusmodi naturis concedere, sed quod tum aspectu, tum viribus sit aquosum, id enim ad omnia vtilius quàm aqua est, vt pote quod & concoctionem iuuet & vrinas & sudores promoueat.* Constat autē Hipp. non modo diarijs febribus, sed etiam in acutis ex ijs quæ de acutorum victu prodit vinum dare. 11. meth. c. 9. idem Gal. scribit vinum aquosum posse exhiberi in febre, quia omnes euacuationes promouet. Gal. comm. 3. de vict. rat. in acutis, aquosum vinum appellat, quod aquæ tum colore, tum substantia simile est, perspicuum est siquidem vt aquæ substantiæ vini dotes scribit Gal. 8. l. de med. sec. l. inquiens, *nutrit, coquit, roborat, putrefactioni resistit.* quibus ergo conuenit dandum.

Qui viri robusti sunt, solidoque suo stant robo-

re vires in aëre calido degentes, ijs vinum non est dandum. Senibus autem ac leuiter ægrotantibus libentius concedendum est, Gal. 11. meth. c. 7. inquit. *Magnitudo febris obstat sicuti in continuis vino non est vtendum.* In febrium declinatione potest concedi vinum, apparentibus signis coctionis; vel etiam in inflammationibus internis, sicut fecit Hipp. in pleuritide. Cardan. c. 6. l. meth. in quatuor tantùm casibus noxium scribit vinum; in dolore assiduo capitis; in phlegmone cruda; in delyrio; in febre ardente cum cruditate. lib. de vict. rat. in morbis acutis: in febribus pituitosis & melancholicis vinum debet exhiberi: in syncope febrium vinum dãdum: in debilibus viribus largiendum est. Consuetudinis etiam habenda ratio in primis, vt Germanis propter consuetudinem libere exhibetur vinum, etiam febrientibus.

Quando vsus vini non conceditur, vtendũ aqua cocta leuiter, refrigerata, addito syrupo de agresta, & de lymon. pro cibis sumat ptisanã hordeaceam, panem lotum, iuscula pullorum cocta cum herbis refrigerantibus, portulaca, endiu. lactu. oxalide, borrag. cum seminib. frigidis.

Venæ sectio statim initio celebrãda ad vacuãdum repletionẽ & euitandũ futurũ efluxum in aliquam partẽ: idque ad animi vsque deliquiũ secundùm aliquos authores: Auer. huic sẽtẽtię reclamat c. 8. l. 7. coll. tribus rationibus; prima est quod natura non educat sanguinẽ vsque ad sincopẽ, nisi symptomaticè, at medicus imitator naturæ est quæ facit crises, ergo id moliri nõ debet. secunda quia euacuatio debet esse superflui & inutilis tãtùm; euacuatio vsque ad animi deliquiũ excedit super flui euacuationẽ. tertia in huiusmodi corporibus aliqua est præ-

paratio ad putrediné,& euacuatio tanta minuit caloré,quare putredinis dispositio minui nõ poterit. Addamus communem rationẽ à nobis in generali methodo dictã quòd lypothimia & sincope nõ poteſt eſſe verus terminus quãtitatis sãguinis miſſionis. Magna copia sanguinis detrahenda quantùm vires ferre poſſunt, & quãtitas sanguinis requirit: parua nãque sãguinis miſſio parũ vtilitatis adfert.

Poſt sanguinis miſſionem, quia semper calore vehementi pars aliqua sanguinis vertitur in bilẽ; purgandi, præparationibus vtendum & rurſus purgandi ſi fuerit neceſſe.

Poſt medicamenti propinationem, ſi calor & ſitis vrgeãt,& morbus in ſtatu extiterit, aqua frigida exhibenda eſt larga copia. Peculiariter verò antequam offeratur hæc obſeruari debent; nimirũ vt ſigna coctionis appareant, nec craſſorũ humorũ copia adſit, vnde viſcera obſtructionibus laborẽt, neque in ipſis viſceribus inflammatio, ſcirrhus, aũt œdema; neque æger ſit vẽtriculo imbecillo, nec ſit aquæ potui inſuetus ex cap. 5. lib. 9. meth. Si aliquid impediat aquæ frigidæ exhibitionem, præſertim vẽtriculi debilitas ſequẽti remedio eſt vtẽdum.

℞. conſer. roſa. aceto. nenufa. añ. ℥ j. conſer. florum bulg. ℥ ß. trochiſco. de campho. ʒ j. puluer. electu. diamargar. frig. coralli rubri añ. ℈ j. fiat conditum auro coopertum, ſumat coclear vnum huius conditi humectati aqua frigida: poſtea magnum cyathum aquæ frigidæ mixtum cum ſyrupo de limonibus. Regio renũ vngatur cerato ſãtalino loto in aqua roſa. & aceto. Aut ℞. infrigid. Gal. ℥ iij. cãpho. g̃. vj. miſce & vngatur regio renum & tota ſpina dorſi. Oporter preterea vti epithematibus

refrigerantibus & humectantibus cordi & hepati applicãdis. Si densata sit cutis, vti oportet frictionibus cum oleo camom. Si crassi sint humores attenuandi & incidendi & purgandi.

Fernel. c. 4. l. 3. de febribus meminit febris synochi non putris à bile ortæ his verbis. *Causæ siquidem euidentes, cum vehementiores in biliosum corpus alioqui sanum irruerint, non modo spiritus concalescunt, sed & acres humores exagitant, quorum æstu febris accenditur sine putredine. hæc ephemeræ limites egreditur, nec tamen synochus est nunc exposita, illa quippe sanguinis efferuescentis est, hæc bilis concitatio sine putredine, illa in corpus incidit temperatum beneque habitum, hæc verò in calidum siccumque ac plane biliosum. huius causa euidentes nõ aliæ sunt quàm quæ ephemeram mouent, & maxime cruciatus summus, qualis nephritici aut parientis, exercitatio laborque immodicus, æstus balneum, animique excandescentis, & quæ ijs pares sunt viribus. In hac nullæ putredinis notæ in pulsu aut vrinis cernuntur, verumtamẽ os amarescit, deijcitur appetentis sitis excruciat, capitis dolor ac vigiliæ vrgent, in cute arida acer calor ferit.* Forestus obser. 10. l. 1. de febribus se hac laborasse scribit. Arculanus negat posse generari synochum ex bile comm. de febr. in 4. fen. Auic. quòd bilis tertio quoque die pariat exacerbationem proprietate substãtiæ, quod non conuenit febri synocho. verùm hoc est positum in quæstione num causa periodorum pendeat ex proprietate humoris, aut ex tempore collectionis eius extra vasa, de qua re paulò post agetur. Adde quòd illa intelliguntur de febribus putridis, non de synocho ab inflammatione sola bilis.

De curatione eius ita scribit Fernel. loco citato, *sublata causa procatartica, paucis post diebus febris eius-*

que symptomata quiete sola, nullo artis subsidio sanantur & sponte desinunt. Satius tamen est, metu mutationis in aliam speciem febris, remedia adhibere; nam si febris ephemera constituta in spiritibus remedia postulat ob dictam rationem, multò magis synochus non putris biliosa remedia postulat.

De febribus putridis, CAP. IX.

FEBRES putridæ sunt quæ ex putredine humorum ortum ducunt. Putrent verò humores aut in venis aut extra venas; in venis maioribus continuas & continentes producunt, extra venas intermittentes.

Causæ putrefactionis humorum antecedentes ex Gal. c. 3. l. 9. meth. sunt locus humidus calidus & prohibita caloris perspiratio: de cuius generātibus suppressionem perspirationis caloris iam ante dictum est: Causa verò proxima febris putridæ est ipse humor putridus.

Signa autem generalia febrium putridarum sunt, calor acris tactu perceptus, quod inseparabile est signum febris putridæ, conuenit namque hecticis, distinguitur tamen modo: nā in putridis primo occursu calor vehemens percipitur, deinde mitescit; in hecticis res cōtrario se habet modo, nam in principio mitis tandem acerrimus percipitur. Proprium verò & inseparabile signum est contractionis arteriæ velocitas, fit autem celer propter expulsionem fuliginosorum excrementorum, quorum expulsio magis est necessaria, quàm refrigeratio caloris. Magis tamen percipitur in incrementis febrium, quàm in principijs & statu. vrinæ cruditas signum etiā est inseparabile febriū putridarum in principio maximè. Cùm verò febris putrida sit aut

continens siue putrida synocha, aut continua putrida, à febre synocha putrida est incipiendum.

A sanguine putrente nullam gigni febrem existimant multi, quòd Gal. pluribus in locis scribat, sanguinem dum corrumpitur conuerti in bilem & succum melancholicum, quare nulla febris excitatur à sanguine putrẽte, Verùm illud (*dũ corrumpitur*) æquiuocũ est. aut enim significat dũ putrescit, aut postquã putrefactus est. Certè dũ sanguis putrefactus est corruptus tenuior eius pars vertitur in bilẽ, crassior in succũ melanch. At dũ putrefit, adhuc, sanguis est, verùm nõ diu in ea dispositione perdurat, quare aliquãdo mutatur in aliã speciem febris.

At cùm putrida synochus affinitatem habere videatur cum synocho non putri, & cum ardente febre, ab illis est separanda. Primò. à synocho nõ putri differt signis putredinis iam recitatis, & vehementis eorum quæ illis communia sunt. Ab ardente vero quod in hac bilis dominantis adsunt signa in excrementis, in contactu corporis sitis adest inexhausta, inquietudo vehementior multo, quàm in synocho putri.

Generatur hæc febris ex Gal. c. 13. l. 9. meth. *vbi in omnibus vasis & potissimum maximis æqualiter succi putrescũt*. Ex quo loco elici potest, vt quemadmodũ in plethora aliquãdo oẽs humores æquabiliter abũdãt, ita in synocho ęquabiliter omnes humores putrescũt. Cùm ergo dicitur synochus nasci ex sãguine, intelligẽdum est non de sanguine puro & separato, sed de eo qui complectitur omnes humores. In qua tamen massa humorum superat sanguis.

Easdem agnoscit causas hæc febris, quas synochus non putris, maiores paulo & diuturniores.

Periculosior est hæc febris nõ putri, præsertim si

alui fluor à principio iungatur. finitur aliquando quarto die, si prima ortu fuerit nec successerit synocho nõ putri:aut septimo, vel alio die critico. verùm probabile est eam non excedere septimũ diem si prima fuerit, cùm fiat cõuersio sanguinis in bilẽ aut atram bilẽ paruo temporis spatio. finitur hæmorrhagia, alui profluuio, sudoribus, & vrinis nonnunquã & vomitu. Si sexto die cõtingant excretiones, quamuis signa coctionis præcesserint, infida erit crisis & imperfecta, nã aut recidiuã faciet, aut ægrũ perimet, vt à Gal. scribitur c. 4. l. 1. de dieb. decret. Si fluor alui in principio largior vexauerit ægrũ, vires ita prosternet, vt materiæ coquẽdæ non sit par natura. Si à materiæ copia ortũ duxerit breuiorem faciet morbũ: si à maligna qualitate ægrum frequẽter perimit. Soluitur hæc febris nonnũquam maculis quibusdã purpureis erũpentibus quæ exãthemata appellãtur; hæc si sequuntur signa coctionis, salutem, sin minùs mortem portendũt. In hac febre non raro contingunt morbilli & variolæ maximè in pueris.

Gal. c. 8. l. 11. meth. scribit ita de curatione huius febris. *Principiũ inuẽtionis remediorũ ipsa erit rei natura de qua agitur putredo verò est mutatio totius putrescentis corporis substãtiæ ad corruptelã à calido externo, qui primũ ipsos succos propter humorẽ & liquiditatẽ putrefacit & corrũpit: spatio verò tẽporis tum adipẽ, tum etiã carnem. Quare vt in corporibus quæ nõ viuũt & corrũpuntur, primũ, eorũ quantũ iã putruerit separamus, deinde ei quod reliquũ est, in frigidũ aerem sublato per inspirationẽ refrigerationẽ cõciliamus: pari modo putredinem, quæ in viuentibus corporibus orta est, sanabimus, euacuantes id quod corruptum est, quod vero superest moderatis motibus, & refrigerante perspiratu, ad exactam temperiem reducemus.*

Cùm vero trāſpirationis prohibitio putredinis occaſio fuerit, hanc ſubmouere oportet. Illa autem naſcitur varijs modis, nempe denſatis poris, humorum abundantis, tum craſſitudine & viſciditate eorundem. Sanantur autem per contraria, nam denſitas rarefactione, contractio fuſione & dilatatione, copia euacuatione, viſcida detergentibus. Ergo inquit Gal. c.10. eiuſdem lib. *duæ indicationes ſeſe exhibent, vna à febre, altera à putredine, à febre item duæ: prima vt pars febris quæ iam facta eſt curetur, quæ verò in generatione eſt inhibeatur. Rurſus aliæ duæ à putredine ducentur indicationes: nimirum vt quod putredinis iam factum eſt ſanes, quod in generatione eſt ſiſtas. Porro quod in generatione exiſtit, perſpiratio impedita facit, ab hac quoque aliæ duæ indicationes naſcuntur, tum vt quod retentum eſt vacuetur, tum quod retinendum eſt prohibeatur, remedijs obſtructiones liberantibus. Cuius rurſus ipſius quod iam factum eſt ſanandum, quod futurum eſt inhibendum. Quæ obſtructio iam facta eſt curabitur obſtructiones aperientibus & reſerantibus: inhibebitur quæ futura eſt obſtructio, ſi confluxum humorum obſtruentium compeſcas.* Obſtructiones autem liberantia calida eſſe non debent, nam febrem augerent, tum putredinem. Quare ijs eſt vtendum quæ obſtructiones auferre poſſunt, qualia ſunt vicida tenuis ſubſtantiæ frigida.

Obſtructionibus reſeratis oportet purgare materiam obſtructiones efficientem.

Victus ratio requiritur refrigerans & humectās qualis eſt præſcripta in ſynocho non putri.

Quod ad curationē reliquā pertinet, primò aluus concitanda perfrigerante enemate, aut ſi peculiaris ſit corruptio in vētriculo vel prima regione corpo-

ris, leui aliquo catartico euacuanda, nisi forte suffocationis periculũ immineret, tunc enim statim vena secanda est, & sanguis larga copia educendus, prout quantitas affectionis exigit, & vires permittunt, tum corporis habitus. deinde præparandi humores syrupis, iulepijs, aut decoctis; vt de limon. de acetos. citri de berber. de agres. acetati exisacch. cum aquis refrigerantibus.

Præparati humores catartico deijciendi, ℞. rhabarb. elec. ʒ j. ß. mirobal. citrin. ʒ iij. infundantur in aqua endiuiæ, express. adde thamarind. ℥ j. syrupi rosa. solu. ℥ j. ß. fiat potio. Postea frigida aqua danda est conditionibus obseruatis quæ descriptæ sunt. Auer. c. 8. l. 7 coll. scribit. *Si æger vehementi siti excrucietur, non est expectanda concoctio humorum, nam vires ante coctionem dissipabuntur, quare satius est in principio exhibere aquam, nam materia quæ febrem committit est cruda ob acrem & vehementem calorem, non propter crassitiem aut viscididitatem humorum; quare potu aquæ frigidæ acrimonia extinguetur, satiusque est hanc febrem in aliquam longam conuerti, quàm si æger intereat.* Tamen vires semper sunt metiendæ, quæ si debiles fuerint non permittunt aquæ frigidæ potionem, metu extinctionis caloris. Quidam timentes ægrotis in hoc remedij genere, alijs remediorum generibus refrigerare nittuntur assumptis & admotis, de quibus egimus superiori capite.

In hoc capite non est prætermittendum quod sæpissime Argent. commonet in lib. Gal. de febrib. ad Glauco. in quo probat febrem generari ex seroso humore corrupto. Nam cùm possit putrescere, ab illo humore nasci potest febris. Idem probat experientia, quod multas sanari febres experiamur edu-

ctis serosis humoribus; tum etiam misso sanguine, licet aliquando contemplari plurimum serosum humorem superna tantum, & nullum alium peccare, in quo febris poni debeat consistere. Adfert etiam in probationem febres hydropicorum & alias lentas, quæ in pluuiosis & nebulosis temporibus nascuntur; neque potest hæc febris esse alterius generis quàm synocharũ, vt ipse probat, cùm non possit referri ad aliud genus; Quod enim putrescat in venis continua erit quòd vero ex bile aut succo melancholico non nascatur, continens sit est necesse. Quare synochus aut erit sanguinea, aut biliosa aut serosa.

De *Febre ardente.* CAP. X.

CVM febris ardens vera & legitima fiat ex bile putrente quodammodo respondet synocho non putri ex bile ortæ, nec etiam Gal. l. 2. de crif. c. 3. multùm repugnat, si quis ardentem febrem synochum appellauerit. Quare de ea commodè hoc loco agere poterimus.

Ardens febris Hipp. in Sileni & Philini vxoris historia ignis appellatur hæc ratione materiæ duplex est, vna vera & legitima quæ à bile ortum ducit, alia notha quæ à pituita salsa originem trahit. ex Hipp. 4. de rat.vict in morb.acut. legitimam ita describit sent. 1. l. 4. *causus fit cùm venulæ arefactæ æstatis tempore acres & biliosos ichores ad se traxerint. Sicca namque* ait Gal. in com. *humida solent attrahere; laudabilia si adfuerint, sin corrupta, ratione enim carent illæ venulæ.* Quare vt pueri ad oblatum casu humidum cùm sitiunt irruunt, hoc parto & illæ venæ agunt.

Dario sitiẽti aqua turbida gratissima fuit: Atque vt attractione venarum potest fieri ardens febris ita & expulsione partium corporis reliquarum in illas venulas.

Fit autem causus aut in toto corpore redundante bilioso humore, aut in aliqua parte. Causi à bile nati toto corpore sparsi signa sunt sitis vehemens & inexausta, calor exurens.

Magnitudinis illius signa sunt ventrem morderi & biliosa deijcere, nempe quòd vehemens sit morbus motusque acrium humorum ad interiora fiat. Præterea hæc contingunt præcipuæ ijs qui ventriculum & hepar causi sedem habent. Lingua verò aspera valde nigra,& desipientia ijs quorum pulmo afficitur, in quibus præter superiora adest difficultas respirandi, magna namque & frequens est eorum respiratio, ab aucto vsu, sitis etiam magna, cùm os superius ventriculi afficiatur, deinde ventriculus aut ieiunum intestinum. Si verò alia pars vexetur non est necesse sitim adesse inexaustam.

Causus nothus ex pituita salsa nascitur. In illo adest exurens calor & sitis inexausta, verùm lingua non est nigra sed alba, à pituita salsa. Eadem est ratio superiorum symptomatum, atque in superiore legitimo, ratione magnitudinis & partium diuersarum affectarum. Hipp. l. 2. Epid. sent. 75. recenset maligna symptomata febrium ardentium quæ contigerunt illa tempestate, cuius fit mentio eo libro. *Rigor ab initio*, quod proprium signum malignitatis appellat Gal. in comm. *Nam rigor debet indicare febres ardentes* ex Hipp. in aph. non tamen in principio morbi elucere debent critica symptomata, quæ si appareant maligna sunt iudicanda. Alia

ſymptomata maligna ſunt, vigiliæ ſperennes, augor exudatio, *vehemẽs deſipientia, timor, fregiditas extremorũ.* Nam *vigiliæ in principio & deſipientia*, iam affectũ cerebrum intemperie calida ſicca ſignificant. *timor*, denotat bilem flauam retorreri, & verti in atram. *Exudationes in principio circa clauiculas & frontem* in Coac. malæ iudicantur. *partium extremarum refrigeratio*, pernicioſum ſignum ducitur à Gal. quòd à deficiente natura & calore ortum ducat: retrahitur namque calor ad internas partes, quare eo deſtituuntur externæ.

Cæterùm hæc ſymptomata maligna pendent aut ex malignitate materiæ, vt ex bile porracea, æruginoſa, aduſta, atra, aut ex profunda putredine, vel ex partis obſeſſæ præſtantia & cordi vicina.

De febre autem ardente hæc perhibentur prognoſtica. *febre ardente laboranti, rigore ſuperueniente, fit ſolutio.* Superueniente quidem, nam in principio funeſtus eſt rigor, vt dictum eſt. Intelligit ergo rigorem criticũ, vt poteſt colligi ex textu citato lib.2. epid. *In febre ardente maligna ſigna ſtatim apparentia periculum portendunt. Si æſtui & linguæ ſiccitati ſitis non reſponteat prauum eſt indicium.* ſignificatur enim vel læſam eſſe mentem, vel ventriculi facultatem extingui, niſi adſit tuſſicula à fluxione excitata, quæ ſitim moderetur ex aph. 54. lib. 4. *Si vrinæ nigræ, tenues & paucæ emittantur, & alui duræ ſint, pernicioſum eſt ſignum*; nigræ namque exiſtunt aduſtione, paucæ ex aduſtione ſeri. *Stillicidium ſanguinis prauum eſt in febre ardente*, nam magnus morbus non ſoluitur parua excretione. Significatur præterea naturæ expellentis debilitas, quæ excernere tentat, ſed non poteſt.

Soluitur ſanguinis fluxu narium,ſudore,vomitu alui deiectione, ex Gal. lib. 3, de criſ. *Cauſus qui à pituita ſalſa naſcitur* ex Hipp. ſent. 17. lib. 4. de rat. vict. in mor.acut. *Iudicatur ſanguinis profluuio è naribus, aut abſceſſu, aut ſputo craſſo, præſertim ſi pulmo fuerit affectus*, ex Gal. in comm. tunc caput incaleſcens ſanguine repletur vnde effluxus ſanguinis per nares aut abſceſſus,ita vt coxarum dolor adſit,pudendum liueat,teſticuli extendantur. Screantur autem craſſa criticè in febre ardente, dum afficiuntur pulmones cocto iam morbo.

Victus ratio tenuis eſſe debet,quòd breuis ſit futurus morbus: in principio tamen pleniùs nutriendum. Alimenta frigida humida ſint oportet, aër cubiculi refrigeretur: ſomnus maximè procurari debet: Nihil præſtantius in hac febre vt in cæteris acutis quá decoquere radices lapathi acuti aut oxalidis: vel quod præſtantius eſt thamarindos incoquere.

Victus ratione conſtituta detur clyſter,℞. maluæ, biſmal. foliorum cichor. & lact. añ. m̃. j. ſem. frigid. maio. ℥ j. pruna damaſc. n. x. fiat decoctio. In collat. ℔. j. ß. diſſolue caſſiæ cum ſaccharo & thamarind. añ. ℥ j. olei viola. ℥ iiij fiat clyſter detur deinde ne bilis ferociens procumbat in aliquam partem, purganda eſt cum rhabarb. thamarind. & ſyrupo roſa. ſolu. Thamarindi in febribus biliosis maximè vſurpandi, extingunt namque mirificè bilis acrimoniam, deinde ſanguis detrahi debet ſententia multorum cui alij reclamant, ob bilis redundantiam, cuius frænum ſanguinem conſtituunt. Verùm huic argumẽto priùs ſatisfactum fuit, plus enim bilis effunditur quàm ſanguinis, quòd te-

nuior sit; tum refrigeratur totum corpus remotione humorum, quò namque copia humorum maior est, eò calor auctior; adde quòd iam magna pars materię biliosæ detracta est purgante medicamento illo.

Quantitatis sanguinis detrahendi ratio & indicatio deducenda est ex hac distinctione: duplex est causus verus & nothus; item qui à bile fit duplex est, aut enim à bile pura, aut mixta cum sanguine. Is producitur duobus modis, aut enim fit ex synocho febre, sanguine immodicè calefacto, & degenerante præ calore in naturam bilis, aut ex præ existente flaua bile, cui sanguinis aliqua portio addita est. In causo illegitimo licet mittere sanguinem in parua copia. In eo qui succedit synocho maiori copia detrahere licet. In eo qui fit à sola bile parum; plus autem si fuerit sanguis admixtus cum bile. Habenda autem est ratio virium semper. Humor præparandus syrupis, iulepis, decoctionibus refrigerantibus & humectantibus. Capiti, fronti, & temporibus oxirhodinum est applicandum. epithemata cordi & hepati ad eamdem intentionem.

Præparatum humorem oportet purgare thamarindijs rhabarb. & syrupo rosa. solu. Linimenta refrigerantia dorso & hypochondrio dextro, post epithemata applicãda; ex cerato santalino loto in aqua rosa. & aceto; ex refrigerante Gal.

Potus aquæ frigidæ maximè conuenit in hac febre, obseruatis conditionibus iam dictis.

De Febribus continuis nomine generis dictis, & de earum prædictionibus CAP. XI.

FEBRES hæhabent exacerbationes & incrementa variâ, pro ratione diuersa humorum putrescentium, quotidie quidem si pituita, alternis diebus si bilis, quarto quoque die dum succus melancholicus putrescit in maioribus vasis. Cæterùm cùm methodi institutæ ratio exigat vt generalia primo loco tradantur; cùm autem sint multæ febres acutæ, continuæ, quibus possint conuenire præsagia plura ab Hipp. descripta, vtile nobis fuit visum illa explicare hoc loco.

Hipp. aph. 48. l. 4. scribit, *In febribus continuis si partes exteriores sint frigidæ, interiores autem calidæ, & sitim habeant lethale est.* Quòd cùm tribus de causis soleat contingere maximè est distinguendum. Primò id solet suboriri propter vehementem dolorem in partibus internis natum: vt in colico dolore; eò enim spiritus &calor occurrunt vbi dolor sæuit. secundò in syncope aut cardiogmo, quæ non sunt lethalia. Tertio ex inflammatione interna ad se attrahente cucurbitulæ modo internum calorem & natiuum, vnde sitis ab incendio excitatur, quibus si accedat corporis exagitatio, vestium reiectio, pedum denudatio peiore sunt loco. Ijs cùm ad extremum ventrem est succedit tenuis sudor ἐφίδρωσις, appellata, primùm per caput, deinde per totum corpus, tandem mors.

Aphorismo 46. l. 4. *Si rigor frequens & iteratus febre non desinente ægrum iam debilem inuadat, lethale est.*

Hoc enim ostendit naturam sæpe aggredi exclusionem materiæ, sed in opere succumbere, & materiam intrò deferri; & licet sequatur excretio, insignem tamen euacuationem aut concussionem corporis, fractæ iam vires perferre non poterunt.

Aphorismo 50. l. 4. *In febre non intermittente si difficultas respirandi & delirium acciderint, lethale.* intelligendum autem est dummodo difficultas respirandi aliunde pendeat quàm ex delirio. Nam deliriũ caussa esse potest difficultatis respirationis, cùm scilicet delirantes sui officij obliuiscuntur. Quandoque deliriũ esse potest sine difficili respiratione. At cùm difficultas respirandi in febre continua sequatur affectionem partium respirationi dicatarum, & huic difficultati delirium adiungitur, lethalis certè potest dici huiusmodi concursus quòd significatio fiat incendij alicuius partis internæ, è qua & delirium & difficilis respiratio ortum ducunt.

In febribus circa vmbilicum vehemens æstus & cordis morsus, malum. Hoc enim significat humorum calidorum in illis partibus collectionem, à quibus post æstum & morsum, persepe ἱφίδρωσις & syncope nascuntur, quæ pessima sunt.

In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera vehementes dolores malum portendunt. Nam conuulsio febri superueniens malum, quia ab inanitione. dolores etiam mali. quod materiæ acrimoniam post acris & mordax percipitur. In ephemera cocta est vrina, in hectica nequaquam. A continentibus separatur: à non putri quidem quòd calor sit mitis pulsus magnus velox, mollis, vrina rubicunda,

quæ

quæ non apparent in hectica: Putrida synocho signis putredinis iam dictis.

Signa hecticarum febrium alia sunt communia omnibus speciebus, alia propria cuiusque febris hecticæ. Communia quidem sunt ex Gal. c. 9. l. 1. de diff. feb. quod perpetuò sibi similes sint, neque inuasionem, nec incrementum, nec statum, nec declinationem habeant, nec fere se febricitare sentiat æger. quodque tangenti primo occursu exigua caliditas appareat; quæ tamen progressu temporis augetur & mordax percipitur. Æqualitatis quidem causa est substantiæ partis affectæ similaritas: Quòd non sentiatur febris causa est familiaritas & assuetudo. Sensus autem diuersitas in tangente nascitur, quod ex profundo corpore calor ille præter naturam ad partes extrinsecas feratur.

Pulsus hecticarum sunt celeres, parui, duri, aucto vsu, debilitata facultate ab intemperie, & arescente arteria. De pulsibus hecticarum legenda sunt cap. 4. & 5. l. 3. de præsa. ex puls.

Proprium verò & inseparabile omnibus febribus hecticis indicium est à cibo vna vel duabus horis calorem valde augeri, hoc autem contingit inquit Gal. loco citato non secus ac cùm calci viuæ aqua affunditur frigida. Id verò vna aut duabus horis post pastum, quod portio tenuior & liquidior cibi distribuatur in illo temporis spatio ad corporis partes, quæ siccatæ, humoris effusione ebullitionem producunt, & incrementum febris per accidēs.

Propria signa cuiusque febris hecticæ designantur ita ab authoribus: primæ quidem difficillia sunt cognitu, facile tamen curatur affectio. Tertia facilè suis signis innotescit, difficile curatur. secunda

Febres hecticæ quæ à causis procatarctisis pendēt primariæque sunt, nec adhuc ad marasma peruenerunt, facillimè curantur; contra quæ illum attigerunt sanari non possunt.

Febris hectica, vt & phthisica vt plurimùm interimit autumnali temporè ob temporis siccitatem & inæqualitatem.

Hectica coniuncta cum putrida difficilis est curationis ex 10.c.l.10.meth. med. Si cōnectatur cū erysipelate aut inflammatione alicuius partis internæ, tantò periculosior est, quātò pars nobilior extiterit.

De præcautione in febribus hecticis sic scribit Gal. c. 6. l. 10. meth. *quoties ex laßitudine vel ira, vel pluribus curis vel vigilijs, vel tristitia, vel longa inedia siccatum corpus est at febris innasit, quæ & aridam reddat cutem, & igneum acremque habeat calorem, verendum est, ne talis æger in hecticam incidat febrem, præsertim æstate. oportet,* inquit Gal. *ad precautionem vt cures ptisanæ cremore & sorbitione ex alica & pane loto.* Nostris temporibus possunt exhiberi iuscula pullorum, vituli, alterata cum herbis & similibus frigidis. Aquæ frigidæ potiones exhibere licet. Ijs enim remedijs protinus extinguitur & cessat omnis febris; modo ne phlegmone aliqua ei sit adiūcta, nec putredo humorū. Nā si horum vtrumuis adsit, diligenter oportet attēdere ac discernere, quo primum tempore aquam frigidam dare audendum sit. *Ego quidem* inquit Gal. *taliū quoque non paucis dedi, tutius esse ratus, phlegmonas in præsens augere quàm sinere hominem in febrem hecticam incurrere. Si tamen magnum fore incommodum, vel humorum putredini, vel phlegmone conijcies à frigida exhibenda abstinebis. Refrigerantibus autem remedijs vti licet ijs qui ita laborant, balnea quoque non esse incommoda duco.*

folia herbarum & florum refrigerantium incoqui balneo, verùm quia mucosam reddunt aquam, eiusque proinde penetrationem ad interna corporis prohibent, vsurpari non debent. Cauendum verò summopere ne ingrediatur baneum ventre famelico, aut cruditate superstite. Sumat ergo hic, aut iusculum, aut ptysanam tribus horis ante balneum, deinde dum ex balneo egreditur iusculum pulli sumat. Interpositis deinde aliquot horis, quousque scilicet iusculum distribuatur, prandium exhibeatur, frequenter verò quoad fieri poterit vtendum balneo.

De loco siue foco primario febrium intermittentium & continuarum deque paroxismorum ratione CAP. XIII.

FOCVM febrem intermittentium primarium extra maiores venas esse omnes fere medici fateri coguntur; quod illæ febres propemodum semper habent coniunctum aut horrorem aut rigorem aut perfrigerationem quæ non commouentur nisi partes sensibiles vellicentur mala humoris qualitate aut quantitate. vt scribit Galenus lib. 2. de Sympt. caussis & ad finem 2. de differ. febr. disceptant autem num focus sit in habitu corporis prope cutem an vero in partibus internis circa præcordia. Posse esse in habitu corporis admitti potest: probauit enim Gal. cit. loco, partes internas afflictas aut qualitate aut quantitate nimia humorum ad externas imbecilliores & ignobiliores illos detrudere, in quibus commoti & accensi febrem pariunt intermittentem. Hanc primam partem Fernel. aliquot ar-

gumentis refellit.

Primò quia ex illa opinione sequeretur omnes fere humores, qui causæ morborum fiunt in venis contineri. Illic primam omnium esse originem, quasi neque in visceribus, neque in mesenterio, neque in pancreate illorum quicquam congeri possit, aut computrescere. Hoc falso deducitur, non est enim dubium Galeno multarum febrium, & morborum materiem alibi colligi, quamuis in venis, vt elici potest ex lib. de Tumor. præter naturam & de inæqual. intemp. Quæstio erat de intermittentibus febribus, quarum intermissio dedit occasionem quærendi, quare finito primo paroxismo nouus renascatur Galeno, qui insitam illam vim & proprietatem humoris non agnoscit, vt Arabes post illum finxerunt, erat necesse comminisci illam expulsionem à partibus internis ad habitum corporis, quorum aduentu nouus excitaretur paroxismus, de quo postea.

Secunda ratio ducitur ex eo quod impossibile existimauit Fernel. tam cito fieri posse translationem illam ex venis ad partes externas: ad quam respond. Materiam illam non tam esse tenacem & viscidam, vt fingunt, cum pauco temporis interuallo possit expelli, diuerso tamen vt dincsta est consistentia & quantitas humoris.

Tertio inquit plurimæ continuæ cum horrore aut rigore primum inuadunt, quod si ipso statim initio earum febrium bilis in corporis summa effunderetur, cur non denique quoties excandescit motu nouo incandescit. Responde-

mus hoc fieri quoniam antequam continua accenderetur aliqua pars materiæ febrilis, fuerat effusa in illas partes, cuius effluxio cessauit, & si rursus effundatur, vt fit in pluribus febribus continuis, illa eadem causa est quæ in intermittentibus: intermittens enim aliquando coniungitur cum continua.

Quare ista argumenta non cogunt nos fateri focum intermittentium febrium non posse esse in partibus sensibilibus prope superficiem corporis & in habitu; licet Galenus de illis in parte non sit locutus, semper enim ait fluxiones fieri in partem ex parte non in habitum. Neque etiam impossibile censemus focum quarum intermittentium esse posse in partibus sensibilibus circa præcordia, quod à rationibus à Galeno in medium adductis probari potest.

Vt probet suam sententiam Fernelius hæc argumenta profert quod illæ partes internæ sint quasi publica corporis sentina, in quam omnis confluit conuolatque humorum colluuies; ex his sedibus horrores & rigores excitari possunt, nam illæ partes membranis sepiuntur & neruos accipiunt à sexta coniugatione.

Probatur præterea ex vomitu in principio febrium excitato; tum ex iuuantibus, nam si fomenta conuenientia adhibeantur præcordijs tempore paroxismi iuuant: sudores etiam possunt moueri ex internis partibus, nam frigida epota sudores concitat.

Postremo in febribus continuis sudores ab internis partibus progrediuntur : multæ autem intermittentes sunt sine his accidentibus , aut quod benigna sit materia , aut quod pauca ex Gal. loco cit. mutlæque existunt , in quibus nulli vomitus excitantur,nulli cruciatus in partibus illis circum præcordia, atque licet fomenta illas iuuent partes, non ideo necessario focus primarius est in illis partibus, sed quod partes illæ nempe ventriculus, iecur & lien in febribus intermittentibus semper afficiantur, vt scribit Gal. ad Glauc. Est ergo focus primarius febris aut in habitu, aut in internis partibus circa præcordia partium affectarum. Distinctio pendet ex signis sequentibus:Materia enim existente in partibus sensibilibus prope cutem maior tactu percipitur calor , quàm si in internis stabularetur horrores &rigores breuiores excirantur, nullus aut rarus vomitus. Verùm foco existente circa præcordia partes extimæ longo tempore frigescunt, & fere semper ; nam retrahitur calor ad interna , quare æstus vehementiores sentiuntur interius , sitis maior , inquietudo magna , sæpe tormina ægros exercent , vomitus excitantur, nec non aliquando animi deliquia , male affecto ore superiore ventriculi aut fumis tetris ad cor delatis loci vicinitate. Adde quod experientia confirmatum sit longas febres intermittentes curari purgatione bilis porraceæ aut æruginosæ per vomitum , aut per secessum , vti ego sum expertus in nobili duce comite francisco. & D. Nicolao Auenionensi , pluribusque allijs atque illa difficile fertur,à locis, vbi stabulatur ad habi-

tum corporis. Præterea cum vomitu excernatur & alui excretione, verissimile est contineri in locis ventriculo & intestinis proximis. Potest etiam in habitum effundi, cum venis includatur & purgatur per sudores. his ita constitutis quæritur causa propria intermissionis & redintegrationis paroxismi. Gal. 16. lib. 2. de different. febr. refert ad nouam humoris in partes sensibiles defluxionem, postquam antecedens materia consumpta est à febrili calore, quam probat firmis & demonstratiuis rationibus. hanc opinionem Fernel. nititur refellere hoc modo, Quid quæso, inquit, vetat concurrentibus causis illis omnibus efficientibus tam multam flauam bilem cumulari quotidie, vt naturam quotidie stimulet circuitumque moueat: non igitur sola excrementi copia, sed alia quædam vis maior necessario vnumquemque humorem ordine certaque regula ciet atque impellit: hæc autem propria est contractæ putredinis qualitatisue natura atque conditio, quæ omnē corporis statum naturalem immutat. Non animáduertit ille discretus vir duplices tertianas licet ex bile ortas quotidie recurrere, triplicem quartanam item quotidie repetere, item quintana, sextana, nouana, de quibus Hippocrat. in 1. Epid. non poterunt excitari ab aliquo humore, cum bilis moueatur secundum illos proprietate sua, tertio quoque die, pituita quotidie, siccus melancholicus quarto: Quare hoc referendum potius ad tempus collectionis excrementi quàm ad prpprietatem humoris. Verum paulo acuratius in rem istam inquiramus, nouus nascitur paroxismus, ille

humor qui de nouo accenditur, aut erat, vt ille existimat in suo foco coercitus, aut de nouo est aliunde delatus. Quæro quid conclusum & coercitum humorem commouet? Respondebit qualitatem & proprietatem humoris. Quæro rursus, cum illa qualitas inceperit humorem illum commouere, & commotione nouum paroxysmum excitare, à quonam ille motus excitatus intercipitur, in quod desit materia aut ad quieté alterius, quo quiescente quiescat si materiæ defectum causent, vicit Gal. nec possunt explicare ad cuius rei quietem ille motus quiescat, si vt motus causam, ita & quietis ab eadé vi repetat, sed diuerso modo: nauta năque præsens est causa conseruationis nauis, absens vero naufragij. Respondeat quæso quò abierit sua proprietas dum febris intermittit præsente materia; hæc cum absurda sint, probabilior multo erit Galeni sententia, quam concludendo ita cõstituit. Tota substantia feruefactorum humorum ex putredine extenuatorum ab ipso calore febrili in ambientem resoluitur, & dissipatur per vigorem & inclinationem febris: remanet autem iam excrementum omnino exiguum, in serosioribus autem nullum, quod si nulla debilitas extiterit virium partis inflammatione laborantis, nec rursus mittantur excrementa, morbus solutus est, & posthac iterũ non febricitabit, neque sequenti die, neque tertio neque quarto, neque quinto. Quod si propter eandé causam mittantur excrementa propter quæ ab initio parti mittebantur aut si quidem non amplius mittantur à parte in partem, sed maneat debilitas virium in parte, denuo febricitare hominem necesse est, quia generatur excrementum à debili-

tate partis aut mittitur. Reliqua vide apud Gal. Ergo causa intermissionis est dissipatio materiæ iam in locum sensibilem detrusæ siue ille focus fuerit in habitu exteriori, aut in internis partibus circa præcordia. Redintegrationis & renouationis vero paroxysmi nouæ materiæ cumulatio in illis partibus ob dispositionem membrorum mittentium excrementa aut suscipientium aut generantium aut trahentium. Respondeant quæso cur symptomaticæ febres, licet extra venas & in partibus sensibilibus focum habeant, sint continuæ, tamen nisi quod materia, quæ febrem parit, non dissipatur, quoad cocta fuerit aut ad exitium perduxerit: Ergo intermissionis causa est materiæ dissipatio; redintegrationis autem paroxysmi nouæ materiæ affluxus: ex contrarijs sequitur continuitatis causam esse perennem effumationem humoris calidi præter naturam ad cor delatam, quæ aut progreditur à maioribus vasis aut à parte aliqua peculiari affectu calido laborante, aut ex incendio propriæ cordis substantiæ aut spirituum. Longitudinis porro & breuitatis paroxysmorum, hanc causam reddit Gal. loco cit. plura excrementa frigidiora glutinosa & crassa longiores committunt accessiones; Pauciora autem & calidiora tenuiora breuiores; corpus rarius quantum in se est breuiores efficit accessiones; densius aut longiores, facultas item valida breuiores; debilis longiores. Omnibus autem concurrentibus breuissima aut longissima fiet accessio: Longissima quidem ob crassitiem, multitudinem excrementi, virium debilitatem, meatum angustiam: breuissima autem ob tenuitatem paucitatem excrementi, robur

virium & viarum amplitudinem. Simili modo nec quam ob causam accessiones quædam desinant ad integritatem; quædam vero non difficile est inuenire. Quoties enim priores accessionis tempus adeo breue est, vt priusquam secunda incipiat iam prima desierit medium principij secundæ priorisque finis interuallum totum sine frebre, sed vbi secunda prius incipiat, quàm prior omnino soluatur, nihil horum medium relinquatur. Causa autem perturbationis ordinis, vt cum tertiana mutatur in quartanam, est mutatio humoris morbifici in alterum humorem, aut quod alterius humoris generis permixtione confunditur, tum error in victu; nam si bilis assetur, fiatque atra bilis, producetur quartana: si pituita misceatur cum bile, ex tertiana simplici fiet tertiana notha. Victus autem ratio mutandi febris, speciem, potestatem non habet, sed tantum ordinem.

Animaduertendum præterea sæpe implexas accessiones medicis imponere, nam nisi aduerterit, tertiana quartanæ admixta videbitur quartana bis in die accedens aut anticipans. Accessionum autem anticipationes aut post positiones nascuntur. Illæ quidem ex collectione excrementorum velocius facta aut ad copiam crescentem, aut malitiam humoris auctam, aut vt Gal. ait lib. de Crisib. quod quædam sint febres tales sua natura, quarum accessiones anticipare soleant. Post positio ex contrarijs causis emanare solet.

De temporibus febrium intermittentium.

FEBRES quatenus morbi sunt, quatuor constant temporibus, principio incremento, statu & declinatione. Verum vt febres particularia habent tempora eaque diuersa, vt varia sunt febrium genera, Galen. cap. 5. de morb. tempor. in febrib. quæ intermittunt, sex tempora animaduertit cuiusque accessionis, & in his præsertim quæ cum frigore incipiunt, manifestò principium cognoscitur frigore. Secundum tempus est inæqualitatis symptomatum frigoris & caloris. Tertium est augmenti ad vigorem vsque, qui continet quartum tempus. Quintum declinatio ad intermissionem vsque. Sextum intermissio siue interuallum. Galen. 6. cap. eiusd. lib. harum febrium circuitus diuidit in duas partes, quas vocat maiores. Prima pars est à primo insultu primæ accessionis ad extremam vsque remissionem. Altera consistit in medio declinationis & insultus secundæ accessionis. Prima accessio vocatur paroxysmus, in qua Hippocrat. non esse nutriendum scribit Aph. 10. lib. 1. Secunda dicitur intermissio. In febribus autem non intermittentibus, quæ tamen exacerbantur quotidie, aut tertio aut quarto, quod raro contingit, quinque tantum tempora reperiuntur principium, inæqualitas, incrementum, status declinatio siue remissio ex Gal. 7. de morb. tempor. In quo etiam recenset signa accessionum. Insultus cum contractione pulsus fit, nomino autem ita quæ cum frigore est, nam hanc sequitur pulsus intus magis moueri cum paruitate, sãguine sese in viscera reci-

piente, quem rurſus inæqualitas ex neceſſitate ſequitur, inde incrementum, ſtatus & declinatione. In quibus vero citra ſenſibilem contractionem arteriæ acceſſionis inſultus accidit, tria tempora in vnum recidere neceſſitas eſt, totumque illud vſque ad ſtatum incrementum fieri: nam contractio non fuit ibi nec inæqualitas. Statum vero nunquam deficiẽtem vidimus verum ſemper ſenſibili æqualitate in omnibus febribus aliquandiu permanentem. Inſultum certe milies ſine prædictis ſymptomatis principij conſpexi, quorum principium erat omnibus fere principijs acceſſionum perfrictio, quemadmodum ad interiora arteriarum motum. Auicennas principij ſigna dat pigritiam, anxietatem, motus tarditatem, ad ſomnum propenſionem, ſaliuæ expanſionem, pandiculationem aurium, tinnitum, ſternutationem. Incrementum dignoſcitur ex incremento pulſus magnitudine, & velocitate, quòd etiam contractio arteriæ non ſit tantæ; tum ex eo quod calor ſpargitur per vniuerſum corpus. Statum vero ex æqualitate pulſum caloris & ſymptomatum. In declinatione omnia remittuntur.

De temporibus febrium quæ quotidie exacerbantur.

INVADIT, inquit Gal. cap. 9. lib. de morbor. temporib. acceſſio eos qui ſingulis diebus eam patiuntur; interdum ſine manifeſto frigore: interdum cum ipſo & initij tempora quibuſdam breuiora, quibuſdam diuturniora permanent, atque etiam inæqualitas ijs breuiore, illis longiore tempore. Poſtea hæc febris vſque ad vigorem aſcen-

dit diuturniore tempore, quàm quæ tertio quoque die accessionem habent. Cæterum tale quippiam ipsi adest, quod etiam illis interdum, sed raro accidit; multi autem magis clarum ascensum hæc moliri videtur. Consistit aliquo tempore nihil increscens, deinde rursus increscit, ob materiæ varietatem: similiter in declinatione vel æqualem fert mutationem; vel interim in eadem magnitudine alijs hora vna, alijs duabus consistit, post hæc imminuit, quin etiam ad secundæ accessionis insultum vsque nonnullis diminuitur, quibusdam in magnitudine eadem permanet, at magis hoc tertio quoque die febrem habentibus adest, quoniam circuitus earum longior est circuitus febris tertio quoque die repetentis, si cum ea quæ quotidie inuadit compares quare propter hoc manifestæ declinationis ipsius reliquium protrahitur in æquali magnitudine permanens; neque tantum propter, hoc, sed quia in febribus tertiò quoque die exacerbantibus sola fere bilis dominatur, quare ob similaritatem humoris contingit illa symptomatum æqualitas.

Prognosticon intermittentium febrium.

HIPPOCRATES Aphor. 43. lib. 4. ait febres quæ quoque modo intermiserint abesse significant: intermissio est proprie febris carentis inter duos paroxysmos. Remissio vero est diminutio febris non cessatio: Semitertiana habet remissiones vt plurimum, raro autem intermissiones, vt Gal. l. de typis c. 4. scribit; est autẽ nõ semper cõtinua, verũ & intermittens febris D. Duretus in Aph. citat. scribit excipiendã quanquã intermittentes à causa

& materia ex qua naſcuntur, quæ neque eſt inflammatio, neque maligna humorum putredo, omni periculo vacāt, tamen aliunde periculoſæ ac funeſtæ reddi poſſunt, nam viriū infirmitas, diſtillatio ſyncope & multitudo affluentis materiæ, eſt craſſities aut affectus in principio & incremēto acceſſionis hominem de medio tollere poſſunt, præſertim cui viſcus aliquod læſum eſt, interdum vires infirmæ in ſenibus motus rigoris non ferunt aut concuſſionem: interdum etiam vires ſufficere poſſunt primis tribus tēporibus, in quibus adhuc habitus compreſſus eſt & contractus, autem habitu in declinatione diſcuſſo aut diſſolutu cum calor rurſus à medio ad extrema mouetur, nonnulli repente moriuntur, vt ſi qui aſtant animo potius deficere quam mori ipſos putent, quidam vero paulatim in pernicioſis declinationibus repente intereunt morique incipiunt in ſtatu, à quo celeriter in declinationem tranſire videntur, quia calor febrilis repente diſcutitur; vnde falſa opinio fit melioris declinationis. Hollerius Comm. in Aphor. 14. Coac. quibus autem aliquo modo febris intermittit nullum ſubeſſe periculum ſignificatur, ſcribit. Senes duos vidi in tertiana intermittente mori, agebant annum prope 80. alter iuuenis longiori inædia natura bilioſus in vehementiori acceſſione ſyncope perijt; idem in viro in febre notha intermittente id quoque accidit. In quartana diſtillatio inter acceſſionis inualeſcens ſuffocauit mulierem. Nota præterea quæ dixit Hippocrat. in Coac. febres intermittentes, & quibus rigores accidunt hæ aliquando malignæ fiunt, & ad morbos acutos perueniunt, ſed cauere oportet, maxime autem tales

tales morbos arguit 5.7. & 9.die; molius autem vſque ad 14.diem obſeruare. Quare inquit Hollerius in Comm. non vult nos ab intermittentib. æſtiualibus ſecuros eſſe, vſque dum prætetijſſe 14. periodum cognouerimus. Et Aph. 39. lib. 1. Coac. ſcribit, quæcunque febres naturam tertianæ referunt & ſunt erraticæ, ſiquidẽ in acceſſione paribus diebus degenerant, difficiles ſunt eiuſmodi febres, ſæpius videre licet æſtate in autumnum inclinante, quæ tertianæ primum naturam referunt in erraticas mutari, quæ poſtremo in longas ac difficiles quartanas tranſeunt, inquit Hollerius in Comm. Quod probari poteſt ex Sent. 35. lib. 4. Coac. Prognoſ. cùm ſcribit Hipp. Quibus febris intermittit, præhenditque erraticæ autumno maxime in quartanam facile tranſit, his magis qui 30. annos ſuperant, quod in illa ætate ſuccus melancholicus & atrabilis dominetur maxime. Anno 1597. 4. idus Nouemb. D. de vento Conſiliarius regius Aquenſis febre laborans intermittente duplici tertiana, mortuus eſt apopleticus, quod febre commota fuerit, quæ prolabens in ventriculos cerebri apoplexiam peperit.

De curatione febrium intermittentium.

A CAVSA febris vna præcipua ducitur indicatio, à parte affecta, altera trahitur; atqui cauſa eſt putridus humor; pars affecta pręcipue eſt cor, cui in omni febre proſpiciendum, ſed nos quærimus partes affectas, à quibus ad cor fit tranſlatio vaporum, de quibus cõcluſum eſt, eas eſſe aut partes internas ventriculũ, iecur, lienem & partes cir-

cumpositas vel externas in habitu consistentes, in quibus stabulãtes humores febres illas comitẽtes, aut quod eo deportantur, aut quòd ibi generentur aut attrahãtur calore excedente & dolore, siquidem humores sedẽ habuerint in partibus internis per secessum & vomitum commodè eijciuntur: si externas occupauerũt partes frictionibus, iuuatur eorum egressus, & sudorificis: habenda est autem maxime ratio modi, quo in illis partibus subsistũt; nam si calore attrahantur aut dolore, illis per remedia conuenientia prospiciendum, si ibi generentur aut stabulẽtur, purgãdi humores, corroboranda pars mittens: Ea autẽ à Gal. lib. de febrib. ad Glaucon. triplex constituitur vẽtriculus, iecur & lien secundum febrium diuersitatem: ventriculus multum pituitæ generat, iecur bilis, melancholici humoris sedes est lien; quare his partibus ea applicanda & suggerẽda remedia, quæ possunt impedire eorũ humorum productionẽ. Verum liẽ ipse per se non parit succũ melãcholicum, sed illũ à iecore productum trahit ad se officio proprio: tenẽt autẽ primores in medicina viri potissimũ humores habere locũ in hepate, & partibus externis, quando intermittẽtes succedunt cõtinuis; frequentius vero cõtineri in partibus internis, arguũt vomitus in principio febriũ, oscitationes quæ membranarum ventriculi præsertim sunt affectus oris amaror, vrinæ tenues & albæ, quæ in principio febriũ intermittẽtium fere semper conspiciuntur propter humores biliosos ad internas partes delatos priuãtes sua absentia, vrinam sua functione adesse, quod perfrigeratio fiat retrocedente calore ad internas partes & externas deferente.

De febribus intermittentibus & continuis, quæ iunguntur cum exacerbationibus & primo de tertiana.

De intermittentibus primo dicendum, quòd facilioris sint cognitionis quã continuæ quæ ab eodẽ humore nascũtur ab his quæ faciliora sunt ordine doctrinæ incipiendum. Intermittentes febres aut sunt exquisitæ, quæ ab vno tãtum & simplici humore fiunt aut nothæ & spuriæ, quæ à diuersis pendent humoribus mixtis: inter febres intermittentes tertiana facilius dignoscitur, breuior est & frequẽtius homines affligit. Dignoscitur autem rigore in principio febris exorto cum puncturis, quod bilis sparsa per habitus & partes sensibiles. eas pungendo rigorem moueat, rigori succedit calor acer & feruidus, sitis ingens à bile partes superiores ventriculi calefacientes & siccãte. Cum lõgissima est progreditur ad duodecim horas, quod nulli alteri febri putridæ cõuenit, finitur vero cum sudore vaporoso toto corpore sparso, is nascitur ex putrido humore, bilioso attenuato, & exhalãte per meatus cutis. Desinit vero in febricitationẽ perfectã, quod omnis materia cõmota, quæ defluxit in partes sensibiles expellatur habetque interuallum minimum 24. horarum. hanc nasci à bile vnus est omnium authorum consensus: potest autẽ id percipi per excrementa quæ biliosa sunt ex symptomatis suprà descriptis, quæ demonstrant bilis dominium, tum ex causis. Solet enim nasci in his qui sunt calido & sicco temperamento in iuuenibus æstate præsertim, & in his qui victu calido & sicco sunt vsi: Auicennas c. 37. tract. 2. lib. 4. alia recenset signa exquisitæ tertianæ, quæ non sunt

ſpeciei, ſed potius magnitudinis aut partis, vt vigilias perennes, dolorem capitis magnum, delirium, amorem ſolitudinis. feruor vero perceptus in hepatis regione eſt ſignum loci affecti, non febris tertianæ ſimpliciter: is vero feruor fere ſemper percipitur in febre tertiana, quòd vt ſcribit Gal. 2. ad Glauc. in tertianis febribus ſemper iecur afficiatur; in quotidianis vẽtriculus; in quartanis lien. Hipp. 1. Epid. ſcribit tertianam exquiſitam cito iudicari nec eſſe lethalem; & 59. Aph. 4. tertianam exquiſitam cum lõgiſſima eſt iudicari ſeptem circuitibus, poteſt tamen paucioribus finiri; quod teſtatur Gal. 3. cap. 2. de Criſib. cum ſcribit vbi in exquiſita tertiana vrina ruffa exiſtit, ſi neque ſuſpenſio, neque nebula appareat ad tertium circuitum extenditur, quod ſi ſubruffa vel ſubflaua ſit mediocris craſſitudinis; & paulo poſt, vel albam nebulam vel ſuſpenſionem vltimam fecerit vltra quartum circuitum non progredietur: quæ vero primo ſtatim die in vrinis albam ſubſidentiam leuem & æqualem habet vltra tertium circuitum non producitur. Cum autem ad ſeptimum vſque porrigitur, initium eius finitur primo paroxyſmo, incremẽtum, 2. & 3. ſtatus quarto, deinceps. In tertianis hoc animaduertendum ſi tertia acceſſio quarta fuerit maior & vehementior, finietur quinto paroxyſmo, ſi quarta quinta, ſeptimo: ſi ſeptima octaua, nono.

Curatio ſuſcipitur non timore periculi, ſed ſpe celerioris ſanitatis, & præterea ne vertatur in aliam febris ſpeciem peiorem: in principio ergo videndum num plethora adſit, nam ſi adfuerit, modo ne ſubſit particularis cacochymia in ventriculo ſanguinem detrahemus, poſtquam clyſterem exhibue-

rimus, at Auicennas & Arabum schola non mittũt sanguinem nisi post tertiam accessionem. Respõd. Id verum esse cum nulla subest plethora aut parua; nam tunc temporis in principio mittere oportet. Verum si plethora adfuerit post tertiam accessionem mittendus est sanguis, si vires consentiant & parua copia ad minuendam materiam, & obstructiones aperiendas, quare detracto sanguine in principio tempore intermissionis ex basilica dextra: sequẽti intermissione si materia turgeat, oportebit purgare bilem medicamentis benignis & refrigerantibus, potiùs quàm calefacientibus. Verum quæritur num liceat sanguinem detrahere die accessionis, cum virium sit habẽda ratio, nemo ignorat die accessionis magis delectari ægros venæ sectione quàm intermissionis tempore. Respondeo si vires constent sanguinem detrahi vtiliter die accessionis, quoniam natura iuuat expulsionem sanguinis corrupti: experientia autem Arnaldi de villa noua confirmatum est & aliorum. Si rhabarbarum sit propinandum infundatur in aqua endiuiæ, portul. cichor. misceaturque expressio cum syrupo rosato solut. aut tamarindis, vel diapruno simpl. vel solutiuo: deinde præparetur materia cum syrupo acetoso de Agresta, de acetositate citri, de limonibus, cum oxisaccharo simplici & similibus, postea leuiter purgetur: si vero differenda sit sanguinis missio ad intermissionem tertianam, primo purgabimus eodem medicamẽto; deinde præparabimus, sanguinem ducemus, & post præparationem, iterum purgabimus. Quantũ ad symptomata & partes affectas; si febris inceperit cũ vomitu, is prouocandus est cũ leui aliquo vomitorio, vt cum aqua

tepida mixta cum oleo aut oximelite, cũ syrupo de absynt. pôt. Cum vero finitur paroxysmus per sudores, postquam materia cocta est, sudores prouocabimus cũ decocto hordei & lyquiritiæ, seminum frigid. maiorum, aut si res ita ferat cum vino albo diluto: Iecori vero in declinatione potissimum febris, & post declinationem applicabuntur epithemata refrigerãtia, tum etiam vnctiones sæpius iam descriptas. Ad has febres intermittentes curandas, Monamus probat medicamentum datum quatuor horis ante paroxysmum apparentibus signis coctionis in vrinis. In tertiana hoc conceditur post tertium aut quartum paroxysmum: in quotidianis tardius, in quartanis tardissime & vix ante 30. diem.

de tertiana notha.

TERTIANA notha dicitur, quæ nascitur ex bile mixta cum alio humore nẽpe cum pituita, quæ dicitur maioris famæ, aut cũ succo melancholico, quæ minoris famæ appellatur à barbaris. Dignoscitur quod cũ horrore inuadit: succus enim frigidus mixtus cũ bile facit horrorẽ, qui exiguus est rigor, labor in ea moderatior est, quã in tertiana exquisita, propter pituitam aut melancholicũ succum admixtũ, protenditur vsque ad duodecim horas & vltra, tertio quoque die affligit, vt simplex tertiana. In hac duæ præcipue partes afficiũtur hæpar, in quo generatur bilis, & stomachus in quo pituita; potest addi lien in tertiana notha minoris famæ, quod sit receptaculũ melancholici succi. hæc febris periculo vacat, quod intermittẽs sit, lõga tamen esse solet ad quinque aut sex mẽses ob humo-

res crassos & viscidos mistos cũ bile,mora etiã humorũ in præcipuis & officialibus partibus intemperiem lõgiorem procreat,ex quo fit perpetua humoris morbifici generatio : quare febris hæc lõgus est morbus.Si plethora adsit cum viriũ robore sanguis detrahi debet ex basilica dextra. Verum cum peculiaris esse soleat. corrupella humorum in stomacho, & prima corporis regione, à purgatione meli⁹ est incipere, quod præstabitur hoc catartico.

℞. Rhabarb. electi infusi in aqua cichorij ʒ ij. spicæ nardi ℈ ß. Agarici infusi in oximelite cum pauco zinzib. ʒ j. expressioni adde diapruni solut. ℥ ß. syrupi rosar.solut. ℥ ij. fiat potio, detur in aurora. Deinde præparabimus humores aposeumate sequenti.

℞. radic. aperient. in aceto infusar. vnius diei spatio ℥ vj. oxilapati oxalid. portul. endiuiæ añ. m̃. j. absynt. pont. m̃. ß. semin. frigid. maior. ʒ vj. anisi,fœnic.añ. ʒ j.lyquirit. rasæ ℥ ß.flor. viol.bugloss. borrag.rosar. genist. anthos añ. p. j. fiat decoctio in colat. clarificat. ℔ ij. dissolue oxisacch. simpl. & syrup. de duab. radicib. añ.℥ ij.fiant quatuor doses, capiat in aurora. Præparatis humoribus rursus purgare oportet præscripto medicamento. Interim dum præparantur, si nihil excernatur, clysteres purgantes sunt exhibendi. vt

℞. decocti clysteris refriger. ℔ j. cathol. & cassiæ cum sacch. añ. ℥ j. olei viol. ℥ iiij. fiat clyster. Debent exhiberi medicamenta aut in intermissione, aut in fine declinationis. Post purgationem, quia partes affectæ sunt hepar,

ventriculus & lien, illis applicanda sunt epithemata, vnctiones, vnguenta: hepati quidem refrigerantia & humectantia: ventriculo & lieni sinistrorsum calefacientia & corroborantia. Ad febres tertianas. ℞. centauri minoris, scolopend. an. m̄. j. passul. & lyquirit. an. ℥ ß. fiat decoctio addendo sacchar. q.s. ad dulcorandum, capiat aliquoties.

De tertiana duplici, duabus tertianis, triplici tertiana & tribus tertianis.

TERTIANA duplex est, quæ cum biliosa sit, quotidie inuadit. Dicitur ergo tertiana quod ex bile nascatur, duplex vero quæ intra tres dies bis repetit, quia vero quotidiana quotidie affligit, & triplex quartana etiam, ne fallamur distinguẽdæ sunt illæ febres. Duplex tertiana cum rigore incipit, & cum sudore declinat, in ea excrementa biliosa sunt: quotidiana vero cum refrigeratione leui sine sudore. Quartana cum rigore vehementi & lassitudine & alijs signis, de quib. suo capite; habetque peculiare duplex tertiana, vt prima accessio respondeat tertiæ, secunda quartæ, disparesque sunt prima & secunda cũ tertia & quarta, quod diuersum sit materiæ dominiũ. Causa illius est ex Aëtio cap. 79. lib. 5. bilis multa crassa & inæqualis; quare licet in hac bilis dominetur, non mouetur bilis tertio quoque die, verum ob multitudinem naturam commouet singulis diebus expulsionem, vel pituita, quæ putret cum bile, bilẽ mouet interposito die, sed leuiter, vt apparet ex paroxissimis leuioribus. Tertianæ duæ tertio quoque die mouentur, quod bilis putrescat in duobus diuersis locis, aut sit diuersitas materiæ, quare na-

ſcuntur diuerſo tempore. Triplex tertiana intra 24. horas ter repetit, huius hiſtoria legitur cap. 9. lib. 2. de criſib. de adoleſcente quodam, frater Capucin. Ital. franciſ. vocatus laborauit tertianis tribus in Cænobio Auemón. 1599. menſe Semptembri: Curantur hæ febres, vt tertiana ſimplex, niſi quod ratione multitudinis aut diuerſorum locorum augendæ ſunt doſes medicamentorum purgantium & alterantium diuerſiſque locis applicanda remedia.

De Febre continua biliosa.

CONTINVA febris bilioſa cognoſcitur ex plurium dierum continuatione cum exacerbationibus tertio quoque die repetentibus, vt diſtinguatur à continentib. in quibus nulla eſt exacerbatio. Quod autē bilioſa ſit patefaciunt excremēta bilioſa, tum exacerbatio, tertio quoque die accidens naſcitur à bile putrefacta intra maiores venas; differtque à cauſo proprio ſecundum magis & minus. Quare eadem ſymptomata adſunt quamuis minora, curaturque eadē methodo: in principio ergo ſi plenitudo adſit cum viribus ſanguis ducatur, niſi impediat peculiaris corruptela; in ſtomacho: deinde purgetur bilis, poſtea præparetur & rurſus purgetur. Id autem præſtandum in diebus non criticis. Poſt purgationem vniuerſalem proſpiciendum eſt iecori & cordi, epithematibus iam deſcriptis, puluerибus, cōſeruis, conditis refrigerantib. & corroborantibus illas partes: hæc autem tandiu applicanda, quandiu cauſa morbi cedat remedijs. Si febris continua bilioſa ex porracea bile ortū duxerit, ſequenti

ſirupo eſt vtendum conſilio Langij.

℞. Cryſtalli puriſſimi ſubtiliſſimè in porphirio triti, ℥ ß. detur cum aqua aut decocto portulacæ oxalidis, cum ſirupo acetoſitatis citri aut limonum: Eſt enim criſtallus alexipharmacum porraceæ & æruginoſæ bilis ac diſſenteriæ antidotus tota ſubſtantia & qualitate manifeſta.

De Febre quotidiana intermittente.

FEBRIS quotidiana intermittens eſt quæ cum à pituita putrente in habitu corporis oriatur, quotidie inuadit. Hæc à Græcis teſte Ætio amphimerina dicitur. Cuius ſigna deſcribuntur à Gal. cap. 5. lib. 2. Criſ. neque enim inuadit cum rigore primo die quod non fiat ab humore pungente & vellicante ſenſibiles partes neque vllus ordo aut æqualitas pulſus aſſidet. Cum primum acceſſiones fiunt, nulla ſitis primis diebus propter pituitam frigidam, nullus ſudor, quia craſſa, ſed progrediente tempore ſudor accidit attenuata materia; hanc antecedunt cruditates plurimæ in excrementis, acidi ructus, & cum primum naſcitur præcordia ægrorum vltra modum intumeſcunt à flatu, color eſt albicans hyberno tempore, vt plurimũ contingit & veſperi affligit. Et cum duplex tertiana & triplex quartana quotidie accidant, facillimum eſt ex ſignis & ſymptomatis illas diſtinguere: In hac febre ventriculus ſemper frigidus humidus, cerebrum & tandem iecur refrigerantur. Quotidiana febris intermittẽs ex quocũque humore generetur longa eſſe ſolet & non ſine periculo. Gal. 1. ad Glaucon. c. 7. inquit cum ventriculus ſuam cõmunicet

affectionem hepati in hac febre, inde cachexia nascitur, & tandem hydrops, nonnunquam carus ei succedit propter materiā frigidam in cerebro contentam, quando eius principium est cum multa oscitatione, stupore faciei, liuore & tumore lethargus significatur periculosus. febris quotidiana intermittens vertitur in continuam; Et cum partes principes iam fuerint affectæ, magis periculum impendet. In hac febre sanguis non est ducendus ratione humoris & virium: humor namque dominans pituita est, & cum cruditatibus nunquam vires coniungantur, tamen si quando plethora adfuerit parca manu detrahendus, quò aliqua pars materiæ adimatur: quare si non sit locus phlebotomiæ à leui purgatione incipiemus, quam minorantem apellant, vt scilicet primæ regionis excrementa pellantur, & ne humores crudi exagitentur, vt

℞. diaphæn. vel indi maior. ʒ v. agarici infusi addito zinzibere ʒ ij. syrupi de bisant. aut de quinque radicib. ℥ ij. fiat potus, detur mane. Deinde humores crudos præparabimus aposeumatibus, sirup. iulep. conuenientibus, vt

℞. radicum irid. nostrat. ℥ j. radic. petrosel. fœnic. añ. ℥ ij. camed. camepit. absynt. potici, saluiæ añ. m̄. j. semin. anysi, fœnic. sesel. añ. ʒ j. flor. rosar. anth. camed. genist. añ. p. j. fiat decoctio in colat. clarificatæ ℔ ij. ß. dissolue sirupi de quinque radic. ℥ j. ß fiant tres doses, capiat in aurora. Interim dum præparantur humores, si nihil excreuerit, clysteres sunt inijciendi, qui poterunt componi ex superioris decocti ℔ j. addendo diaphen. ℥ j. hieræ puræ Galeni ʒ vj. olei rutæ ℥ ij.

mellis mercur. ℥ ij. finitis apoſeumatibus, catarticum paulo vehementius propinandum.

℞. ſennæ orient. ℥ j. aniſi & garyoph. añ. ℈ ß. ſemin. carthami ʒ iij. agarici in panno ligati cum pauco zinzib. ʒ j. ß. fiat decoctio cum medicamento ſupradicto in apoſeumate, ſeruando proportionem, de qua ſumat ℥ vj. in quibus diſſolue diaph. vel elect. diacart. ℥ ß. ſirupi roſar. ſolut. ℥ j. ß. capiat in aurora. Peracta purgatione vniuerſali oportet applicare ventriculo fomenta, emplaſtra, & ſimiliter iecori epithemata, vt

℞. aquar. abſynt. ſaluiæ añ. ℥ vj. in quibus diſſolue puluer. triaſantali & de gemmis vel aromatici Gabrielis añ. ʒ j. ß. trochiſ. de rhabarb. & de abſynt. añ. ℈ j. ſpicæ nardi ℈ ß. vini albi optimi ad penetrationem ℥ ij. fiat epithema. aplicandũ ventriculo hora vna ante paſtũ, poſt epithemata poteſt applicari vnguentũ martiatum vel Aragon. & quia longus eſt morbus, nec facilè cedit remedijs, iterãda ſunt remedia, quoad cauſa morbi expellatur; corroborandum caput in quo plurimum pituitæ latet.

De Febre epiala & lipiria.

FEBRIS epiala ad quotidianam refertur quod intermittens, & generetur à pituita putrentre in habitu corporis, non fit autẽ à qualibet pituita, ſed à vitrea putrente non omnino ſed in parte, nam alia pars imputris remanet, quam ob cauſam in acceſſione frigus & calor ſentiuntur in eadem parte, eodem tempore, quæ enim pars pituitæ putrida eſt ſuo calore præter naturam partem calefacit; ea vero quæ imputris eſt & frigida ſenſum corpo-

ris parti communicat: fit ergo vt in eadem parte & eodem tempore frigus & calor sentiantur. Febrem lypiriam comitantur anxietas, grauitas, & molestia, vnde nomen traxit: facit enim inquit doctiss. Duretus homines amarulentos & mœstos, fastidio & contumacia, insolentissimos, anxietudine miserabiles, omnis figuræ & loci impatientissimos, somni expertes, ijs interiora vruntur, exteriora vero frigent. Causa illius multiplex perhibetur; inflammationem summarum hepatis partiũ Hollerius asserit huius morbi vnam causam. Ætius erysipelas ventriculi: alij eam nasci constituunt ab obstructionibus cauarum partium hepatis, ex quibus fit vt bilis intercepta exitu putrescat retineanturque excrementa, quòd bilis non feratur ad intestina per meatum cholidocum: Potest ergo inæqualitas illa frigoris & caloris in partibus nasci à diuersis causis: nam inflãmatis summis partibus hepatis, à dissipatione caloris innata exteriora frigent internis accensis; in ventriculi erisipelate exoluitur vitalis facultas: cor enim per consensum ventriculi affligitur: in obstructionibus vero retrahitur calor intrò ad domandam morbificã materiam. Signa harum causarum fuere suprà capitibus descriptis. Epigenomena huius febris sunt, quæ magnitudinem & malignitatem illius ostendunt, sitis vehemens, asperitas faucium & linguæ, pulsus debilis & paruus, respiratio offensa siue intercepta, inferioris labri commotio, manuum tremor; quæ malignitatem illius testantur: quare malignum esse scribit Galenus, qui in aphor. 48. lib. 4. Acutus est morbus, morbus Hippoc. Aph. cit. scribit in febribus non intermittentibus, si partes exteriores

frigescant & interiores vrantur, sitimque habeant, lethale. Curatio est diuersa pro varia ratione causarum de quibus dictum est suo loco. Animaduertenda tamen est sententia Hipp. in Coac. cum scribit lypiriæ febres non soluuntur nisi cholera superueniente, nimirum sponte naturæ, quam purgationem deorsum sursumque excitatam debet imitari medicus naturæ minister. in ea specie lypiriæ quæ fit ab obstructionibus & à feruente bile in partibus alui contenta, non in alijs, nempe in summarum hepatis partium inflammatione, & ventriculi erisipelate.

De Febre quotidiana continua.

QVOTIDIANA continua fit ex pituita putrescente intra maiora vasa. cognoscitur ab excrementis pituiosis, tum quod singulis diebus exacerbatur & causis præcedentibus intemperie partium humida cœli constitutione, victus ratione, ætate simili, otio: tum ex pigritia, colore faciei plumbeo, albicante aut totius corporis. Hæc vt reliquæ pituitosæ longæ esse solent; ergo periculosior cæteris, quia plures partes afficiantur, illæque interiores, naturaque continuo fatigetur, nulla sit intermissio afflictionis, vnde labefactantur facultates naturales, præsertim ventris & iecoris; ex qua labefactatione cachexia nascitnr & hydrops. In hac febre cum materia intra venas potissimum contineatur, si plethora adsit viresque valeant, sanguis deducendus pauca quantitate. Verum quoniam difficile vires iunguntur cum cruditatibus ex Galeno si multæ cruditates fuerint in corpore; si multa pituita cruda redundauerit, primò purganda leui

catartico, deinde præparanda, & tunc si adhuc perseuerauerit, plenitudo, sanguis duci poterit commodè: deinde post sanguinis missionem præparatos humores purgabimus, meliúsque operabitur medicamentum, & quòd tenuiores facti sint humores, & aliqua pars detracta sanguinis missione. Postea prospiciendum ventriculo, iecori & cerebro, vt supra diximus, præparandi & purgandi sæpius humores secundum eorum inclinationem: si namque natura expellat per superiora per vomitum nempe, eum iuuabimus & concitabimus.

De Febre quartana.

FEBRIS quartana aut est intermittens aut continua; solitaria aut multiplex; exquisita aut notha; primaria aut aliarum successione nata: ea fit non tantum ex tertianis spurijs, & erraticis potissimum minoris famæ, sed etiam ex diuturnis continuis, quæ neque coctione neque abscessu ad articulos finem fecerit: fit enim degeneratio humorum per adustionem in atram bilem. Exquisitæ quartanæ signa sunt rigor in principio accessionis qui primo morbi tempore paruus est: deinde excrescit cum morbo: in eo nulla punctio sentitur, vt in tertianis, sed refrigeratio vehemens, & sensus contusionis in ossibus: in principio accessionis pulsus sunt rari & parui à debili facultate & vsus diminutione videturque arteria initio trahi partique internæ alligari; calor non percipitur deürens & pungens, vt in tertianis; vrinæ in principio sunt tenues, albæ & aquosæ nimirum percolatæ per materiam crassam, progrediente autē morbo fiunt colorationes, & subsidētiā habēt crassam. Signa quartanæ nothę sunt mixta ex

quibusdam signis exquisitæ quartanæ, & illis quæ sequuntur naturam humoris mixti cum humore melancholico putrente. Febris quartana exquisita & primaria, fit ex solo succo melancholico putrente in habitu corporis: Notha vero ex illo cum alijs humoribus admixtis putrescētibus. Quæ verò aliarum successione fit, non potest generari, nisi ex atra bile: nam febris quæ præcessit, adussit humores, bilem nempe & melancholicum succum. Generantur autem tales febres sub finem æstatis, & ingruente autumno ex Hippoc. 27. Pronost. lib. 3. At Altomarus lib. de febrib. existimat febrem quartanam non posse generari ex atrabile producta per adustionem humoris biliosi, quòd præter cætera mali moris sit, errodat & exulceret partes, vbi contingit plurimum colligi, & propterea ab ea quartana febre generari nequit; exulcerat enim ipsas partes; præsertim si pura & syncera esset, priusquam quartanam accenderet ac putresceret: Quod verum forsan esset, si vera & sola atra bilis in corpore peccaret, at semper cum alio aliquo miscetur, cuius admistione temperatur, quocirca ex eo fieri poterit quartana. Cognoscuntur causæ primariæ quartanæ ex causis procatarticis & antecedentibus ex quibus generantur. Sunt autem illæ ætas consistens, senectus, autumnus, æstas, temperamentum calidum siccum, frigidum siccum, victus ratio calida sicca, frigida sicca, quorum illa bilem multam, hæc autem succum melancholicum producit, quæ adusta in atram bilem mutantur. His addere possumus febres, quarum successione producitur quartana. futuræ quartanæ hoc signum scribit Hippoc. in Coacis quæ in erraticis febribus

sunt

sunt nigræ nubeculæ quartanas denuntiant, quia principia ducunt ex nigro humore, à quo quartana generabitur. Hippocrates 1. Epid. ait quartanam, omnium febrium esse longissimam, securissimam facillimam, quæ intelligi debent de exquisita & primaria & non de alijs. Hæc à magnis vindicat morbis, 6. Epid. Ait enim Hippoc. quartana laborantes primaria & simplici morbo magno non capiuntur, si prius autem capiantur, & quartana superuenerit, liberantur. Galenus inter magnos illos morbos numerat epilepsiam, rigor namque & concussio magna in quartana orta & calor epilepsiam soluunt: nam concussione fit excussio & calore, dissipatio materiæ contentæ in cerebro. Hippoc. Aph. 70. lib. 5. à quartanis capti non admodum conuulsionibus laborant; si vero capiantur & quartana superuenerit, liberantur: eadem prorsus ratione, qua sanantur epileptici, intelligēda ergo est conuulsio à repletione contingens. Quartana cōtinua cum nullam habet remissionem malorum sympromatumque vsque ad iudicium grauis & periculosa est; quæ verò nascitur cum lienis aut alterius visceris affectu periculosa est; quandoquidem inquit Galen. Comm. 3. in Sent. 7. lib 1. Epid. Sæpe numero vidimus homines febre laborasse quartana ac deinde collecta aqua inter cutem esse defunctos. Quartanæ æstiuæ ex Aph. 25. lib. 2. magna ex parte breues sunt: Autumnales vero longæ præsertim quæ hyemem attingunt. Quartanæ à splenis vitio initium sumentes diuturniores sunt. Hybernæ quartanæ præter opinionem in acutos morbos transeunt, ex Hippoc. Aph 91. Comm. in lib. 5. Coac. si id contigerit vel vitium aliquod

simplici quartana duplex aut triplex, vt

℞. sennæ orient. ℥ j. epitimi ʒ iij. anisi, garyoph. añ. ℈ j. fiat decoctum in colaturæ suff. quantitate. dissolue sirup. rosat solut. ℥ iiij. fiat potio, detur mane in aurora. deinde incumbendum humoris præparationi, ℞. radic. aperient. in vino albo infus. ℥ iiij. cortic. capar. & tamarisc. añ. ℥ j. ß. fumar. bugloss. borrag. meliss. summitt. lupuli añ. m̄. j. ceterac, scolopend. agrim. añ. m̄. ß. passul. enucleatar. ℥ ij. flor. cordial. m̄. ß. anisi, fœnic. añ. ʒ j. lyquirit. rasæ ℥ j. in colat. ℔ ij. decoct. clarif. dissolue sirupi de fumar. simplici ℥ iiij. pro 4. dosibus, capiat mane in aurora, deinde.

℞. ingredientia superioris aposeumatis, sennæ orient. ℥ ij. semis polypod. querc. ℥ j. ß. epit. ʒ vj. fiat decoctio ad ℔ ij. quibus clarif. adde sirupi de epitimo de fumar composit añ. ℥ ij. fiant tres doses. finitis aposematibus purgabis hoc modo.

℞. decocti postremi aposeumatis purgantis q. s. in quo dissolue confect. hamec ℥ ß sirup. rosar. solut ℥ iiij. fiat potio, detur mane: præparabitur & purgabitur tandiu medicamentis his benignis, quoad materia coquatur, quæ postquam cocta fuerit, requirit fortiora medicamenta, vt

℞. elebori nigri ʒ j. infunde in aqua mellis, in qua prius bulierint aneti, ameos añ. ʒ j. ß florum violar. neneuph. borrag. añ. p. j. maneant infusa per diem integrum, deinde fiat leuis ebullitio, coletur & exhibeatur iusta quantitate in aurora. Possumus addere colaturæ mannæ ℥ j. vel cassia aut diapruni simplicis aut sirupi rosar. solut. q. ß. Si respuant medicamenta liquida, dentur pilulæ sequentes.

℞. massæ pillular. de lapide lazuli & agregat, añ. ℥ ß. cum sirupo de fumar. formentur pilulæ molles. Post has purgationes dabimus corroborantia vt theriacam, mitridatium ad ℥ ß. cum ℥ ij. confect. buglos. aut borrag. idque per aliquot dies: Deinde si fuerit necesse ad mediocres purgationes redibimus; apparente vero coctione theriaca potest exhiberi duabus horis ante paroxysmum, corroborat enim, & compescit rigorem. Eodem tempore propinanda medicamenta, quæ vrinas ducant, & sudores commoueant. Conuenit etiam balneum aquæ dulcis, non tantum hoc tempore, sed etiam in principio, quando materia cruda est, cum hac tamen distinctione vt cocta materia mora possit esse longa in balneo die quietis, cruda vero breuis: Interim lieni, iecori & stomacho prospiciendum, quod hæ partes potissimum laborent & afficiantur in quartana. Et quoniam rigores qui in principio febris excitantur maxime ægrotis sunt molesti; quo possint quodammodo reprimi, spina dorsi vngenda medicamentis calidis, vt theriaca, mithridatio, aut vnguento martiato aut aregonio, oleo rutaceo, item oleo scorpionum compos. à Mathiolo. Quod ad victus rationem in febre quartana exquisita oportet eam instituere, quæ nullos pariat flatus ex Gal. ad Glauc. 1. nam flatulenti cibi sunt melancholici Auicenn. cap. 63. tract. 2. Fen. 1. lib. 4. scribit æger abstinere debet à cibis die paroxismi, neque etiam illo die aquam frigidam potare: quæ intelligenda sunt, vt Arculanus interpretatur de ægris robustis, & de his qui facilè famem tollerare possunt, aqua prohibetur

non tantum in paroxysmi die, sed etiam in alijs quòd cruditatem pariat: ergo si æger sit debilis, nutriendus etiam die paroxysmi. Comedat auté primo auiculas, deinde pullos, at victus ratio quam instituit Auicenn. tenuis esse videtur, quæ morbis acutis parum conuenit, multo minus morbis longis ex Hipp. 1. Aph. Respondet Arculanus hoc factum, quia in principio materia siue humor sit crassus, qui molestus est, & grauis naturæ: quam ob causam copiosi alimenti coctioni nó potest vacare, ob id deuicto & superato vtcumque humore crasso, poterit medicus pleniorem præscribere victus rationem, cum status longe absit. Ex ijs sequitur in principio quartanæ ea esse danda quæ obstructiones aperiunt, tale autem præscribitur. vt

℞. conseruæ rosar. ʒ iij. syrupi acetosæ ʒ x. dissolue in ℥ iiij. aquæ fontis calidæ, detur in principio declinationis in medio & in fine, repetendo semper eandem dosim. Probatur etiam hoc quod lienosis apperientia maxime conueniunt ex Auicenna, qua ratione febris adest. Verum si coctrix sit debilis illa exhiberi non debent nisi mixta cum his, quæ moderate calefaciunt, qualia sunt calida humida. Ea vero frigida humida, quæ febri vtilia esse diximus, sunt endiuia lactuca, pepones, persica mala respuuntur, tamen aliquando ob frigiditatem vt lactuca endiuia, aut quod tenuia excludant crassis remanentibus, vt melones, aut quod facile putrescant, vt persica mala, salsa ac acria conueniunt in principio quando cum succo melancholico naturali pituita est mixta, quod attenuent & incidant humores crassos, talia sunt synapi crithmus, fœni-

culum conditum. Quartana notha ijsdem fere curatur remedijs, nisi quod habenda sit ratio admixti humoris secundum quem superioribus medicamentis, & victus rationi illa sunt adhibenda quæ humori mixto cum succo melancholico conueniunt. Duplex quartana aut triplex, eodem sanatur modo, præbenda sunt illis medicamenta tempore quietis, aut si exigua sit quies, vt in triplici sub finem declinationis. Continua quartana ijsdem fere remedijs curatur: verum toties non sunt repetenda, quia breuior esse solet. Describuntur experimenta multa ad febres quartanas sanandas, quæ omnia fere violenta ijs non licet vti, nisi postquam apparuerint signa coctionis manifesta in excrementis, nam tunc possunt tantum curare, imo exagitando materiam ex simplici quartana : vt plurimum fit duplex, triplex aut continua, & nonnunquam mors consequitur experientia compertum est aërem vrbis Ariensis prouinciæ sanare febres quartanas.

De febribibus compositis.

FEBRES componuntur varijs modis, nempe intermittentes cum intermittentibus, intermittentes, cum continuis, & continuæ, cum continuis. Inter illas compositiones, ea, quæ semitertianam siue emitriten producit, frequentior est, de qua paucis agendum. Semitertiana est febris composita ex continua quotidiana & tertiana intermittente, atque ideo tertio quoque die magis affligit, quia concurrunt continua & intermittens; hec est opinio & sententia communis. Galenus tamen

cap. 4. de Typis ait semitertianam non semper continuam esse, verum & intermittentem, traditumque est ab Hippocrat. text. 5. Comm. 3. lib. 1. Epid. ipsam connumerandam non modo inter acutos morbos, sed etiam inter diuturnos esse: inquit enim in febre, quam semitertianam vocant, morbi contingunt acuti. Ergo longa est, & præter cæteras maxime est lethalis, ac tabidi & qui morbis longis detinentur, hac laborant præcipue, neque tamen hinc sequitur non esse cõtinuam semper, non longi multi morbi febres habent continuas, longas, vt phthisis, hydrops & multi alij. Quare semiterrianæ quæ nascũtur in diuturnis morbis, nõ minus sunt cõtinuæ, quàm quæ solæ & cum acutis, quare semper continuæ. diuiditur varijs modis; ratione compositionis, aut sola est, aut cum alio morbo acuto, aut longa, ratione inuasionis, aut primo die nascitur, aut secundo, aut tertio incipit, aut alio die. Diuiditur etiam à Galeno de typis ratione durationis in paruam mediam, & magnam. Parua durat 24. horas, media 36. magna 48. quæ perfectæ continuæ febre proxima est, quod scribit ex aliorum sententia, qui Hippocratem male intelligebant, nam vt ipse scribit Comm. 3. in sententi. 5. lib. 1. epid. omnis semitertiana qua læthalis iudicatur continua est, nam omnes intermittentes periculo vacant, cum autem sit continua, & quotidie exacerbationem habeat ex pituita in venis putrefacta pendere certum est, & quia tertio quoque die cum rigore ægrum vexat ex bile extra venas putrente nascitur. Indicant eius humoris dominium excrementa ex bile & pituita: fit autem nonnunquam, ex tertiana extensa ex lib. de Typis, tertiana enim

extensa notha est, quæ fit vt plurimum ex bile & pituita extra venas putrescentibus: fieri ergo potest vt putredo serpat ad maiora vasa, hincque fiat semitertiana. Loci affecti præcipue sunt stomachus & hepar: in quotidiana enim stomachus semper afficitur; in tertiana hepar. Huius magnitudinem ostẽdunt iactatio, vigiliæ, delirium, sincope, ab humore pituitoso & bilioso orificium stomachi vellicante. Nascitur autem hoc symptoma in emitriteo præsertim autumno, quia eo tempore languẽt vires, & exusti sunt succi, vtrumque ob antegressum æstum, qui naturalem calorem dissipauit succosque adussit. Accidit & alia de causa ex repentina in frigus mutatione, accedit multus esus fructuum precocium, qui tunc abundant, hi ventriculum laxant & vitiant sua corruptione. Addi potest afflictio particularis ventriculi & bilis confluxus ad ventriculum; maligna est specie ac propria natura tum grauium symptomatum accessione, & quod dum febris prior videtur remitti, posterior recrudescit, ita vt naturæ nihil quietis à malis symptomatis concedatur. Galenus ait parum remitti & ex leui remissione violentius exacerbari, maligni morbi est indicium; ad malignitatem autem fit accessio pro ratione partis affectæ, quantitate materiæ, à vario illius motu, variaque corruptione. Ex se ergo non potest esse morbus acutus, licet iuncta cum longo morbo, longa dici possit tempore, quòd assuetus iam morbus non permittat eam videri acutam; quæ febres tertio quoque die inualescunt, sunt periculosæ Aphor. 3. lib. 4. Coac. Hipp. 1. Epid. sect. 5. Comm. 3. semitertianam scribit inter cæteras esse maxime lethalem. Galenus cap. 4.
lib.

lib. de Typis vocat semitertianam typum ferum & periculosissimũ, vt quæ non oris ventriculo solũ ad neruosas partes, sed & veternosas cataphoras vigiliasque cum delyrio ac syncopas diaphoreticas inuehat, & vehemẽter quæ in profundo sunt corpore commoueat. Cum autem soluitur ait Galenus abit tunc in tertianam, aliâs ob longitudinem accessionis in duas tertianas ac quotidianas discinditur ac diuiditur, & quia tabidi atque alij morbis longis laborantes in acutã febrem ex longa incidunt, in hãc maxime labuntur; & quia per debilitatem facultatis coctricis potissimum congerunt cruda, & per hecticum calorẽ, & longam febrem accumulant, & propter diuturnitatẽ morbi, contingit varia membra laborare. Ex duplici autem hoc succo in varijs mẽbris redundante euenit, vt emitriteo corripiantur. Verum inspiciendũ diligenter ex cõsilio multorum, an semitertiana futura sit breuis vel longa: si celer sit futura, in principio sanguis detrahendus nisi cruditas primæ regionis aut cacochymia impediat. Si futura sit longa post duas aut tres accessiones est ducendus sanguis: quare leui catartico primo deturbabitur materia pituitosa & biliosa, quo etiam vtentur in semitertiana breui: vt ℞. rhabar. electi infusi in aqua cichorij ʒ ij. agarici infusi in vino albo cũ pauco zinzibere ʒ j. expressioni adde lenitiui Nicolai & sirupi rosar. solut. añ. ℥ j. fiat potio. Postea præparetur materia sequẽti Iulepo: ℞. oximelitis simpl. acetosæ, capilli vener. añ. ℥ j. aquæ buglos. & absynthij añ. ʒij. aromatisetur cum ʒ ß. diarrhod. Abbatis, capiat mane, continuet tribus diebus. Interea dum præparatur humor, nisi feratur aluus clysterem oportet inijcere, vt

℞. decocti communis clysteris ℔ jß. in quo dissolue catolic. cassiæ cum sacchato añ.℥ j. diapruni solut. ℥ ß. mellis & olei rosat. añ.℥ ij. fiat clyster. Præparati humores sunt purgandi addendo superiori potioni diaphen. & diapruni solut. añ. ʒ ijß. Verum quia duæ sunt febres differẽtes materia videndũ in quo existant tempore: nam si ambæ crescant purgandum, si vires ferant in declinatione, in statu quiescendũ: si vero biliosa in statu sit, & continua in incremento euacuandum: si vero continua attigerit statum nihil mouendum, post generalem purgationẽ partibus affectis prospiciendũ, & cum in hac stomachus & hepar potissimum laborẽt, illis prospiciendum fomentis epithematis & alijs medicamentis.

De febre symptomatica.

FEBRIS diuidebatur in essentialem & symptomaticam. Essentialis est morbus primarius ex nullo alio pendens. Symptomatica vero morbum habet ex quo nascitur: Et quia morbi ex quibus symptomaticæ febres oriuntur sunt continui, illæ quoque in continuis annumerantur febribus. Harum proxima materia, vt ait Fernel. non est in venis maioribus, neque in habitu corporis vniuerso, sed in parte quapiam, ex qua aut putredinis aliquid, aut teter putridusque vapor in cor obrepit. Diuiditur Symptomatica ratione causarum in eam quæ sequitur inflãmationes, quæ acuta est, & eã quæ nascitur ex obstructionibus viscerum, quæ lenta simplex appellatur, & in eã quæ ex corruptione alicuius visceris ortum ducit. Primi generis aut ephe-

mera eſt aut putrida. Ephemera quidem fit cum externa aut diſtans eſt inflammatio, quod ſolus calor partium cõtinuitate ad cor porrigatur, talis eſt calor ex bubone. Putrida vero oritur ex phlegmone aut eriſipelate partium internarum, maximũ principum & cordi vicinarum, vt in phrenitide, Angina, peripneumonia, phthiſi, pleuritide, hepatide, ſplenitide, nephrinitide. Ab inflãmatione quidem phlegmonodes dicitur: ab eriſipelate typhodes. hec diſtinguitur à putrida primaria, quod ſymptomatica nullis ſtatis periodis exacuetur; vrinæ nullum putredinis ſignum habeãt, niſi ex affecta parte putredo forſam obrepat in venas; diſtinguitur etiam inflammatæ partis ſignis, ſi non ſtatim, tamẽ paulo poſt, de quibus in praxi fuſe egimus, raro vel ſeptimo vel 14. die alijs ue decretorijs ſoluitur. Illa quæ naſcitur ex obſtructione alicuius viſceris, quæ lenta ſimplex fuit appellata, notas habet aliquas putredinis: nã obſtructiones ſi febribus coniungãtur, putredinem comitẽ indicant. Omniũ vero putridarum mitiſſima eſt; æger nãque nullo graui ſymptomate premitur, ſæpeque ſe non ægrotare putat corporis moles, etiãſi alimentum ſumatur ſenſim liqueſcit: Diuturna etiã hæc febris eſt & reliquarũ terminos excedit: ſedes eius inuenitur diligẽti partium perueſtigatione, contactu partium & alijs ſignis. Neque tantum ab obſtructione naſcitur, ſed etiã leuis putredo ſeroſæ ſubſtantiæ in corpus effuſæ illam procreat, vt in cachexia & fœdis coloribus virginum. Ea, quæ fit ex corruptione & putredine alicuius viſceris, lenta perículoſior appellatur, ijſdem cognoſcitur ſignis atque nunc expoſita: dignoſcitur autem peculiariter, quòd ſenſim gi-

gnatur, multoque tempore duret, alijs fere morbis succedat, non mitescit purgationibus, nullis cedit remedijs sed potius exacerbatur, vires plurimum ostendit ac debilitat, syncopen parit, sensim hominem extenuat, & marcore conficit, nec tamen hectica est primaria, licet huic succedat; fieri enim nõ potest, vt tanta tabe corpus consumatur, quin hectica inducatur. Fernelius talẽ esse febrem ait quæ phthisin comitatur, quæ hectica nõ est, sed putrida ex putrente pulmonum substantia. Verum putridus pulmo cordis substantiam temporis progressũ siccat & tabidum reddit.

De prognosi & curatione primæ speciei in praxi antea dictum est: item de auferendis partiũ obstructionibus. Vltimæ speciei remedia adhiberi possunt protrahendi vitæ causa, non sanandi spe: nam cum pars interna; & præsertim princeps putruit, sanari nõ potest: putredo nãque est substãtiæ corruptio: Corruptio est priuatio à qua habitus denuo non cõparatur. Celsus cap. 9. lib. 3. ita scribit nonnunquã etiã lentæ febres sine vlla remissione corpus tenent, ac neque cibo, neque vlli remedio locus est, in hoc casu medici cura esse debet, vt morbum mutet, fortasse nãque curationi opportunior fiet, sæpe igitur ex aqua frigida, cui oleum sit admixtum corpus eius protrectandum est, quoniam interdum sic euenit, vt horror oriatur, & fiat initium quoddam noui motus, ex eoque cum magis corpus incaluit, sequitur etiã remissio; in his quoque inunctio ex oleo & sale salubris videtur; hæc intelligenda tantum de ea quæ nascitur ab obstructionibus, auctus namque calor obstructiones finit.

FINIS.